

**VITA
BEATE VIRGINIS MARIE
ET SALVATORIS
RHYTHMICA**

HERAUSGEGEBEN

von

DR A. VÖGTLIN

**GEDRUCKT FÜR DEN LITTERARISCHEN VEREIN IN STUTTGART
NACH BESCHLUSS DES AUSSCHUSSSES VOM FEBRUAR 1887.
TÜBINGEN 1888.**



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

B 1,581,027



830.8
L77
v4
S9

BIBLIOTHEK

DES

LITTERARISCHEN VEREINS

IN STUTTGART.

CLXXX.

TÜBINGEN

GEDRUCKT AUF KOSTEN DES LITTERARISCHEN VEREINS

1888.

PROTECTOR
DES LITTERARISCHEN VEREINS IN STUTTGART:
SEINE MAJESTÄT DER KÖNIG.

*

VERWALTUNG:

Präsident:

Dr W. L. Holland, professor an der k. universität in Tübingen.

Kassier:

Kanzleirath Roller, universitäts-actuar in Tübingen.

*

GESELLSCHAFTSAUSSCHUSS:

Professor dr Barack, oberbibliothekar der kais. universitäts- und landesbibliothek in Straßburg.

Dr Bechstein, ordentlicher professor an der g. universität in Rostock.

Professor dr Böhmer in Lichtenthal bei Baden.

K. Cotta freiherr v. Cottendorf in Stuttgart.

Dr Hertz, professor an der k. technischen hochschule in München.

Bibliothekar dr Klüpfel in Tübingen.

Director dr O. v. Klumpp in Stuttgart.

Dr K. v. Maurer, ordentlicher professor an der k. universität in München.

Dr Sievers, ordentlicher professor an der k. universität in Halle.

Dr Wattenbach, ordentlicher professor an der k. universität in Berlin.

Geheimer hofrath dr Zarncke, ordentlicher professor an der k. universität in Leipzig.

**VITA
BEATE VIRGINIS MARIE
ET SALVATORIS
RHYTHMICA**

HERAUSGEGEBEN

von

DR A. VÖGTLIN

**GEDRUCKT FÜR DEN LITTERARISCHEN VEREIN IN STUTTGART
NACH BESCHLUSS DES AUSSCHUSSSES VOM FEBRUAR 1887.
TÜBINGEN 1888.**

ALLE RECHTE VORBEHALTEN

DRUCK VON H. LAUPP IN TÜRINGEN.

VITA

BEATE VIRGINIS MARIE ET SALVATORIS

RHYTHMICA

VORBEMERKUNG.

Das vorliegende, jetzt zum ersten male herausgegebene werk, die »Vita beate virginis et salvatoris rhythmica«, dessen ursprung einstweilen noch im dunkeln bleibt, muss, nach den frühzeitigen und zahlreichen nachahmungen und bearbeitungen zu schließen, die es in allen ländern Europas im mittelalter bis ins 16 jahrhundert hinein erfahren hat, etwa in der ersten hälfte des 13 jahrhunderts entstanden sein. Der mann, der diese Marien- und Christuslegende aus griechischen und lateinischen quellen zusammengetragen und übersetzt hat, ist ein tüchtig gebildeter geistlicher gewesen; sein name jedoch ist nicht auf uns gekommen. Ob er in Steiermark gelebt hat, wie Rückert in der ausgabe von bruder Philipps Marienleben annimmt, ist nicht nachzuweisen. Sein werk aber ist da, und obgleich es viele geschmacklose stellen, unerquicklich breite schilderungen und widerholungen enthält, verräth es dennoch eine gewisse dichterische auffassung und darstellung und künstlerisches überlegen. Es hätte auch schon längst, da es in lateinischen reimversen (jambische septenare mit freiem auftact) mit deutschem accente geschrieben ist, eine herausgabe als formelles curiosum verdient. Wenn aber einmal die rolle, welche das werk in der geistlichen und weltlichen litteratur des mittelalters gespielt hat (ich bemerke hier nur, dass die sprache unseres verfassers viele tropen mit derjenigen Hartmanns von Aue und Konrads von Würzburg gemein hat), aufgedeckt ist, wird es in seiner litterar- und culturhistorischen bedeutung erkannt werden.

Einstweilen verweise ich auf die betreffenden studien von dr Robert Reinsch in »Die pseudoevangelien von Jesu und Marias kindheit in der romanischen und germanischen litteratur«, besonders auf seite 105 bis 121 ; erst wenn die legende veröffentlicht, wenn ein allgemeineres interesse für diesen bedeutungsvollen litteraturzweig geweckt sein wird, kann das material reichlich oder in genügendem mafse gesammelt werden und uns in den stand setzen, zuverlässige und ausgedehnte studien darüber anzustellen.

Der inhalt der dichtung ist, kurz zusammengefasst, folgendes :

Das erste buch (zeile 1 bis 1478) enthält, wie die übrigen, einen prolog, worin der unbekannte verfasser seine verschiedenen quellen nennt und die leser einer wahrheitsgetreuen darstellung der dinge versichert. In der folge schildert er das leben Joachims und Annas, die geburt des kindes Maria, dessen erziehung zur jungfrau, Marias wirken und weben als tempeldienerin und ihre endliche vermählung mit Joseph. Das zweite buch (zeile 1479 bis 3622) handelt von dem keuschen leben der beiden gatten, der menschwerdung gottes im schoose Marias, der geburt Jesu zu Bethlehem, von den zeichen und wundern, die bei diesem anlasse geschahen, von der mühsalvollen und wunderreichen flucht der heiligen familie durch die wüste nach Ägypten, von der anbetung Jesu durch Affrodosius und das ägyptische volk. Jesu leben wird verfolgt bis zu dessen freundschaftsschluss mit Johannes (im 12 altersjahre) und seine wunderthaten werden des weiten und breiten erzählt. Hier wird der rahmen der epischen darstellung durchbrochen von einem langen dramatischen dialog zwischen Maria und ihrem sohne, worin Jesus seine mutter unterrichtet über die art und weise seiner menschwerdung und den zweck seiner sendung. Das dritte buch (3623 bis 6062) beginnt mit der taufe des gottessohnes im Jordan, beschreibt seine thätigkeit als Messias, seine vielen wunderthaten, den verrath durch Judas, die gefangennahme und kreuzigung ; hunderte von zeilen füllt die klage Marias um ihren sohn aus, die klage Magdalenas und der übrigenfrauen; dann folgt eine aufzählung der zeichen, die bei Christi tote geschahen,

und das buch schließt mit der höllenfahrt. Das vierte endlich (6063 bis 8032) schildert Christi auferstehung, seine erscheinungen und die auffahrt. Das wirken der wunderthägenden Maria, ihr tod und ihr empfang im himmel durch die neun himmelschöre, die propheten, den gottsohn und den heiligen geist bilden den inhalt des schlusses. Das ganze ist ein erhabenes zeugnis, ein begeisterter und rührender ausdruck der allgemeinen und tiefen Marienverehrung im mittelalter.

Die getreueste und beste von allen übersetzungen dieses werkes, welche uns das mittelalter überliefert hat, führt her von dem Schweizer Walther von Rheinau¹.

Was nun die handschriftliche überlieferung unseres textes anbelangt, so kann ich die bezüglichen ausführungen von dr Reinsch so weit berichtigen und ergänzen: In München befinden sich auf der königlichen öffentlichen bibliothek sechs handschriften, cod. lat. 12518, bl. 1 (= M); 3578, bl. 54; 4683; 7787, bl. 1 bis 58; 9716, bl. 100; 14538, bl. 1; in Graz drei handschriften, cod. 1447 (= G); 1133; 241. Eine ganz gut erhaltene, aus dem kloster Rheinau stammende handschrift habe ich im cod. 173 (= Z) auf der cantonsbibliothek zu Zürich entdeckt. Zur herausgabe des textes sind M, G, Z und C (= Carlsruher handschrift CCLII. 206) beigezogen worden.

*

1 herausgegeben von Adelbert von Keller, Tübingen 1849 bis 1855.
Vergl. meine schrift »Walther von Rheinau und seine Marienlegende«,
Aarau.

Basel 1887.

Der herausgeber.

LIBER I

Incipit prologus in vitam gloriose virginis Marie.

- Sanctus Epyphanius, doctor veritatis,
 Salamine Pontifex Cypri civitatis,
 Et sanctus Ignatius, verus martyr dei,
 Johannis discipulus filii Zebedei,
- 6 Et Johannes Damascenus, qui philosophiam
 Omnem suam revocavit divinam in usiam,
 De Maria virgine quedam conscripserunt,
 Que nobis in autenticis scriptis reliquerunt;
 Refexentes breviter vitam singularis
- 10 Virginis et genitricis regis eternalis
 Descripserunt universe vite sue statum,
 Corporis et anime decus et ornatum.
 Latinum in eloquium nuper hec translata
 Repperi, sed nondum adhuc scriptis propalata.
- 15 Ad laudem ergo virginis dulcissime Marie
 Et Jesu dilectissimi prolis sue pie
 Illa mundo propalanda scribere decrevi
 Stilo licet rustico, sermone tamen brevi,
 Ut ipsa cum filio mei misereri
- 20 Dignetur et a demonum laqueis tueri,
 Et Jesus benignissimus matris ob honorem
 Convertere me miserum dignetur peccatorem.
 Sed ex evangeliis plurima collegi,
 Que conectens in unum opusculum redegli.
- 25 Sanctus Dyonisius Ariopagita
 De Marie transitu scribit ex hac vita,

Et sanctus Juvenalis, episcopus Byzanti,
 Cosmas et Theophilus, diversi quoque sancti,
 Ac doctores plurimi de virgine scribentes
 30 Pluraque fideliter exponunt nos docentes;
 Que pro laude virginis Marie compilavi,
 Et per donum spiritus sancti consumavi.
 Si quis ut apocrifum hoc velit reprobare,
 Caveat, ne veritatem presumat condempnare.
 35 Et in locis singulis ponendi sunt auctores,
 Qui sunt huius carminis verissimi doctores
 Si qua tamen hic fortassis apocrifa ponantur,
 Non idcirco perprudenter ut falsa condempnantur.
 Illud autem deprecor a viris litteratis:
 40 Hic si que repperierint, que limen veritatis
 Excedant, illa corrigant vel radant detruncando,
 Vel ut libet totum opus condempnent reprobando,
 Ego quia nihil hic scribens assevero,
 Que cupiam astruere pro falso vel pro vero;
 45 Sed tantum per poeticum modum decantare
 Laudes volo virginis et Jesum collaudare.

Incipit vita gloriose virginis Marie et amabilis matris
 Jesu filii dei.

In civitate Nazareth de terra Galylea
 Homo quidam habitabat ortus ex Judea
 Gente, genus eius sumens de stirpe David regis;
 50 Simplex, justus atque sanctus, secundum jussa legis,
 Ab annis puerilibus semper innocenter
 Judei servitio vixit, et frequenter
 Sedulum obsequium deo exhibebat,

*

29 C d. alij. G alii. 32 Z At. 40 Z limitem. 43 C
 nichil statt scribens. C Tit. Inc. liber de vita beate v. genitricis
 dei. 48 C und G in Judea Centenarius suam sumpsit originem
 d. st. D. r.

- Et a peccati macula se custodiebat.
- 65 Se seculi spurciis non contaminabat,
Neque mundi gloriari unquam affectabat.
Non secundum morem vixit seculi communem,
Vitam suam peragens a vitiis immunem.
Nomen eius Joachim fuit, et habebat
- 60 Conjugem, ut sanctitatem suam condecebat.
Non fuit dissimilis moribus et vita
Conjux viro; sed erat obtemperans, et ita
Deo semper serviebat, ut vidi facientem
Virum eius, mundum tenens cor animam et mentem.
- 65 Anna nomen huius fuit de tribu Juda nata,
Et de stirpe regia David propagata.
Ab annis hec infantie, vel a iuventute,
Semper erat perseverans in dei servitute;
Servabat innocentiam cum cordis puritate,
- 70 Elucens sapientia cum morum honestate;
Casta, mitis, humilis, prudens et pudica
Fuit, atque vitiorum cunctorum inimica;
Non, ut etas ista solet, unquam lascivivit,
Sed a peccati macula cor eius custodivit.
- 75 Mandatorum dei sui fuit observatrix
Et legis Moysaice justissima zelatrix.
Nunquam virum concupivit ob carnis voluptatem,
Sed ut legem adimpleret deique voluntatem,
Et ut prolem aliquam sanctam procrearet,
- 80 Quam ad ministerium divinum educaret.
Juncta vero viro suo dei per timorem
Ipsi reverentiam prebebat et honorem;
Vera vice vir ipsius ipsam diligebat,
Dilectionem debitam huic exhibebat.
- 85 Habitantes ergo simul sanctam peregerunt
Vitam, et in servitute dei permanserunt.

*

G 55 Et seculi spurciias omnino abhorrebat. V. 55. 56 sind in C umgestellt. 56 Z De s. 59 Z N. hujus 60 M schreibt decebat. 64 M setzt et vor animam. 73 Z lascissivit. 75 M laßt sui weg. 81 suo dei umgestellt in M.

Concordes et unanimes et consentientes
 Fuerunt et pacifici, se mutuo foventes.
 Invicem se diligebant deo complacentes
 90 Et caritatis vinculo sese constringentes;
 Deo et hominibus dilectique fuerunt,
 Nam cunctis, sicut poterant, se exhibuerunt
 In necessitatibus, eis assistendo,
 Vel de facultatibus suis largiendo;
 95 Non enim in divitiis erant hii minores,
 Sed secundum seculi statum et honores
 Precellebant alios virtutibus ornati,
 Neque paupertatis erant onere gravati;
 Competentem possederunt rerum facultatem
 100 In agris et pecoribus ad necessitatem
 Omnemque substantiam suam diviserunt
 In euales partes tres, et unam contulerunt
 Infirmis et pauperibus pupillis et egenis
 Peregrinis, viduis et vagis alienis.
 105 Sed et partem alteram templo deputabant,
 Atque cultum domini per illam ampliabant;
 Partem vero tertiam sibi reservabant
 Et honeste vitam suam ex illa sustentabant.
 Longo vero tempore simul habitabant,
 110 Quod nullam propaginem procreabant;
 Tamen omnem spem suam in deum refuderunt,
 Ut sui curam ageret ipsi commiserunt.
 Quodam vero tempore, cum festum Judeorum
 Esset, et Jerusalem magna populorum
 115 Multitudo venerat ad templum Salomonis,
 Ut offerrent hostias immolationis,
 Tunc cum irent singuli, quod super altare
 Offerrent sua munera, Moyses que dare
 Servus dei iusserat, Joachim portavit
 120 Munus suum et super altare collocavit;

*

94 G f. s. tribuendo. C fac. eorum tribuendo. 102 C fehlt
 tres. Nach v. 110 schiebt M eine widerholung von v. 73 und 74 ein.
 117 M spem suam. 119 C ... portare altare.

- Sed sacerdos Isachar munus hoc reiecit,
 Egredi de templo dei Joachimque fecit,
 Dicens: »Quia templum hoc intrare non es dignus!
 Prolis enim tu nullius genuisti pignus;
 125 Deus tua munera non vult acceptare,
 Quia tu non meruisti prolem procreare;
 Intrare templum domini nunquam debuisti,
 Quia germen seminis nullum genuisti.«
 Expulsus ita Joachim de templo cum pudore
 130 Magna verecundia tabescit et rubore;
 Domumque regreditur cordis in dolore,
 Ultra modum contristatus ex anime merore.
 Anna vero, cum conspexit facie mutatum
 Virum eius, sentit eum esse conturbatum;
 135 Ab eoque tristitie causas sciscitatur,
 Sibi quid acciderit tristicie scrutatur.
 Ille sue coniugi cuncta propalavit,
 Ei quid evenerit per ordinem narravit.
 Ex hoc ambo conturbantur acerrime lugentes,
 140 Et mala sua lacrimis multis deplangentes;
 Tamen adorationes suas convolabunt
 Et ex toto corde suo deum invocabant,
 Ut a contumelia tali liberare
 Velle eos atque germen prolis hiis donare.
 145 Ab hominum consortio se tamen sequestrare
 Cogitavit Joachim et solus habitare
 In deserto, ne plus eum audire tam probrosum
 Contingeret obprobrium et contumeliosum.
 Sumptis ergo servis suis, congregavit oves
 150 Et cuncta sua pecora, capras atque boves;
 Domum suam exiens, doloribus affectus,
 Ad vaste solitudinis desertum est profectus.
 Anna domi remanebat, plangens atque merens,
 De recessu viri sui cor nimis triste gerens.

*

121 M Collocavit ... munus hujus. 131 und 132 erscheinen
 bei Z hinter 138. 135 C causas trist. 149 Z Cunctis statt
 Sumptis. C fehlt suis.

165 In deserto Joachim iugibus vacabat,
 Tunc orationibus cor suum macerabat,
 Vigiliis, ieuniis et devotione
 Carnem suam crucians castigatione;
 Raro quoque comedebat, rarius bibebat,
 160 Et ab omni cura carnis sese retrahebat;
 Raro vero loquebatur, sed semper lacrimando
 Malum suum deplangebat, deum invocando,
 Ut eum a tristitia sua liberare
 Vellit, vel a corpore concederet migrare.
 165 Servi vero Joachim videntes tribulari
 Tantum, suum dominum, atque cruciari,
 Accesserunt ad eum, ipsum consolantur,
 Ne tantum se affigere velit, adhortantur.
 Ille consolationem nullam acceptavit,
 170 Sed fletibus et luctibus deum invocavit,
 Ut sue miserie vel misereretur
 Vel donaret, quod per mortem cito raperetur.

Quod Maria virgo annuntiata fuit patri suo Joachim
 per angelum Raphaelem.

Sed misericordie pater consolari
 Nunquam cessat miseros, quos ita tribulari
 175 Intuetur, et exaudit ipsum invocantes.
 Quia nunquam derelinquit hic in se sperantes.
 Ad ipsum misit angelum de celis Raphaelem
 Consolari tribulatum justum et fidelem.
 Raphael ergo veniens ipsum salutavit,
 180 Pacem atque gaudium sibi nuntiavit
 Dicens: »Ave, Joachim, o amice dei!
 Salus atque gaudium sempiterne spei
 Nunc et in perpetuum tibi sit a deo!
 Hoc salutis nuntium ab ore sume meo!

*

155 C iugibus Joachim. 156. M et se statt cor suum. 177
 C a celo. 179 C fehlt ergo. 184 C Hujus salutis.

- 185 In gaudium tristicia tua convertetur,
 Omnis tunc genitus nunc finem sortietur;
 De tuo nempe semine nam egredietur
 Proles honorifica, per quam redimetur
 Universum seculum et restituetur
- 190 Regnum David patris tui, quod nunquam corrumpetur.
 Sexusque feminei fit proles hec beata,
 Et in matris utero fit sanctificata;
 Huiusque puelle nomen vocabitur Maria,
 Semper virgo permanens, ut nobis prophetia
- 195 Patrum scribit antiquorum atque figuralis
 Scriptura nobis edidit sive prophetalis.
 Vitam huius virginis tibi reserabo,
 Qualiter hanc educare debeas narrabo.
 Hec sanctificabitur in matris eius alvo,
- 200 Nec unquam inquinabitur corde suo salvo
 A peccati macula, sed semper permanebit
 Munda virgo, toti mundo lumenque prebebit;
 Tamen hec concipiet in utero per deum
 Puerum, quem pariet, et lactabit eum
- 205 Virgineis uberibus per virtutem dei,
 Nam virtus sancti spiritus obumbrabit ei;
 Igitur puellam illam postquam ablactabis,
 Divinum ad servitium ipsam deputabis,
 Et post septem annos hanc templo presentabis
- 210 Atque sacerdotibus illic assignabis.
 Namque cum virginibus in templo que morantur,
 Ibique cottidie deo famulantur,
 Hec virgo castissima iugiter manebit,
 In deique servitio semper apparebit.
- 215 Unquam virum concupiscet, sed inviolata
 Virgo semper permanebit et immaculata.
 Puerum concipiet et pariet, qui dei
 Filius vocabitur, et subdentur ei

*

V. 191 C et statt hec. 193 Z Eiusque. V. 199 Z liest Deo
 sanctificabitur in matris sue alvo, wie auch Walther von Rheinau v. 403
 und 404 übersetzt. 215 und 16 sind in C die reimwörter vertauscht.

- Cuncta regna seculi, celum et infernum,
 220 Et potestas regni sui stabit in eternum.
 Igitur, sanctissime virorum, reverteris
 In domum tuam, ut tuam uxorem consoleris.
 Hanc enim, de qua dixi tibi, concipiet infantem,
 Quam de celis faciet omnipotens pregnantem.
 226 Anna vero, domi manens in tribulatione
 Luctus atque gemitus cum turbulatione,
 De comparis absentia plangens tristabatur
 Ex adversis casibus suis turbabatur ;
 Ipsaque cottidie deum invocavit,
 230 Cum lacrimis et fletibus ipsum imploravit,
 Ut eam a tristitia sua liberaret
 Atque cum letitia suum revocaret
 Virum, quem in maximis doloribus manentem
 Scivit et solatium nullum iam habentem.
 236 Et egressa die quadam in hortum ad orandum
 Et deum pro miseriis suis invocandum,
 Herbes atque gramina de terra pullulare
 Vedit et se frondibus arbores ornare,
 Et cum multis fructibus flores germinare
 240 Et pro pullis vedit aves nidos comportare,
 Magnis cum gemitibus suspirans elevavit
 In celum suos oculos, ad deum exclamavit
 Dicens : >O omnipotens deus et creator,
 Universe creature celi gubernator !
 246 Totius mundi machinam pater tu creasti,
 Certis sub ordinibus cuncta deputasti,
 In mensura numero vel pondere locasti,
 Atque pulchris speciebus ea decorasti ;
 Namque celi firmamentum tu illuminasti
 250 Innumeris sideribus et ea numerasti ;
 Et aquas, que super celos sunt, tu solidasti
 Et cum eis siderum calorem temperasti ;
 In ethere planetas tu septem statuisti,
 Qui firmamenti teneant impetum iussisti.

*

247 fehlt bei Z. C 250 Innumeribus sideris. C 254 bis und mit 257 fehlen.

- 265 Hi sui cursus ordinem servant oberrando,
 Speram mundi perlustrantes concordant discordando.
 Ex his duo lumina magna statuisti,
 Ad illuminandum mundum ea distinxisti.
 Elementa quatuor a te sunt creata
 260 Per que sunt viventia cuncta naturata.
 Magnum atque spatisum mare tu creasti
 Et super abyssum eius terram tu fundasti.
 Pisces, monstra, beluas innumeris in mari,
 Et super terram bestias et pecora creari
 265 Et cetera viventia deus statuisti,
 Et volucres in aere volare voluisti.
 Hec cuncta suo tempore, te domino iubente,
 Fetus suos proferunt, natura concedente;
 Atque genus hominum quando condidisti
 270 Multiplicari de suo semine iussisti.
 Terra profert germen suum herbarum diversarum,
 Lignumque pomiferum arborum multarum,
 Unum quodque semen suum profert oportuno
 Tempore multique fructus prodeunt ex uno.
 275 Ve, ve, mihi misere! cur sum ego nata?
 Tali nam nature dono sola sum privata!
 Pre ceteris hominibus sterilis sum facta;
 Per hoc in obprobrium sum hominum redacta;
 Sed misericordie deus miserator,
 280 Et cunctorum miserorum pius consolator,
 Miserere mei tu miserie digneris
 Et me nimis tribulatam benigne consoleris!
 Non me prives tam bono munere nature,
 Sed prolem mihi tribue deus geniture;
 285 Mihi sexum aliquem tribuas et fructum
 Ventris et in gaudium converte meum luctum!«

*

V. 258 fehlt bei Z. 267 Z Sed statt Hec. 286 M verte michi
 luctum.

Quod virgo Maria annuntiata fuit matri sue per angelum Raphaelem.

- In oratione sua cum perseveraret
 Anna suis precibus et deum imploraret,
 Ad ipsam venit angelus Raphael vocatus.
 290 A supernis sedibus per deum destinatus,
 Qui dicebat ad eam: »Ave tu beata
 Mulier a deo patre celorum salutata!
 Amplius in corde tuo nihil contristeris,
 Sed sperans in domino bene consoleris;
 295 Nam tuas orationes deus exaudivit
 Et tuas angustias cunctas consopivit.
 Ecce tu concipies et paries infantem
 A viro tuo, nam deus te faciet pregnantem:
 Concipies in utero pariesque prolem,
 300 Que luctus et tristitie tue tollet molem.
 Proles hec in gaudium tristitiam convertet
 Tuam et captivitatem Israhel avertet;
 Sexusque feminei proles ista pia
 Fiet et vocabitur nomine Maria.
 305 Novam legem atque vitam hec proles inchoabit,
 Atque regnum patris tui David reparabit;
 Universum quoque mundum proles hec salvabit
 Et in celis angelorum lapsum restaurabit.
 Celi terre dominum et regem generabit,
 310 In eternum permanens cum ipsoque regnabit.
 Ergo devotissima mulier letare,
 Et tuum cum gaudio virum prestolare!
 Ad te die tertia vir tuus revertetur,
 Omnis tuus gemitus et luctus abstergetur.«
 315 Istis dictis angelus in celum elevatur
 Annaque cum gaudio maritum prestolatur.
 Ut angelus predixerat, Joachim reversus

*

292 Z celorum fehlt. 307 Z sui statt tui. 310 fehlt in Z.

- Est in die tertia, totusque conversus
 Ipsorum est in gaudium luctus, nam letanter
 320 Hunc suscepit uxor eius et nimis gratulanter.
 Omnis quoque gemitus ipsorum commutatur
 In maximum tripudium, fletusque sedatur,
 Sese quia mutuo tunc consolabantur
 In dulcibus colloquiis et simul letabantur.
 325 Uxori sue Joachim omnia narravit
 Sibique per angelum deus propalavit
 Dicens: »In deserto merens ego cum manerem
 Meamque miseriam cum gemitu lugerem,
 Atque creatorem meum deum adorarem,
 330 Multisque cum lacrimis ipsum invocarem,
 Ut vel ab obprobrio me meo liberaret,
 Vel animam de corpore meam evocaret,
 Ad me venit angelus a deo destinatus,
 De mea me tristitia qui fuit consolatus,
 335 Atque mihi gaudium magnum intimavit,
 Quod conceptura filiam de me sis nuntiavit.
 Nomen atque vitam huius filie narravit,
 Et quod magna fieret in terris propalavit,
 Et quod virgo permanens prolem procrearet,
 340 Celi terre dominum illa generaret;
 Hinc ego credens angeli verbis ad te veni,
 Etiam te consolatam spero quod inveni.«
 Tunc respondit Anna viro: »Nos deus consolari
 Dignatus est et amplius nos non vult tribulari.
 345 Mihi nam similiter angelus de celis
 Missus est, et faciem vidi Raphaelis,
 Qui dulcibus sermonibus mihi loquebatur
 Et de tribulatione me consolabatur
 Dicens, ad me breviter te fore reversurum,
 350 Nec non omnem luctum nostrum finem habiturum,
 Ego quia filiam sim a te conceptura,

*

331 ab fehlt in Z. 332 meo statt meam in Z. 340 statt
 illa lesen G und Z ac regem, doch vergl. Walther von Rheinau v. 662.
 341 Huic statt Hinc in Z. 344 nos fehlt in C.

- Ac seculorum omnium reginam paritura,
 Que filia concipiet parietque regem,
 Deum dei filium; ipsa quoque legem
 365 Atque ceremonias patrum renovabit,
 Novam vitam castitatis seu cultum inchoabit,
 Atque patris nostri David regnum suscitabit
 Et humani generis lapsum reparabit.
 Ipsa virgo permanebit semper illibata
 360 Et per sancti spiritus virtutem obumbrata.«
 His auditis deum celi simul collaudabant,
 Cum cantico letitie gaudentes exultabant,
 Cum fidei constantia promissum expectantes,
 In spe firma perstiterunt nihil dubitantes.

De conceptione virginis Marie et infusione anime eius.

- 365 Post tempus ergo modicum Anna fecundatur
 Et per prolem venter eius tumens impregnatur.
 Ambobus tunc letitia maxima surrexit,
 Eorum quod tristitiam dominus respexit;
 Sed cum iam in utero materno fetus esset,
 370 Humanumque corpusculum natura iam complesset,
 Et eum in effigiem hominis formatus
 Foret ille fructus ventris et esset ordinatus
 Cum membrorum omnium dispositione
 Et qualitatis optime cum completione,
 376 Deus tunc sanctissimam animam infudit
 Eamque multimoda gratia perfudit,
 Et corpori mundissimo mundam sociavit
 Animam et plurimis donis hanc dotavit;
 Ipsam omni decoravit virtute naturali,
 380 Necnon eam adornavit decore corporali.
 Hanc animam omnipotens primo tunc formavit
 Et infudit hanc creando infundensque creavit.

*

352 fehlt in Z. 369 G und Z maternus. 372 Z ornatus für
 ordinatus. 380 Z adoravit. 381 M foravit.

Quod Maria virgo in utero matris sanctificatur et per spiritum sanctum ab originali peccato et ab omni fomite peccatorum mundatur.

- Cum per mundam animam iam organizatum
Eset corpusculum et vivificatum,
- 386 Descendens sanctus spiritus hanc sanctificavit
Adhuc in matris utero, seu purificavit
Immundis a contagiosis et originali
Peccato, seu libidine vel fomite carnali.
Itaque sanctus spiritus in ea requievit,
- 390 Nec non eam septiformi gratia replevit,
Et cunctis spiritualibus dotavit eam donis,
Nec non naturalibus ornavit eam bonis.
Sic nondum nata proles hec per vite nutrimentum
Et per sanctum spiritum recepit incrementum.

De nativitate beate virginis Marie.

- 396 Sed cum tempus advenisset Anne pariendi
Horaque sanctissimi germinis nascendi,
Prolem beatissimam peperit beata
Mater per quam salus est toti mundo data.
Sexusque feminei fit proles hec fidelis,
- 400 Ut patri nuntiaverant verba Raphaelis.
Jocunditas et gaudium utrique fit parenti,
Nam letabantur nimium de puero nascenti,
Et decantabant canticum cum exultatione,
Benedicabant dominum in iubilatione.

Canticum Joachim patris Sancte Marie.

- 406 Pater prolis Joachim canticum cantabat,
Celi terre creatorem hec dicens collaudabat:

*

In der überschrift nach 382 setzt M nur die ersten sieben wörter.
391 und 392 fehlen in G.

»Benedictus deus meus qui celi principatum
 Et totius seculi tenes dominatum !
 Benedictus dominus, cui famulantur
 410 Luna sol et sidera, per quem sustentantur
 Polus, aer, ethera, cum celi firmamento,
 Montes, mare, flumina, cum terre fundamento !
 Benedictus conditor totius creature
 Mirabilisque genitor propaginis nature !
 415 Benedictus qui nature legem statuisti,
 Ut quevis res ex altera prodiret tu iussisti !
 Benedictus qui me dono tali non privasti,
 Sed optate mihi prolis germen tu donasti.
 Hec proles consolabitur gentem Hebreorum,
 420 Per illamque salvabitur regnum eternorum.
 Benedictus qui totius es consolationis
 Pater et auxiliator tribulationis !«

Canticum Anna matris Marie in nativitate filie sue.

Annaque similiter deum commendabat,
 Et canticum letitie dicens decantabat :
 425 »Te laudo, te glorifico, deus et creator
 Celi, terre, marium, et mundi gubernator !
 Te laudo, quia bonus es et pius ab eterno,
 Humanum genus confovens auxilio paterno.
 Laudo te, quod hominem deus tu formasti
 430 Ad tuam imaginem, et huic inspirasti
 Spiraculum vivificum et animam viventem,
 Per illum ut multiplices universam gentem.
 Laudo te, quod nostram gentem solam dilexisti
 Ex cunctis nationibus et eam elegisti.
 435 Ut ex ea lumen unum tibi suscitates,
 Per quod universum mundum tu illuminares.
 Hec est illa proles mea mihi quam dedisti,
 Cuius mihi sanctitatem et vitam ostendisti.

*

Hic puer exaltabitur in universo mundo,
 440 Nam tibi famulabitur semper corde mundo.
 Ergo tibi domine laudes decantabo
 Et in tuo nomine semper exultabo! «
 Cognati sive cogniti tunc congregabantur
 Ad Annam et ad Joachim et congratulabantur
 445 Ipsis, quia dominus eos respexisset,
 Atque germen pulchre prolis eis contulisset.
 Et vocabant puerum nomine Maria,
 Sicut eos Raphaели instruxit prophetia.

De signis que apparuerunt in nativitate sancte Marie.

Die quando nata fuit proles ista sancta,
 450 Super terram claritas de sole fulsit tanta,
 In duplo quod plus solito sol luxit in hac die,
 Nativitatem nuntians pueri Marie.
 Nam hac die duplicatus fuit splendor solis
 Ortum mundo manifestans venerande prolis;
 460 Ac illa nocte clarior luna coruscabat,
 Pene soli similis splendore radiabat,
 Illa nam nubecula que lunam semper fuscata,
 Quod non sicut cetera sidera coruscata,
 Per tempus non comparuit tunc, cum fuit nata
 460 Super terram pia proles et immaculata.
 Sed magna quedam claritas apparuit in luna
 Circa globum medium stella velut una.

Quod parentes tulerunt Mariam in Jerusalem.

Post bis quadraginta dies puerum tulerunt
 Parentes in Jerusalem, et hunc presentaverunt
 465 Ad templum, et anniculum agnum obtulerunt
 Pro eo; prolem domino sic consecraverunt

*

465 G agnicoluth.

Similiterque turturem dederunt pro peccato,
 Ut precepit Moyses legis ex mandato;
 Postquam hanc oblationem rite peregerunt,
 470 Secundum legem Moysi domum redierunt;
 Et prolem dilectissimam cum exultatione
 Nutriverunt atque dei cum dilectione.
 Non ut solent homines extraneam quesivit
 Nutricem mater puero; sed ipsamet nutritivit
 475 Propriis uberibus prolem et lactavit;
 Nec non alimenta sibi pro se ministravit;
 Sed hec proles benedicta rarissime lugendo,
 Ut moris est infantibus, sive vagiendo
 Parentes suos molestavit, sed nimium quieta
 480 Fuit atque patiens, tacita, mansueta.
 Fuitque mundissima, multo plus quam credi
 Posset, munda permanens: nunquam enim fedi
 In ea quicquam visum est, et cum involvebatur
 In cunis, vel crepundiis quum hec ponebatur,
 485 Contra morem puerorum se nunquam maculavit,
 Sed adulti semper modo se mente conservabit.

Quod Maria postquam ablactata est ducta est in
 Jerusalem.

Postquam ablactata dulcis ista proles esset
 Et annorum spatium trium jam complesset,
 Rursum in Jerusalem parentes hanc tulerunt
 490 Hostiamque domino pro ea tradiderunt.
 Sed cum venissent pariter ad templum Salomonis,
 Ubi gradus quindecim sunt ascensionis,
 Puer se de manibus retraxit sue matris,
 Nec non adjutorium recusavit patris.
 495 Illos gradus quindecim ascendit precedendo
 Parentes, scandens pedibus per manus se tenendo,
 Res miranda, quod puer trium vix annorum
 Ascensum per se graduum ascendit quindenorum;
 Sed ad templum insecuri parentes cum venissent,

- 500 Atque suam hostiam offerre voluissent,
 Ad illam puer hostiam manum extendebat
 Et una cum parentibus ipsam offerebat ;
 Atque suum reclinabat caput ad altare,
 Ac si se vellet precibus deo commendare.
- 505 Qui presentes aderant plurimum stupebant
 De mirandis pueri factis et dicebant,
 Quod foret eximia proles hec futura,
 Et quod esset dignitatem magnam adeptura.
 Universi sacerdotes de factis mirabantur
- 510 Infantis et parentibus congratulabantur,
 Quod de celis dominus ipsos visitasset
 Et eos beatissima prole fecundasset.
 Ipsiisque parentibus dederunt in mandatis,
 Ut, cum puer septem annos implesset iam etatis,
- 515 Ipsam in Jerusalem reducere deberent,
 Permittentes, quod eam cum ceteris tenerent
 Virginibus, que iugiter ibi morabantur
 Juxta templum Salomonis et famulabantur
 Deo cum devotione, templique tenebant
- 520 Custodiam et luminum curamque gerebant ;
 Etiam altiorum ornatumque fecerunt,
 Atque sacrificii vasa mundaverunt.
 Jubent ergo sacerdotes, ut puerum parentes
 Deducant post septimum annum, permittentes,
- 525 Quod eam cum virginibus vellent collocare,
 Ut cum his in domo dei possit ministrare.
 Post hec parentes redeunt Nazareth gaudentes,
 Secum beatissimam prolem reducentes.
 Hec proles a parentibus decenter educatur
- 530 Et in omni disciplina per ipsos informatur ;
 Moribus instruitur, fide roboratur,
 Virtutibus induitur, pudore subornatur,
 Servare pudicitiam ab ipsis admonetur,
 Bonorum amicitiam diligere docetur.
- 535 Tenereque letitiam spiritus iubetur,
 Et fugere tristitiam seculi suadetur.

- Pre cunctis eam admonent servare castitatem
 Atque patientiam et humilitatem,
 Dei sive proximi sectari caritatem,
 540 In opere iustitiam in verbis veritatem,
 Prebere senioribus hanc admonent honorem,
 Atque iunioribus debitum amorem,
 Miseris et tribulatis ut compassionem
 Ostendat et pauperibus sublevationem ;
 545 Ipsam docent moribus servare disciplinam
 Et secundum prophetarum vivere doctrinam.
 Attente vero monita parentum hec audivit
 Sancta proles et eis libenter obedivit.
 Observabat omnia mandata sui patris
 550 Obtemperans consiliis dilecte sue matris.
 Non autem erat insolens more puerili
 Nec erat exasperans more iuvenili.
 Nunquam vanitatibus levibus excessit,
 Sed teneris sub artibus cor senile gessit;
 555 Contra morem puerorum tacita, quieta
 Fuit et composita prudens et discreta.

Quod Maria, cum VII annorum esset, presentata est
 in templo.

- Tempus iam infantie Maria cum transisset
 Et annorum spatium septem implevisset,
 Ornant eam vestibus mundissimis parentes,
 560 Pulchrius ut poterant ipsam induentes,
 Et eam in Jerusalem iterum duxerunt
 Atque sacerdotibus hanc presentaverunt.

'De Virginibus habitantibus iuxta templum Salomonis
 quibus associata est virgo Maria.

Sacerdotes virginem statim locaverunt
 In virginum collegio, que tunc habitaverunt

*

537 M amare cast.

- 565 Juxta templum Salomonis quasi sub conventu,
 Numero duodecim tali sub obtentu,
 Ut viventes ibi caste domino servirent,
 Templum et ornatum eius ibique custodirent.
 Ex nova consuetudine Judei dilatare
- 570 Cultum dei cupientes, artifices parare
 Iusserant in atrio, iuxta Salomonis
 Templum, habitaculum cuiusdam mansionis
 Ibi collocaverant castas et devotas
 Virgines, consortio virorum nondum notas.
- 575 Filias pontificum atque magnatorum,
 Que fuerant ex semine nobilium virorum,
 Que manentes ibi templi custodiam servarent
 Et illud a spuriis scopis emundarent,
 Atque libatoria vasa reservarent,
- 580 Illaque temporibus suis expurgarent,
 Atque quod abluerent sacra vestimenta,
 Ibique consuerent altaris ornamenta,
 Atque quod altariorum pallas prepararent,
 Illaque diebus suis decenter exornarent.
- 585 Ille quoque virgines ibi texuerunt
 Bissum atque purpuram atque consuerunt
 Vela, pallas et cortinas, cuncta retexentes
 Ex auro vel de serico pulchre facientes ;
 Ipsi necessaria sacerdotes dabant,
- 590 Atque victimum et vestitum habunde ministrabant.
 Manentes ille virgines ibi perstiterunt
 In dei semper laudibus, atque vacaverunt
 Psalmis, hymnis, cantibus, in oratione,
 Jubilantes, contemplantes cum devotione.
- 595 A manuum laboribus ille cum vacabant
 Voce cordis et ore deum collaudabant.
 Sic in dei laudibus iugiter manserunt
 Usque tempus nubile ; tunc que voluerunt
 Nubere per sacerdotes viris tradebantur ;
- 600 Ipsi sponsalitia de templo donabantur,

*

579 G conservarent. 594 (?) Vigilantes G.

- Omnis vero iuvenis multum letabatur,
 In sponsam una virginum illarum si dabatur.
 Maria cum virginibus illis habitabat
 Et se bonis moribus ipsis conformabat;
 605 Dilecta fuit omnibus sanctis his ancillis,
 Totum opus muliebre didicit ab illis;
 De lino, lana, serico, de purpura vel bisso,
 Que suo mox ingenio didicit admisso;
 Nam multum erat docilis et ingeniosa,
 610 Cura cuncta diligens atque studiosa.
 Textrinum opus, et acu consuere vel nere,
 Aurum circa serici fila retorquere
 Prudens virgo tempore didicit in brevi,
 Nam capax ex ingenio fuit valde levi.
 615 Omnem quoque seriem sanctarum scripturarum,
 Sive legis Moysi, sive prophetarum,
 Tempore brevissimo didicit perfecte,
 Quod scivit intelligere legereque recte
 Libros quoque Salomonis, Job, Judicum Regnorum
 620 Libros atque David regis cantica psalmorum
 Adhuc existens tenera memoriter puella
 Didicit ac tenuit in cordis sui cella.
 Judyth, Hesther, Machabeos, Hesdrām cum Tobya
 In estate iuvenili didicit Maria.
 625 Omne vetus testamentum fuit ei notum
 Sic quoque cito capiebat intellectum totum,
 Sensum tropologici, mistici, moralis,
 Nec non anagogici sive literalis;
 Totam sacram paginam cum philosophia
 630 Celestis sapientie didicit Maria.

Quod Maria excellebat omnes socias suas virtutibus.

In hoc ergo collegio Maria cum manebat,
 Humilior devotior cunctis apparebat;

*

602 G und Z illi.

- Sicut lux in tenebris velut in nocte stella,
 Sic fulsit inter ceteras sodales hec puella.
- 636 Sicut inter sidera fulget plena luna,
 Sic luxit inter reliquas virgines hec una.
 Sol ut in vernalibus diebus coruscabat,
 Ita pre sodalibus Maria radiabat.
- Sicut inter spinas solet pullulare rosa,
 640 Sic floruit pre ceteris Maria gratiosa.
 Ut pre cunctis floribus lilium candescit,
 Sic inter omnes virgines Marie laus nitescit ;
 Erat enim humilis, prudens et discreta,
 Mitis et amabilis, obediens, mansueta.
- 645 Erat valde sapiens et disciplinata,
 Atque fuit universis virtutibus ornata,
 Affabilis, tractabilis, mitis et benigna,
 Et desiderabilis ac omni laude digna.
 Dulcis et misericors fuit et devota,
- 650 Deditaque laudibus divinis erat tota,
 Fuit quoque sapiens, simplex et pudica,
 Vitiorum omnium fuit inimica.
 Moribus composita, virtutibus ornata,
 Omni plena gratia fuit decorata.
- 655 Omnibus sodalibus se inferiorem
 Reputabat, singulis exhibens honorem,
 Atque cum obsequiis, sicuti valebat,
 Illarum amicitiam sibi attrahebat.
 Ipsasque servitiis mutuis prevenit;
- 660 Sic illarum omnium gratiam invenit,
 Quod ipsam singulariter omnes dilexerunt,
 Atque specialiter laudantes extulerunt,
 Et eam in maxima veneratione
 Tenuerunt reverentes cum dilectione.

*

637 G und Z lesen innumerabilibus statt vernalibus; dieser unrichtigen Lesart ist auch Walther von Rheinau gefolgt.

De dispositione corporis sancte Marie et mira pulchritudine eius.

- 665 Sicut hanc virtutibus deus exornavit,
 Et velut eam moribus omnipotens beavit,
 Sic ipsam pulchritudine natura decoravit,
 Et corpus eius specie magna venustavit.
 Decora fuit corpore, facie formosa,
- 670 Mirande pulchritudinis et valde speciosa;
 Decens sui corporis fuerat statura
 Nec longa nimis, nec brevis, sed eam natura
 Condidit in mediocri decentique statu,
 Cum membrorum omnium corporis ornatu.
- 675 Carnis sue cutis erat triticei coloris,
 Alba cum rubidine mirique decoris.
 Eius erant oculi multum condecorantes,
 Pulchri nimis et decori clareque lucentes,
 Aspectu delectabiles, dulces et iocundi,
- 680 Non prominentes nimium, nec lippi nec profundi.
 Visus eius mitis erat, benignus et modestus,
 Mansuetus, pius, humilis, pudicus et honestus;
 Non vagus, neque petulans, non ambitiosus,
 Non torvus, neque discolus, nec malitiosus.
- 685 Circulus in oculis fuit Jacinctini
 Coloris, satis lucidi sive Saphyrini;
 Nigra sed perlucida fuitque pupilla
 Atque nulla macula fuscata fuit illa;
 Coloris quoque lactei fuit et albumen,
- 690 Concludens necnon ambiens oculorum lumen;
 Oculorum palpebre fuerunt bene plane,
 Carentes omni carie, sed semper erant sane.
 Pili palpebrarum erant modicum enexi,
 Nec rari nec densi nimis nec longi nec convexi.
- 695 Eius supercilia fuerunt elevata,
 Bene super oculos decenter incurvata;
 Nigra non pilosa nimis non lata neque densa,
 Nec fuerunt nimium ad invicem protensa;

- Sed sese deprimentia fuerunt bene stricta,
 700 Velut in imagine pulchra forent picta.
 Os eius delectabile fuit et amenum,
 Omnique dulcedine seu suavitate plenum;
 Rubicunda labia fuerunt non carnosa,
 Modicum tumentia, valde speciosa.
- 705 Dentes eius candidi fuerunt atque recti,
 Atque nullis sordibus penitus infecti;
 Equales plani fuerunt lacteī coloris,
 Mundi semper permanentes, eburnei candoris.
 Mentum eius decens erat semicirculatum,
 710 Parumque per medium convalliculatum.
 Nasus eius rectus erat, parum aquilinus,
 Nec longus nimis nec brevis, non tortus neque simus.
 Semper sine sordibus eius erant nares,
 Non patentes neque stricte nimium sed pares.
- 715 Non spisse neque tenues fueruntque maxille,
 Nec confecte macie nec pingues erant ille.
 Sed formose nimium, magnique decoris,
 Albe cum commixtione rosei coloris.
 Candide ac rubicunde gene speciose
 720 Fuerunt, velut lily substratum foret rose.
 Frons eius erat libera, non tamen nimis lata,
 Sed plana, decens, hilaris, nihilque rugata.
 Capilli quoque capitis fuerunt subcitrini,
 Velut aurum micantes coloris topazini;
- 725 Trice vero capillorum fuerunt dependentes
 Usque super cingulum; valde condecorates
 Erant et ornate nimis, habiliter inflexi,
 Non solute, nec distracte, sed semper bene pexi.
 Tota pulchra Maria nimisque speciosa
 730 Forma fuit et decora, facie formosa;
 Omnisque pulchritudine fuit exornatus
 Vultus eius et decorus et valde delicatus;
 Et desiderabilis fuit in aspectu
 Carens omni macula, vel ruga vel defectu.
 735 Collum eius candidum fuit non carnosum,
 Neque fuit macilentum neque tortuosum;

Sed erat tornatile, decens et erectum;
 Neque fuit gracile, nec macie confectum;
 Ad modum fuit debitum longum et decorum;
 740 Nec apparebat in eo deformitas nervorum.
 Pulchre manus eius erant multumque decentes,
 Semper incontaminate mundaque permanentes,
 Flexibiles et habiles ad omnia virtutis
 Opera, non segnes unquam, sed prompte servitutis.
 745 Digi^t tornabiles erant atque recti,
 Satis longi, graciles, scabro non infecti.
 Ungues sine sordibus magnique decoris
 Erant et precise semper onychini candoris.
 Planus et compositus eius erat gressus,
 750 Atque multum curialis ipsius incessus,
 Neque velox neque preceps fuit ambulando,
 Nihil enim peragebat nimis festinando;
 Neque tamen tarda fuit sed nimium modeste
 Incedebat, ambulabat decenter et honeste;
 755 Erecta sursum procedens semper ambulabat,
 Et decenter caput eius parum inclinabat,
 Ut pudicas virgines decet ambulare
 Que non solent nimium cervicem elevare;
 Nam omnis motus virginis, incessus atque status,
 760 Decens erat et pudicus, ac disciplinatus.

De eloquentia virginis Marie.

Eius vox dulcisona fuit et serena,
 Sonora, delectabilis, dulcis et amena,
 Suavissimus anhelitus fuit eius oris,
 Velut aromaticus, optimi odoris.
 765 Lingua nimis expeditam et multum eloquentem
 Habuit et gratiosam et bene complacentem.
 Pulchrum nam eloquium eius et iocundum
 Fuit, atque placitum, planum et facundum
 Diffusa fuit gratia in labiis ipsius;
 770 Omnis sermo suus erat prudens atque pius,

- Et fuit benignissimus, simplex et discretus,
 Atque mansuetissimus, pudicus et facetus.
 Universa verba sua fueruntque sincera,
 Simplicia, composita, iusta, sana, vera.
- ⁷⁷⁶ Dulcis in eloquio, prudens in sermone
 Fuit, nulla verba sua carebant ratione.
 Non fuit multiloqua, non vana, non clamosa,
 Nec erat stultiloqua, nec litigiosa,
 Verbis se iactantie nunquam extollebat.
- ⁷⁸⁰ Otiosus enim sermo nunquam procedebat
 Ex ore suo, diligens semper veritatem,
 Nullam corde retinens hec duplicitatem
 Raro loquebatur; sed plurimum amabat
 Silentium, ut potuit, et illud observabat.
- ⁷⁸⁵ Ad interrogations prudenter et benigne
 Ipsa semper respondebat, nullius iam indigne
 Consuevit recipere verba vel audire.
 Quia patientie fuit ipsa mire;
 Non detraxit alicui nec bono nec iniquo,
- ⁷⁹⁰ Servans sic extraneo fidem ut amico.
 Nulli facta sive dicta penitus invertit,
 Universaque fiebant in melius convertit;
 Quicquid vidit vel andivit hoc interpretabatur,
 In bono semper fieri; nec suspicabatur
- ⁷⁹⁵ De quoquam malum aliquod; nam suspiciosa
 Non fuit hec sanctissima, nec iniuriosa.
 Cunctis naturalibus donis exornata,
 Et spiritualibus fuit decorata;
 Et honestis moribus fuit venustata
- ⁸⁰⁰ Sanctisque laboribus semper inclinata.

Quod Maria virgo rarissime consuevit ridere.

Maria vero consuevit rarissime ridere,
 Sed cachinnos non solebat unquam hec movere.

*

⁷⁸⁹ G retraxit.

Dissolutum et excussum risum nec habebat,
 Et in ea levitas nunquam apparebat;
 806 Nunquam enim admisit hanc facilitatem
 Risus, nisi faceret ob conformitatem
 Aliorum, vel de bono cuiquam congaudendo
 Omnibus affabilem et mitem se reddendo.
 Ettamen de bono facto quando si ridebat,
 810 Os eius iocundissime cum oculis tenebat;
 Quod fuit delectabile nimis ad videndum
 Et fuit enarrabile cunctis ad dicendum.
 Jocos et derisiones nimium vitavit,
 A cunctis levitatibus semper sibi cavit
 815 Corporis munditiam et cordis castitatem,
 Mentis pudicitiam et morum honestatem.
 Risus eius redolebat sancto cum pudore
 Et caritatis proximi semper cum amore.

Quod Maria virgo semper intendebat bonis operibus.

Nunquam otiosa fuit hec virgo tam beata,
 820 Sed semper in operibus bonis occupata;
 Aut circa ministerium altaris satagebat,
 Aut in templo domini devote serviebat,
 Sive cum devotione spiritus orabat,
 Aut psalmorum cantica legens ruminabat,
 825 Secretaque celestia vel contemplabatur,
 Vel in iubilatione deliciabatur.
 Aut cum suis sociabus hec consolabatur
 Loquens de scripturis sanctis, vel operabatur
 Manuum laboribus cum ipsis insistendo,
 830 Ac suis obsequiis has preveniendo;
 Aut sanctorum patrum libros sollerter relegebat
 Et in his ut potuit meditans studebat,
 Byssum sive purpuram texuit vel nevit,
 Nec non aurifrigia facere consuevit;

*

808 G Hominibus.

- 836 Aut aurum circa sericum retorsit involvendo,
 Aut ornatum super pallas induxit consuendo.
 Vel sacerdotalia fecit vestimenta,
 Vel super altaria paravit ornamenta.
 Omnia Maria Virgo fecit ordinate,
 Sagaciter, composite, decenter et ornate.
 840 Vigiliis, ieuniis et orationi
 Ipsa semper intendebat ac devotioni.

Quod Maria virgo omnibus dilecta fuit.

- Tamen singulariter nullas speciales
 Tenebat observantias, suas ne sodales
 845 Perturbaret aliqua singularitate;
 Communem viam ambulans cum equalitate
 Multum enim sibi cavit, ne scandalizaret
 Personam unquam aliquam, sive molestaret;
 Omnibus amabilem extraneis et notis
 850 Se fecit, et placabilem amicis et ignotis.
 A suis sodalibus in veneratione
 Magna semper tenebatur et dilectione.
 Ipsam singulariter omnes dilexerunt,
 Et eam specialiter cuncte prevenerunt
 855 In benedictionibus, dulcedinis honore,
 Servitiis, obsequiis, muneribus, amore.
 Exemplum bonum ab ea cuncte receperunt;
 Et se santis moribus ipsius correxerunt;
 Sed ipsa propter socias sic auxiebatur,
 860 Ut, defectum aliquem si patiebatur,
 Hunc defectum Maria suum reputabat,
 Et, sicut ipsa potuit, secum tolerabat,
 In necessitatibus huic subveniendo,
 In infirmitatibus sibi serviendo.
 865 Infirmis nam sororibus devote ministrabat
 In suisque doloribus, ut potuit, iuvabat.
 Quemcumque vidit hominem fore tribulatum,
 Vel aliqua molestia sensit conturbatum,

Illi corde condolenti compatiebatur
 870 Et dolorem ipsius lenire nitebatur.
 Fuit enim condolens atque compassiva,
 Misericors, compatiens, et caritativa.
 Gaudebat cum gaudentibus, cum letis letabatur,
 Flebatque cum flentibus, cum mestis tristabatur;
 875 Et cum infirmantibus hec infirmabatur
 Ipsaque cum tribulatis contribulabatur.
 Dolores tulit omnium per compassionem,
 Prebens his solatium per consolationem.
 Se cunctis indigentibus cum vera caritate
 880 Exhibuit, ut potuit, in necessitate.

Quod Maria per sortem electa est in reginam.

Mariam autem virgines relique reginam
 Appellare consueverunt, nam sortem per divinam
 Hoc nomen sibi datum est veluti testatur
 Liber in quo virginis vita decantatur.
 885 Nam sacerdotes opera diversa commiserunt
 Omnibus virginibus, et illis obtulerunt
 Linum, lanam, sericum, purpuram et byssum,
 Atque coccum fulgidum tincture bis inmissum.
 Tunc omnes ille virgines simul promiserunt,
 890 Ut opus hoc dividerent per sortem, et dixerunt:
 Cui cedet purpura per sortem hec texenda,
 Illa nobis pro regina semper est habenda.
 Ergo sortem inter se virgines miserunt
 Et per sortem opus suum singule sumpserunt.
 895 Illi linum, illi lana, sed byssus illi cessit;
 Quilibet recepit hoc quod sibi sors concessit.
 Sed Marie virgini sors cum mittebatur,
 Sibi cessit purpura, per quod merebatur
 Appellari iugiter virginum regina
 900 Ab omnibus sodalibus sic sorte de divina.

**Quod Maria virgo raro egrediebatur, et de modo
quem habebat in salutationibus suis.**

In hoc autem collegio Maria morabatur
Iugiter et rarius egrediebatur,
Vel in templo domini mansit vel in cella
Eius habitaculi prudens hec puella ;
 905 Alie sed virgines cum egrederuntur
Ad amicos sive notos, ut consolarentur
Ab eis, virgo Maria sola remanebat,
Domus atque templi dei custodiam tenebat.
Elysabeth cognata sua quandoque veniebat
 910 Jerusalem, cum Zacharias ipsius vir debebat
Vices suas agere, sacerdotum more ;
Ad quam ibat Maria dei cum timore
Ipsius Elysabeth ob dilectionem,
Atque propter virtutesque consolationem ;
 915 Sed illuc vel alias ire cum volebat,
Decenter et composite nimis incedebat.
Omnes motus atque gestus suos componebat,
Atque sui disciplinam undique tenebat,
Erecta sursum procedens semper ambulabat ;
 920 Tamen valde modicum caput inclinabat,
Et ad terram oculos ipsius reflexit,
Transeuntes homines raroque respexit.
Non habebat oculos vagos in eundo
Per plateam, continens visum corde mundo.
 925 Si fortassis aliquis ipsam salutabat,
Illi multum reverenter statim inclinabat
Dicens : »Deo gratias, tibique pax de celis !«
Ita semper respondere solebat hec fidelis.

**Quod tam extranei quam noti dilexerunt talem vir-
ginem.**

Omnis qui Jerusalem fuerunt commorantes,
 930 Et per universam terram Judeam habitantes,

- Audientes virginis Marie sanctitatem
 Atque conversationem et morum honestatem,
 Atque suam disciplinam et miram castitatem,
 Et forme pulchritudinem et vultus venustatem,
- ⁹³⁵ Omnes singulariter hanc venerabantur,
 Ipsam dignam laudibus esse testabantur,
 Et plenam sancto spiritu fore fatebantur,
 Et de sua sancta vita cuncti mirabantur;
 Ipsam omnes sacerdotes in veneratione
- ⁹⁴⁰ Habebant, et pontifices in dilectione,
 Populique principes in commendatione,
 Nobiles ignobiles in admiratione.
 Ipsam Scribe dilexerunt atque Pharisei,
 Et honore prevenerunt eam Saducei;
- ⁹⁴⁵ Necnon ipsam extulerunt laudibus Essei,
 Et cuncte secte Judeorum cantabant laudes ei.
 Ipsam virtusque sexus cuncti coniugati
 Honorabant, collaudabant, atque viduati;
 Virgines et vidue sue castitati
- ⁹⁵⁰ Laudes dabant et ipsius mire venustati.
 Eam generaliter omnes honorabant,
 Divites et pauperes Mariam collaudabant.

De mandato quod virgines etate iam nubiles nuptiis
 traderentur.

- Cum annum quartumdecimum Maria iam complessset
 Et circa quintumdecimum etatis annum esset,
- ⁹⁵⁵ Sacerdotum principes mandatum generale
 Dederunt de virginibus, et illud erat tale,
 Quod virgines iam nubiles more coniugali
 Traderentur nuptiis ac thoro maritali;
 Sed sacerdotes ideo dederunt hoc edictum:
- ⁹⁶⁰ Nam contra legem Moysi putabant hoc delictum
 Esse, si qua virginum persisteret innupta,

*

⁹⁵³ G implesset.

Atque cum virginitate maneret incorrupta,
 Ita quod non aliquam prolem procrearet
 Atque germanum seminis nullum generaret.
 Ob hoc iusserunt presules, ut virgines etatis
⁹⁶⁵ Debita, vel que venissent ad annos pubertatis,
 Traderentur nuptiis ad prolem generandam
 Atque sui germinis propaginem creandam.

Quod multi iuvenes desiderabant Mariam virginem
 in coniugem.

Ergo multi filii nobilium venerunt,
 Qui Mariam virginem in sponsam petiverunt,
⁹⁷⁰ Ac diversi iuvenes, qui thoro coniugali
 Caruerunt, convenerunt, ut ipsis maritali
 Consortio sanctissima Maria traderetur,
 Et eis pro legitima sponsa iungeretur;
 Nam per universam terram fuit divulgata
⁹⁷⁵ Laus ipsius, et quod esset omnibus ornata
 Virtutibus et moribus bonis decorata,
 Ac magna pueritudo vultus venustata,
 Et super omnes virgines foret speciosa,
 Ac super cunctas mulieres esset gratiosa.
⁹⁸⁰ Ergo sibi quilibet ipsam copulari
 Petivit et in conjugem dulcem sibi dari
 Argentum, aurum, munera quidam obtulerunt,
 Alii possessiones multas promiserunt;
 Opes et pecuniam quidam prebuere,
⁹⁸⁵ Ut Mariam virginem possent obtainere.

Quod pontifices mandaverunt Marie quod eligeret sibi
 virum quem duceret in maritum.

Ideo pontifices Mariam vocaverunt,
 Maritum ut acciperet sibi mandaverunt,
 Et ex illis omnibus unum, qui placeret,

Eligeret qui moribus suis condeceret,
 990 Dicentes: »O dulcissima, o felix, o beata,
 O dei dulcissima, o immaculata!
 Maria virgo te deus innumeris ornavit
 Virtutibus et moribus pulchris decoravit,
 Et te naturalibus donis sublimavit
 995 Ac vultus pulchritudine seu corporis ditavit;
 Ergo laus est undique tua divulgata,
 Quod pre cunctis feminis a deo sis dotata;
 Ob hoc multi iuvenes et nobiles venerunt,
 In sponsam et in conjugem accipere te querunt;
 1000 Ergo dilectissima! nobis consentire
 Debes et mandatis nostris libenter obedire,
 Ut unum ex his omnibus eligas sodalem
 In sponsum et in coniugem ad thorum maritalem,
 Qui custos atque socius sit tue iuventutis
 1005 Atque secretarius tue sit virtutis.

**Quod Maria recusavit maritum et de eius allegatione
contra Judeos.**

Ad hec verba nimium Maria conturbata
 Fuit et impalluit facie mutata.
 Color eius roseus mutatur in pallorem,
 Casti cordis inclinans virginam pudorem;
 1010 Tamen corde tacito sursum suspiravit
 Et deum in gemitibus suis invocavit,
 Ipsi quod in tali facto constantiam preberet,
 Et quid illis respondere posset inspiraret.
 Tunc confortato spiritu dedit hoc responsum
 1015 Maria sacerdotibus, quod nunquam vellet sponsum
 Alium accipere preter solum deum,
 Cunctisque viventibus preferre vellet eum,
 Dicens: »Ego sponsum unum dudum iam elegi,
 Quia desponsata sum seculorum regi.

*

1002 G Et statt Ut.

- 1020 Illi meam castitatem vovens consecravi
 Et meam virginitatem huic immolavi.
 Ergo virum preter eum nunquam acceptabo,
 Sed me semper illibatam et castam conservabo.
 Virginitatem obtuli voto me constringens,
- 1025 Quod non possum violare promissum hoc infringens.
 Deum meum habeo solum amatorem,
 Quem credo mei corporis fore zelatorem.
 Ipse meus sponsus erit, maritus et sodalis,
 Custos atque socius, et consors coniugalis ;
- 1030 In ipsius thalamo semper sunt vernantes
 Rose iuncte liliis et flores pullulantes.
 Ibi suavissimus odor cynamomi
 Et cum nardo balsamus et floribus amomi.
 In eius tabernaculo semper est vernalē
- 1035 Tempus, nunquam estus urens, nec frigus hiemale,
 Nec luctus, neque gemitus est ibi, neque fletus,
 Nec planctus, nec tristitia, nec horror neque metus,
 Neque fame, neque siti, nec morbo vel dolore,
 Quisquam ibi premitur, nec peste nec timore ;
- 1040 Nullus ibi deficit ex infirmitate,
 Nec quisquam ibi corruit annorum ex etate.
 In proximum invidia nullus inardescit,
 Ibi nec accidia quisquam contabescit.
 Letitie iocunditas est ibi sempiterna,
- 1045 Quies et securitas, salus, pax eterna.
 Semper est in atrio sponsi mei plenum
 Tripudium, et gaudium, et canticum amenum ;
 Ibi sonant organa cum dulci melodia,
 Cythare cum tibiis in suavi symphonia ;
- 1050 Moyses et Abraham, et David cytharizant ;
 Ibi cum archangelis angeli chorizant ;
 Ibi sonant iugiter cymbala sanctorum,
 Prophetarum cunei ducunt ibi chorum ;
 Ibi frequens iubilus exultationis
- 1055 Est, et exultatio iubilationis ;
 Ibi quoque sponsus meus est iuvencularum
 In medio psallentium tympanistriarum ;

Ibi meus est dilectus sanctorum cytharista
 Et sanctorum virginum dulcis organista;
 1060 Huic angelorum chori devote famulantur,
 Et eius pulchritudinem sol lunaque mirantur,
 Celestium terrestrium necnon infernorum
 Et gubernator omnium est ipse seculorum.
 Illi desponsata sum ac ipsi sociata,
 1065 Amoreque perpetuo sum sibi copulata;
 Suis me monilibus ipse subarravit
 Atque dotalitiis me suis desponsavit;
 Illi meam castitatem semper illibatam
 Mundissime custodiam et immaculatam
 1070 Nam meam virginitatem ego sibi vovi,
 Quod nunquam virum alium cognoscam nec cognovi.
 Transgredi vel violare non licet illud votum,
 Ut est ex lege Moysi vobis bene notum.«

Quod sacerdotes mirabantur de eloquentia virgines
 Marie.

Sacerdotes virginis responsum audientes
 1075 Conturbantur, ammirantur, nimium stupentes
 Eius in eloquio ac provido sermone,
 Et nimia constantia, quam certa ratione
 Per ordinem exposuit; tamen dicunt ei;
 »O virgo devotissima, o vera sponsa dei,
 1080 Nobis vis inducere morem inconsuetum
 Contra iussum Moysi legisque decretum;
 Et tu vis incurrere legis maledictum
 Quod est in libris Moysi mandato dei scriptum.
 Mulier, que sterilis est, nec procreare
 1085 Fructum ventris meruit, nec prolem generare,
 Illa maledicta semper a cunctis reputatur,
 Et a deo reprobata fore iudicatur.«

Item de responsis Marie.

Maria sacerdotibus respondens aiebat;

1090 »Quid per maledictionen istam intendebat
 Propheta dei Moyses? hoc o mi fratres scio;
 Ego nunquam maledicta per hoc factum fio,
 Nam ista maledictio de rebus est caducis,
 Non est de celestibus sempiterne lucis.«

Quod sacerdotes invenerunt consilium quid facerent
 de Maria.

1095 Non habentes sacerdotes quid ultra respondere
 Possent illi virginis, consilium fecere,
 Dicentes: »Si permittimus illam sic pertransire,
 Ita quod non cogitur nobis obedire,
 In nostram contumeliam novus inducetur
 Vite modus, per quem nostra potestas destruetur,
 1100 Quia per exemplum eius in virginitate.
 Manebunt multe virgines et in castitate,
 Que nolentes nubere viros recusabant
 Atque thorum conjugalem spernentes non curabunt.«

De Judeo qui allegavit pro beata virgine.

Tunc ex senioribus quidam respondebat.
 1105 Qui Mariam virginem defendere volebat,
 Dicens: »Huius virginis factum est perplexum;
 Eius nam proposito votum est connexum,
 Nam precepit Moyses, ut virgo vel puella
 In domo patris permanens, senex vel tenella,
 1110 Si voto se constringeret patre nesciente,
 Sed illo cum perciperet mox non contradicente,
 Illa foret obligata, votoque ligaretur,
 Et hoc votum adimplere per Moysen iubetur.
 Sed hec virgo castitatis votum deo vovit,
 1115 Paterque non contradixit cum factum hoc cognovit;
 Sed magis eam obligans deo consecravit,
 Ut semper virgo maneat ipsam deputavit.

Huic ergo virginis non licet violare
 Votum quo se domino decrevit obligare;
 1120 Ergo mihi placet hoc, ut deum obsecremus
 Ac eius oraculi responsum postulemus,
 Nobis ut per angelum velit revelare,
 Quid de facto virginis possimus ordinare.

Quod sacerdotes statuerunt iejunium pro virgine Maria.

Sacerdotes triduanum ergo statuerunt
 1126 Ieiunium, et precibus deum rogaverunt,
 Ipsis ut per angelum mandare dignaretur,
 Quid de facto virginis huius ageretur.

De voce que fiebat in templo ostendens quis dignus
 esset coniugio virginis Marie.

Post hoc die tertio magna vox fiebat,
 Cunctis audientibus, in templo que dicebat,
 1130 Ut universi iuvenes de tribu Juda nati,
 Sivi senes, qui non essent adhuc coniugati,
 In hoc templo convenirent et quilibet portaret
 In manu virgam et eam summo presentaret
 Sacerdoti, qui deberet illas collocare
 1136 Simul in interius templum ad altare;
 Et cuius virga frondibus et flore pullularet
 Postquam eam sacerdoti summo presentaret,
 Atque sanctus spiritus in ea resideret
 In columbe specie, per signum hoc pateret,
 1140 Quod idem homo meritis dignus haberetur,
 Ei quod Maria virgo pro sponsa iungeretur.
 Ergo summi sacerdotes per totam mandaverunt
 Judeam, viris omnibus districte preceperunt,
 Ut de tribu Juda cuncti qui forent propagati,
 1146 Et non per conjugium essent obligati,
 Confestim in Jerusalem ad templum properarent,

Et in manu singuli virgas baiolarent.
 Idcirco viri plurimi venerunt, et portabant
 Virgas suas atque summo sacerdoti dabant,
 1150 Qui receptas singulas signis consignavit,
 Nec non eas ad altaris latus collocavit,
 Cunctis prestolantibus cum expectatione
 Divinum miraculum ac devotione;
 Sed usque diem tertium manentes non viderunt
 1155 Fieri miraculum; ob hoc obstupuerunt
 Et rursum deum precibus rogabant invocantes,
 Et signum quod promiserat ab ipso postulantes.
 Tunc iterum divina vox in templo resonabat,
 Cunctis audientibus hoc dicens exclamabat:
 1160 »Huc non venit ille dei devotus et dilectus
 Ad templum qui miraculum pre cunctis est electus,
 Cui deus virginem Mariam deputavit
 Neque venit neque suam virgam huc portavit;
 Hic habitat in Bethlehem, Jacob patre natus
 1165 De tribu Juda, nomine Joseph appellatus.

De commendatione Joseph sponsi Marie.

Iste vero Joseph erat civis bethlehemit,
 A Jacob patre genitus, qui moribus et vita
 Atque sapientia pre ceteris pollebat,
 Conversatione bona cunctos excellebat.
 1170 Frater fuit Cleope qui Annam in uxorem
 Post mortem duxit, Joachim Ysmerie sororem;
 Fuit hic iustitie verissimus zelator
 Atque pudicitie castissimus amator;
 Servabat innocentiam cum cordis puritate
 1175 Atque patientiam cum humilitate.
 Deo et hominibus fuitque dilectus,
 In sermone verax erat, iustus et perfectus;
 Simplex, bonus, humilis, mutis et mansuetus,
 Pius et amabilis fuit et discretus.
 1180 Dulcem et amabilem a cunctis exhibebat

- Benignum et tractabilem se semper ostendebat.
 Faberque lignarius fuerat ex arte,
 Fuitque prudentissimus et cautus omni parte;
 Pro necessitate sua rebus abundavit,
- 1186 Nam ipsum nulla penitus penuria gravavit.
 De suis facultatibus infirmis et egenis
 Subvenit et pauperibus ac vagis alienis.
 Cunctisque potentibus se libens exhibebat,
 Ut potuit, et penitus nullum repellebat.
- 1190 Pater fuit pauperum, solamen infirmorum,
 Tristium solarium et salus miserorum,
 Misericors et condolens erga tribulatos
 Fuit et compatiens circa conturbatos;
 Ad afflictos viscera gestans pietatis,
- 1196 Quia plenus extitit fervore caritatis;
 Sedulum obsequium in oratione
 Deo semper exhibebat cum devotione.
 Jeiuniis, vigiliis corpus macerabat,
 Statuta legis Moysi libens observabat.
- 1200 Mente, corde, spiritu deum diligebat,
 Et caritatis vinculum ad proximum tenebat.
 Fuitque mundissimus, nam carnis voluptatem
 Detestabatur, diligens nimis castitatem.
 Castus fuit tam natura quam complexione,
- 1206 Castus fuit ex divina inspirationi.
 Castus fuit corpore de bono naturali,
 Castus fuit anima de dono spiritali.
 Castus fuit moribus, et nimium facetus,
 Castus in sermonibus fuit et discretus.
- 1210 Castus eius visus erat, auditus atque tactus,
 Castus et ipsius erat gustus et olfactus.
 Caste vires anime, caste sensuales
 Virtutes eius fuerant et sensus corporales.
 Fuitque castissimus eius universus
- 1216 Membrorum motus omnium statusque diversus.
 Mitis erat in responsis, dulcis in loquendo,
 Benignus in consiliis et pius persuadendo,
 Quia nullum hominem condemnare consuevit,

Neque propter paupertatem quemquam ipse sprevit.
1220 Pauperes, ut divites, equaliter dilexit,
Nec propter defectus suos aliquem despexit.
Non superbus, non elatus, non ambitiosus
Fuit, neque tumidus, nec vane gloriosus.
Sed humilis, amabilis fuit et modestus,
1225 Placabilis, affabilis fuit et honestus;
Nec invidus, nec callidus, nec suspiciosus,
Nec sevus, nec malivolus fuit nec dolosus;
Sed benignus atque mitis, placidus, iocundus
Fuit et tractabilis, semper corde mundus;
1230 Nec tenax, neque cupidus fuit, nec avarus,
Sed largus, pius, hilaris erat dei carus.

Quod Jeseph venit ad templum et quod virga eius floruit.

Postquam vero sacerdotes hanc vocem audivissent,
Et de Joseph servo dei certi iam fuissent,
Nuntios in Bethlehem illico miserunt,
1235 Ut Joseph in Jerusalem veniret, mandaverunt,
Atque templum Salomonis veniens intraret,
In manu sua baiolans virgam apportaret.
Joseph autem sicut iustus statim obedivit,
Et veniens Jerusalem templum introivit;
1240 In manu sua baiolans virgam apportavit,
Quam ad summi sacerdotis manus presentavit.
Mox ut templum Salomonis Joseph hoc intravit,
Virga, quam in manu sua gessit, pullulavit
Frondibus et floribus, populo spectante,
1245 Et de signi novitate deum collaudante.
Joseph templum domini iam ingrediente,
Universo Judeorum populo vidente,
Frondibus est floribus virga pullulavit,
Quam aridam in manibus illuc apportavit,
1250 Postquam ad pontifices manum eam dedit,
Descendens sanctus spiritus in ipsa virga sedit

- In columbe specie, apparens manifeste,
 Omni multitudine que presens erat teste,
 Omnes utriusque sexus qui fuerant presentes,
 1265 Tunc in templo domini signum hoc videntes,
 Virga Joseph quod in puncto solius tamen hore
 Germinavit, pullulans frondibus et flore.
 Atque sanctus spiritus de celo descendebat,
 Ac in columbe specie super hanc sedebat;
 1260 Ammirando voces suas pariter levabant
 Et inclamando dominum celorum collaudabant
 Dicentes: »Quia Joseph est iustus et perfectus;
 Nam signo tam mirabili per deum est electus;
 Ipseque fidelis est et verus servus dei,
 1265 Ergo vere dignus est, ut societur ei
 Dulcis virgo Maria, deoque dilecta,
 Que per regem angelorum pre cunctis est electa;
 Adeo namque meruit, ut sibi societur
 Atque per coniugium ipsi copuletur
 1270 Illa virgo Maria dulcis atque sancta,
 Quam virtutem gloria dotavit deus tanta.

Quod sacerdotes mandaverunt Joseph ut Mariam in
 coniugem duceret.

- Igitur pontifices Joseph mandaverunt,
 Ut in sponsam duceret Mariam, et dixerunt:
 »O Joseph, vir sanctissime, deoque dilecte,
 1275 Dignus es consortio virginis electe;
 Nam magnum per miraculum te deus exaltavit;
 Ac te Marie virginis pro sposo deputavit;
 Ipsam ergo virginem tibi desponsamus,
 Eam ut in coniugem suscipias mandamus.«
 1280 Joseph ait: »Ego nunquam sponsam vel uxorem
 Ducere proposui, cunctum nam amorem
 Femineum postposui; tamen si placeret
 Contrahere coniugium, hoc non condeceret,
 Ut virginis tam tenere tam sancte copularer,

1285 Et puelle tam honeste tam digne sociarer.
 Ego miser et abiectus nimis non sum dignus,
 Tam sancte virginitatis violare pignus;
 Egoque proiectus sum etate iam senili,
 Me non decet copulari puelle iuvenili.

De oratione Joseph cum cogeretur Mariam ducere
 in uxorem.

1290 Sed eum cum pontifices et populus diversus
 Compellerent, suscipere Mariam, est conversus
 Ad orationem suam, et deum invocabat,
 Ac cum multis lacrimis dicens hec orabat:
 »Deus celi conditor, mundique creator,
 1295 Et humani generis clemens gubernator,
 Tu de limo terre primum hominem creasti,
 Necnon hunc in paradiſo tuo collocasti;
 De costa sibi feminam formans sociasti,
 Ut de se genus hominum multiplicent, mandasti;
 1300 Sed sine libidinis ardore convenienter,
 Ac immunes a peccato prolem parturirent,
 Sed hoc primi perdiderunt cyrographum parentes,
 Per transgressionem suam peccatum induentes.
 Ab hoc autem me peccato volebam temperare,
 1305 Et me carnis voluptate non coinquinare.
 Ammodo proposui, non corpus maculare
 Carnali libidine, sed mundam conservare
 Vovi meam animam propter te creator,
 Deus qui munditie semper es amator.
 1310 Igitur te deprecor ut me liberare
 Velis, ita quod non cogar hanc sanctam violare
 Virginem, que speculum totius castitatis
 Est et receptaculum vere deitatis.«

Quod angelus confortabat Joseph et hortabatur Ma-
 riam ducere in uxorem.

Tunc angelus apparuit qui consolabatur

- 1815 Benigne Joseph, ad eum dicens loquebatur:
 »Joseph o amice dei, tu non conturberis
 Propter casum huius facti, sed gaudio leteris,
 Et Mariam virginem tibi desponsari
 Sinas, et in coniugem hanc tibi sociari;
 1820 Nam secundum votum tuum hec virginitatis
 Amatrix est verissima, lumenque castitatis,
 Et juxta desiderium tuum illibata
 Virgo permanere cupit et immaculata;
 Per eam reparabitur regnum Hebreorum,
 1825 Per ipsam exaltabitur genus Iudeorum,
 Per illamque salvabitur mundus seculorum,
 Per eam restaurabitur lapsus angelorum;
 Per ipsam elevabitur regnum supernorum,
 Per illam devastabitur potestas infernorum.
 1830 Ergo tibi virginem ipsam desponsabis,
 Et veluti coniugio tibi sociabis.
 Tamen eam incontactam semper conservabis,
 Et pudicis actibus nunquam attemptabis;
 In necessitatibus sibi providebis,
 1835 Huic ut tue domine servitia prebebis.

De oratione Marie virginis cum cogeretur Joseph
 ducere in sponsam.

- Sed Mariam virginem cum cogerent Iudei
 In sponsum, ut susciperet Joseph servum dei,
 Ad deum suum confugit, lacrimis orando,
 Cordisque suspiciis ipsum invocando,
 1840 Dicens: »O celorum rex et cordium inspector,
 Ac mundarum mentium zelator et dilector;
 Tu scis, quia meum cor nunquam inquinavi,
 Nec carnem necque spiritum meum maculavi;
 Semper meam animam mundam conservavi,

*

1832 G observabis. 1333 fehlt in G. 1337 virum statt ser-
 vum G.

- 1345 Atque nihil preter te cupivi vel amavi;
 Ac tibi mee castitatis florem immolavi,
 Et meam virginitatem tibi consecravi:
 Sed votum hoc infringere dilecte mi compellor.
 A tuaque dulcedine ve, mihi! iam evellor!
- 1350 Preter te nam alteri sponso copulari
 Cogor et extraneo viro sociari.
 Ergo clementissime mi pater et salvator
 Unica salutis mee spes, deus et creator,
 Deprecor, ut corpus meum non sinas inquinari,
- 1355 Nec meam virginitatem permittas violari.
 Nam tu meus sponsus es, coniux et sodalis,
 Et cordis mei thalami, maritus singularis.
 Amavi te, dilexi te, te solum concupivi,
 Nunquam sponsum preter te dilecte mi quesivi.
- 1360 Tu solus mihi sponsus es, tu solus coniux meus,
 Tu solus mihi dominus, tu solus mihi deus.
 Tu solus mihi socius, tu solus mihi frater,
 Tu solus mihi genitor, tu solus mihi carus,
 Tu solus amantissimus, tu solus mihi carus.
- 1365 Tu solus mihi inclitus, tu solus es preclarus.
 Tu solus es amabilis mihi que dilectus,
 Tu solus es affabilis, ex omnibus electus.
 Tu solus es tractabilis mihi que gratiosus,
 Tu solus venerabilis, pre cunctis speciosus.
- 1370 Tu meus secretarius, tu meus es salvator,
 Tu meus es amasius, tu meus es amator.
 Tu meus peranymphus es, amicus et sodalis,
 Tu meus pedagogus es et comes specialis.
 Ergo mi dilectissime, te deprecor, dignare,
- 1375 Ab ista me tristitia clementer liberare.«

Quod angelus consolabatur Mariam turbatam quia
 cogebatur ducere Joseph.

Maria cum persisteret ad deum sic orando,

*

1347 G meam fehlt; conservavi statt consecravi.

4 *

- Et cum multis lacrimis ipsum implorando,
 Ad eam venit angelus dicens : »Virgo sancta
 Maria, cum tristitia non affligaris tanta !
 1380 Tuas nam orationes dominus respexit,
 Et ad consolandum te de celis me direxit.
 Ac te conservare vult in statu virginali,
 Tamen despousaberis modo coniugali
 Joseph isti viro sancto, qui te conservabit
 1385 In tua virginitate, nunquamque contristabit ;
 Casta quia permanebis et inviolata
 In tua pudicitia nunquam maculata ;
 Tu autem virgo permanebis semper impolluta,
 Tamen legem adimplebis et Moysi statuta ;
 1390 Quia Joseph sancto viro debes despousari
 Et sibi per coniugii modum sociari.
 Hic secundum votum tuum amator castitatis
 Est et pudicitie, vir mire pietatis.
 Nam a pueritia vixit in timore
 1395 Dei, cum iustitia, viteque decorè.
 Nam mitis est et humilis, castus et pudicus
 Et totius voluptatis carnis inimicus.
 In sermone verax est, mansuetus et benignus ;
 Ergo tuo virginali coniugio fit dignus.
 1400 Nec ira nec tristitia te nunquam molestabit,
 Nec aliqua mestitia te scandalizabit ;
 Sed te semper incontractam et mundam conservabit,
 Et tuum virgineum pudorem honorabit ;
 Eritque secretarius tue castitatis,
 1405 Custos atque socius tue pubertatis ;
 Servus et minister erit tue iuventutis,
 Conscius et particeps tueque virtutis ;
 Vite necessaria tibi procurabit,
 Et sedulis obsequiis tibi ministrabit.
 1410 Nam tibi ministerium dignum exhibebit,
 In necessitatibus tibi providebit.
 Ipse tibi sponsus erit socius et frater,
 Et tu sibi coniux eris soror atque mater.«
 Hinc angelus disparuit ad celosque meavit

¹⁴¹⁵ Et Maria consolata se deo commendavit.

Quod Maria despousatur Joseph.

Post hoc a sacerdotibus Maria mox vocatur,
Josephque sanctissimo viro despousatur.

Et tunc sacerdotes Joseph inducias dederunt
Tempus trium mensium et ipsi mandaverunt,

¹⁴²⁰ Quod virginem traducere Mariam non deberet
Donec, post contractum illum, tres menses adimpleret.
Ab hinc Joseph Bethlehem revertitur gaudendo.
Deo cum tripudio gratias agendo,
Ut eius necessaria, domus ordinaret

¹⁴²⁵ Et ad suas nuptias queque prepararet.

Quod sacerdotes miserunt Mariam in Nazareth.

Sed Mariam sacerdotes in Nazareth miserant

In domum patris, et ei associaverunt

Septem castas virgines, socias ipsius,

Cum quibus habitaverat in domo dei prius,

¹⁴³⁰ Ut ipsi pro solatio forent novitatis,

Et pro testimonio sue castitatis.

Domi cum puellis his Maria cum manebat,

Sicuti consueverat, devote se gerebat;

Vigiliis, ieuniis et oratione,

¹⁴³⁵ Vel legendo psalmodiam cum devotione,

Secretaque celestia vel contemplabatur

Vel manuum laboribus hec operabatur.

Quod angeli frequenter visitaverunt Mariam.

Venientes angeli sepe loquebantur

Cum Maria dulciter, et hanc consolabantur.

¹⁴⁴⁰ Ipsa vero die quadam egrediebatur

De castella Nazareth, et ipsam sequebatur

*

¹⁴⁴⁷ G sociatur statt despousatur.

- Virginum societas, eam que secute
 Fuerunt de Jerusalem in dei servitute;
 Et ad fontem prope villam simul convenerunt,
 1446 Ex quo de castello cives haurire consueverunt.
 Se modicum ab aliis Maria sequestravit,
 Ac orationibus deum invocavit.
 Tunc angelus apparuit cuius radiabat
 Vultus velut solis splendor, et coram ea stabat,
 1450 Dicens: »O Maria, gaudie felix et beata,
 Pre cunctis mulieribus nam eris exaltata!
 Gaude, nam per castitatem tuam meruisti,
 Quod tu sola seculorum regi placuisti!
 Gaude, quia votum tuum deus acceptavit,
 1455 Atque te pre ceteris solam adamavit!
 Gaude, quia mundi rex, qui celos terram regit,
 In sponsam sui thalami te solam perelegit!
 Gaude, quod vocaberis regina seculorum
 Atque dominaberis choris angelorum!
 1460 Gaude, quia splendor eris et seculi lucerna,
 Et glorificaberis laude sempiterna!
 Gaude, quia per te genus tuum exaltatur
 Atque regnum David regis per te reparatur!
 Gaude, quod humanum genus per te liberatur
 1465 Atque lapsus angelorum per te restauratur!
 Gaude, quia sola tu salvatrix peccatorum
 Eris, et refugium salusque miserorum!
 Gaude, quia portus eris et spes desperatorum,
 Erisque solatium et mater afflictorum!
 1470 Gaude, quia Moysi legem renovabis
 Atque novam gratie vitam inchoabis!
 Gaude, quia cuncti te mortales adorabunt
 Et misericordie te matrem appellabunt!
 Gaude, pia, gaudie felix, vale iocundare,
 1475 Maria virgo virginum, exultans tu letare!
 Post hoc autem non apparens angelus abscedit,
 Et in domus patris sui Maria virgo redit.

LIBER II

Explicit liber primus de vita gloriose virginis Marie.
Incipit prologus in secundum.

Evangelista Johannis scripta protestantur,
Quod multa signa fecerit Jesus que non scribantur
1480 Scriptis in autenticis; per eum tamen facta
Sunt plurima magnalia que nusquam sunt redacta
In libris evangelicis, qui tamen posuerunt
Tempus predicationis eius, et scripserunt
Virtutes et miracula quae solum faciebat
1485 Tribus annis, cum in mundo populum docebat,
Etiam nativitatem eius describentes,
Reliqua que pius Jesus fecit ommittentes.
Ad annum nam vicesimum nonum nil scripserunt
De sua sanctissima vita, nam sciverunt
1490 Sufficere pro fidei confirmatione,
Quod de sua scriberent predicatione.
Tamen nullus dubitat, quin Jesus multa signa
Virtutes et miracula fecerit que digna
Forent ad instructionem hominum scriptura.
1495 Multisque fidelibus post hoc pro futura,
In adolescentia sive iuventute,
Non mansit Jesus sine signis magnauste virtute.
Ex diversis ergo libris diversaque collegi
Et in unum opus stilo rudissimo redegi,
1500 Ut ex evangelio, quod Nazareorum
Vocatur, et ex hoc quod est dictum Hebreorum,
Quod sanctus Jeronimus scitur transtulisse,
Et nullam ibi falsitatem credimus scripsisse

Sanctum virum ; que si tamen apocrifa dicantur,
 1505 Tamen ibi nulla falsa posita probantur ;
 Ad hoc et Honorius in libro, qui vocatur
 Speculum ecclesie, mihi suffragatur.
 In ecclesiastica historia beata
 Pontifex Eusebius est quedam protestata ;
 1510 Et historiographi ut sanctus Egisippus,
 Africianus, Josephus, Orosius, Philippus
 Scriptis suis ad hoc opus nobis affuerunt ;
 Ipsi nam de Jesu Christi tempore scripserunt.
 Invidus non habet hic locum detrahendi,
 1515 Nam cuilibet conceditur facultas corrigendi
 Librum istum vel ut placet totum abradendi,
 Daturque meis emulis licentia mordendi.

Explicit prologus. Incipit liber secundus.

Quadam die Maria virgo residuebat
 Intus in cubiculo, necnon insistebat
 1520 Manuum laboribus, nam ipsa retorquebat
 Aurum circa sericum et purpuram texebat.
 Cetereque virginis pariter manebant
 Foris ante ianuam, et ipse faciebant
 Opus hoc, quod quelibet sibimet elegit ;
 1525 Honeste satis et decenter quevis hoc peregit.
 Maria sola residens intus laborabat
 Ac inter labores suos psalmos ruminabat,
 Sed cum illum legeret psalmum qui vocatur :
 »Benedixisti domine terram«, cum profatur
 1530 Hunc versum : »In me dominus audiam quid loquature«,
 Tunc redemptionis nostre salus inchoatur,
 Nam angelus, qui Gabriel per nomen nuncupatur,
 Ad Mariam virginem a deo mittebatur.

De annuntiatione beate virginis Marie.

Hic ingressus ad eam ipsam salutavit,
 1535 Et salutis gaudium ipsi nuntiavit,

Dicens: »Ave gratia plena virgo pia,
 Tecum semper dominus, dulcissima Maria;
 Pre cunctis mulieribus tu es benedicta.«
 Mitis virgo Maria, cum hec audivit dicta
 1540 Pudore cum virgineo, turbatur et expavit,
 Qualis salutatio sit illa cogitavit.
 Ad eam ait angelus: »Ne timeas Maria;
 Invenisti gratiam a deo virgo pia:
 Ecce tu concipies in ventre virginali
 1545 Pariesque filium virtute spiritali
 Hic magnus erit coram deo, filiusque dei,
 Jesusque vocabitur; hoc nomen dabis ei.
 Deus illi David patris sui sedem dabit,
 In eternum in Jacob domoque regnabit!«
 1550 Angelo Maria dixit: »Hoc mihi narra posco,
 Quomodo mihi fiet hoc, nam virum non cognosco;
 Neque cognitura sum nam virginitatem
 Deo vovens obtuli, meamque castitatem.
 Qui ait: »Sanctus spiritus super te descendet
 1555 Teque virtus altissimi umbrabit et defendet.
 Ideoque, sanctissima, sanctus qui nascetur
 Ex te patris altissimi filius dicetur.
 Ecce nunc Elisabeth in sua senectute
 Cognata tua concepit dei de virtute,
 1560 Parietque filium, quia coram deo
 Est nihil impossibile quin posse sit in eo.
 Tunc respondit angelo virgo felix illa:
 »Fiat in me verbum tuum, nam dei sum ancilla.«

Quod filius dei intravit in uterum virginis Marie.

Ad hoc verbum filius dei mox intravit
 1565 In ipsius uterum, se deus incarnavit;
 Statim ut ingressus est uterum intactum
 Caste Marie virginis fit verbum caro factum.
 Ipsam sanctus spiritus descendens illustravit
 Mansionem in ea deo preparavit.

- 1570 Tunc deus dei filius natus ab eterno
Concluditur in virginis utero materno.
De suis sanguinibus mundis sibi mundam
Carnem sumpsit et fecit virginem fecundam.
Pudoris claustra permanent incontaminata,
- 1575 Intacta virgo remanet et immaculata;
Per aurem dei filius ad eam introivit,
Ex ea sibi naturam humanam adimivit;
In divina sua manens natura deus rectus,
Carnem de Maria sumens homo fit perfectus.
- 1580 Maria virgo permanens utero fit pregnans,
Per aurem concipiens deum, qui est regnans
In celo, terris et in mari, cunctaque creavit,
Et eum novem mensibus in utero portavit.

Quod Maria ascendit ad domum Zacharie et Elisabeth cognate sue.

- Post discessum angeli Maria convocavit
- 1585 Matrem atque virgines, et illis nuntiavit
Sibi que per angelum fuerunt nuntiata,
Atque quod Elisabeth ipsius cognata
In etate tam senili foret impregnata,
Paritura filium iam inveterata.
- 1590 Ergo virgo Maria sumpsit tres ex illis,
Que cum ipsa venerant sanctissimis ancillis,
Et ascendit ad montana quam tunc habitabat
Eadem cognata sua, quam gaudens visitabat;
Aliisque virgines gaudendo redierunt,
- 1595 Jerusalem que facta sunt cunctis retulerunt.
Elisabeth dulcissima cognata sua visa
Exultans cum letitia nimis est gavisa,
Et in eius utero puer exultavit
Quando suam genitricem Maria salutavit.
- 1600 Clausus manens adhuc infans in utero materno
Domino, qui totum mundum regit ab eterno,
Veniente letabatur in exultatione,

- Quem novit sancti spiritus revelatione.
 Ergo matris utero clausus exultabat
 1605 Nondum natus creatorem suum adorabat.
 Elisabethque spiritu sancto replebatur
 Et infans eius uteri tunc sanctificatur;
 Ac exclamans vice magna prorupit in hec dicta:
 »Pre cunctis mulieribus tu es benedicta,
 1610 Atque benedictus est fructus ventris tui;
 Ut ad me venires tu nunquam digna fui,
 Qualiter hoc merui quod mater creatoris
 Ad me veniret, omnium, mundique redemptoris
 Ex quo salutationis tue vox est facta,
 1615 Nunc in meis auribus sum mente stupefacta.
 Meo nam in utero puer exultavit
 Et tuo clausam utero deum adoravit.
 Virgo, quia credidisti, tu es benedicta;
 In te nam perficiuntur a deo que sunt dicta.«
 1620 Post hoc deo pariter laudes decantabant,
 Exultantes, iubilantes deum adorabant.
 Et Maria canticum domino cantabat
 Magnificans, glorificans hec dicens proclamabat:

Canticum Marie virginis.

- Magnificat nunc anima mea deum meum,
 1625 Et exultavit spiritus meumque cor in eum;
 Nam humilitatem vidit ipsius ancille
 Ex hoc beatam me dicent nationes mille,
 Magna quia fecit mihi qui potens est et pius,
 Sanctum atque gloriosum nomen est ipsius,
 1630 Ipsumque timentibus est mitis miserendo
 Fecitque potentiam superbos dispergendo,
 Implevit bonis omnibus famem patientes
 Et dimisit divites inanes et egentes,
 Suscepit Jacob puerum suum recordatus

*

1627 G exaltavit. 1631 G potentes statt superbos. 1634 G Israel statt Jacob.

1636 Eius miserationis sicut est testatus
 Ad patrem nostrum Abraham et filiis ipsius,
 Nam bonus et misericors mitis est et pius.

Quod Joseph invenit Mariam pregnantem.

Reversus Joseph invenit Mariam iam pregnantem,
 Et eam in utero puerum gestantem.

1640 Obstupescit, territur, quid factum sit miratur,
 Gemens, dolens atque timens, in spiritu turbatur
 Et non solum propter se tantum contristatur,
 Sed pro sua dulci sponsa Maria tribulatur,
 Cum eam vere scierit castam atque mundam,

1645 Nesciens quid factum sit videns hanc fecundam.
 Invocavit Dominum ut eo mortem daret,
 Vel ab hoc opprobrio cito liberaret.

Dolorem suum attamen nolebat indicare
 Marie, ne per illud hanc incipiat turbare.

1650 Et cavit quantum potuit, ne publicaretur,
 Ne sua dulcis Maria sic infamaretur.
 Pro dolore nimio recedere volebat,

Et eam relinquere occulte disponebat.

Dolorem Joseph Maria cognoscens consolatur

1655 Ipsum, cum virginibus his septem hoc testatur,
 Quod per deum factum sit in ipsa quod cernebat,
 Et ei per ordinem cuncta referebat.

Virgines hec eadem narrabant asserentes,
 Marie testimonium bonum perhibentes,

1660 Dicebant enim: »Maria virgo est et munda,
 Et est a sancto spiritu facta nunc fecunda,
 Et nunquam ab aliquo viro fuit tacta,
 Sed a dei filio pregnans tam est facta.

Et semper ab angelis fuit custodita,

1665 Castitatem diligens moribus et vita ;
 Semper fuit perseverans in oratione,

*

1654 G dimittere statt relinquere.

- Cum deo vel cum angelis in collocutione.
 Ab angelo cottidie cibum capiebat,
 Quem semper in meridie sibi deferebat.
- 1670 Nos scimus, quia munda est et immaculata,
 Pudoreque virgineo bene conservata.«
 Sed Maria dominum devote deprecatur,
 Ut sacramenti veritas Joseph ostendatur.

Quod Joseph volebat occulte dimittere Mariam.

- Adhuc de facto virginis Joseph vaccillante
 1675 Et ab ea de sua fuga cogitante,
 Angelus apparuit qui dicebat ei:
 »Joseph fili regis David atque serve dei
 Mariam tuam coniugem tu noli timere!
 Accipe pro socia sanctaque tenere;
 1680 Illud enim quod in ea vides esse natum,
 Hoc de sancto spiritu scias inchoatum.
 Nam concepit, salva tamen sua virginitate,
 Pariet et filiam plenum deitatem.
 Hic est dei filius qui Israel salvabit,
 1685 Et a peccatis homines ipse liberabit.
 Jesusque vocabitur puer cum nascetur,
 Illud nomen proprium a te sibi detur.
 Ad hoc elegit te deus, ut incarnationis
 Ipsiis misterium seu redemptionis
 1690 Humani tibi generis primo revelaret,
 Atque suam genitricem tibi commendaret!«
 Joseph ut cognovit rem veram sacramenti
 Revelavit visionem virginis merenti
 Marie, rogans, ut ei remittere dignetur
 1695 Iniuriam, quod facile per ipsam obtinetur.
 Sponsam suam Mariam Joseph tunc accepit
 In suam curam et ei providere cepit.
 Joseph virgo virginis fit custos castitatis.

*

1698 G Relevavit.

Atque secretarius eius sanctitatis.

- 1700 Cum omni reverentia deique timore
Servit ipse Marie casto cum amore.

De statu virginis post conceptionem.

Postquam virgo Maria concepit salvatorem

Tantum ei dominus contulit splendorem,
Quod ex eius oculis radii fulserunt,

- 1705 Qui eam intuentium visum percusserunt,
Quod Joseph hanc respicere ultra non valebat,
Nec in eam aliquis vir oculos figebat.

In domum suam Bethlehem Joseph disponente,
Quod Mariam duceret, utroque de parente

- 1710 Exoratur, ut eam ibi permanere
Per tempus sinat aliquid, ut possit sic latere
Eius partus tam maturus, ne suspicionem
Ex hoc sumant invidi vel occasionem,
Conceptioni virginis sancte detrahendi,

- 1715 Ex opinione mala sinistraque loquendi.
Tunc Joseph in Nazareth domum comparavit,
Et suam in Bethlehem aliis locavit,
Manens ibi donec partus virginis instabat;
Ipsi sicut debuit devote ministrabat.

De nativitate filii dei.

- 1720 Sed cum dei filii tempus iam nascendi
Venerat et virginis hora pariendi
Ierat in Bethlehem Joseph cum Maria,
Ubi Jesus nascitur testante prophetia.
Ipse secum asinum bovemque ducebat,
1725 Virgo nam in asino gravida sedebat.
Vendere disposuit aliud iumentum

*

1704 Z fluxerunt.

- Ad habendum in expensas et eius alimentum.
 Noctis erat medium cum Bethlehem venerunt,
 Tum ipsis via comites plurimi fuerunt,
 1730 Edictum quia Cesaris compulit, ut irent,
 Illuc de provincia cuncti convenirent.
 Cum iam essent prope portam Bethlehem civitatis
 Angelus apparuit in vultu claritatis,
 Formam habens pueri cum albis vestimentis,
 1735 Atque stabat ante eos imperans iumentis,
 Ut ibi subsisterent, et asinum tenebat
 In quo virgo Maria grava sedebat.
 Nam ipsius venerat hora pariendi
 Christi dei filii tempusque nascendi.
- 1740 Quoddam diversorum vacuum intrabat
 Maria, quod de celo lux mox illuminabat.
 Jumenta Joseph et iam illuc introduxit,
 Ibi sicut potuit preseptum construxit.
 Joseph partum virginis videns iam instare
 1745 Cito currit obstetrices cupiens vocare.
 Statim circa virginem lux magnum resplendebat;
 Et angelorum multitudo cum luce descendebat;
 Parientem virginem qui circumsteterunt
 Et ei cum laudibus obstetricaverunt.
- 1750 Ibi dei filius de virginе Maria
 Jesus Christus nascitur cum cantus hymnodia
 Angelorum qui Marie matri parienti
 Ministrabant et Jesu puero nascenti.
 Laudes cantant angeli nascenti salvatore
- 1755 Et Marie servierunt obstetricum more.
 Joseph reversus invenit Mariam peperisse
 Atque dei filium eam genuisse.
 Puerum cum gudio pronus adoravit,
 Deum in virtutibus suis collaudavit.
- 1760 Tunc inestimabile fit gaudium amborum,
 Marie matris et Joseph, nam regem angelorum,
 Deum, dei filium, et dominum celorum
 Contrectant et suscipiunt in manibus eorum.
 Maria gaudet, puerum nam videt de se natum

- 1765 Sine viri semine, deum incarnatum.
 Joseph gaudet, quia regis alumnus fit celestis
 Divinique misterii conscius et testis.

De obstetricibus virginis Marie.

- Veniant et obstetrics, que fuerant vocate,
 Rachel atque Salome et virginis beate
- 1770 Partum vident sine signis parturitionis,
 Que solent esse feminis, et pollutionis.
 Scrutantes eam nulla signa sanguinis viderunt,
 Que tamen communiter fore consueverunt
 Cunctis mulieribus ex fragilitate
- 1775 In partu cuiuslibet seu nativitate.
 Aspiciunt puerulum natum iam iacentem,
 Sine partus lesione matrem existentem.
 Matrem vident incorruptam natum peperisse,
 Ipsam tamen viri thorum nunquam cognovisse.
- 1780 Inveniunt et ubera Marie plena lactis,
 Claustris pudicitie clausis et intactis.
 Harum obstetricum una que nomen hoc habebat:
 Salome, scrutari sanctam virginem volebat,
 Et eam contingere vult irreverenter,
- 1785 Ac probare suum partum nimis indecenter.
 Ergo manum cum ipsis extenderet ad tactum,
 Brachium eius riguit statim arefactum;
 Atque manus marcuit eius quam extendit,
 Quod probare virginem procaciter intendit.
- 1790 Statim illa misera cepit eiulare
 Flens lacrimabiliter cum gemitu clamare:
 »O quid feci misera, volens experiri
 Impudenter virginem, que sine tactu viri
 Filium dei genuit mundi redemptorem,
 1795 Eiusque virginem retinens pudorem.«
 Mariam rogat ut ipsius hec misereatur,
 Sibique restitui manum deprecatur.
 Que iubet hanc auxilium invocare nati;

Hoc faciens hec redditur statim sanitati.

- 1800 Exeentes obstetrices palam nuntiabant
 Ac dei magnalia cunctis propalabant,
 Dicentes: »Quia vidimus novum signum factum,
 Peperisse virginis uterum intactum,
 Nuntiamus omnibus magnum factum mirum,
 1805 Genuisse virginem que nunquam novit virum.
 Vidimus et ubera puelle plena lactis,
 Claustris pudicitie clausis et intactis;
 Vidimus et puerum positum in cunis,
 Virgo quem genuerat libidinis immunis;
 1810 Vidimus et uterum incontaminatum
 A viri contagio peperisse natum.
 Concepit virgo nescia libidinis ardoris,
 Et gestavit inscia gravaminis laboris;
 Atque sine corporis peperit dolore
 1815 Ac sine puerperii signis et merore.
 Sicut vitrum penetrat radius solaris
 Nec tamen vitrum frangitur, sic venter virginalis
 Nequaquam corruptitur ex nascente prole
 Seu vitrum non destruitur transparente sole.

Quod Maria posuit puerum in presepio.

- 1820 Maria suum puerum pannis involvebat,
 In bovis et in asini presepio ponebat.
 Nascentes bos et asinus suum creatorem
 Coram se depositum exhibent honorem
 Sibi sua genua devote conflectendo
 1825 Et eum simul adorabant in terram procumbendo.
 Esse suum creatorem iumenta cognoverunt
 Inclinantes genua nec ultra comederunt:
 Noscunt incarnationis dei sacramenta
 Adorantes puerum deum hec iumenta.

Canticum Joseph in nativitatem Christi.

- 1830 Joseph vero canticum laudis decantabat,

- Et deum in virtutibus hec dicens collaudabat:
 »Tibi virtus, gloria superne dignitatis,
 Decus et imperium eterne maiestatis,
 Sit tibi, deus, conditor totius creature,
 1835 Pater atque genitor humane geniture.
 Te laudo, te glorifico, te deum adorabo;
 Te patrem honorifico, te regem exaltabo.
 Nam misericordiam tu magnam ostendisti
 Mihi, quod ex omnibus me solum elegisti,
 1840 Ut tuum unigenitum mihi commendares,
 Eius incarnationem mihique revelares,
 Quem ex ista virgine video iam natum;
 Credoque per spiritum sanctum incarnatum.
 Hic est ille puer sanctus quem patriarcharum
 1845 Visiones premonstrabant et scripta prophetarum,
 Hic est lapis visionis regi magno visus,
 Qui fuit sine manibus de montibus excisus.
 Hic est serpens eneus in portica suspensus,
 Deus homo summus, imus, parvus et immensus
 1850 Hic aries est Abraham pro Isaac oblatus,
 Deus, dei filius pro nobis incarnatus.
 Hic est ros quo maduit vellis Gedeonis,
 Hic ignis est quo canduit rubus visionis.
 Hic est flos qui pullulavit de radice Jesse,
 1855 Qui totius seculi salvator debet esse.
 Hic est manna positum in archa testamenti,
 Tabulaque Moysi divini documenti.
 Hic de Jacob oriens est figuralis stella,
 Qui pro mundo natus est de virginе puella,
 1860 Hic estque propheticus puer nobis natus,
 Hominibus et angelis filius est datus.
 Hic est puer, hec est virgo, quam fore concepturam
 Prophetavit Isaías et deum parituram.

*

1845 und 1846 fehlen in G. 1848 Walther von Rheinau 60, 36
 èrin ?

De signis que fiebant in nativitatem Christi.

- Mox ut Jesus natus est de virginе puella
 1865 Apparuit in aere quedam nova stella;
 Maior atque clarior hec stella rutilabat
 Ceteris sideribus, nec tamen ipsa stabant
 Cum reliquis sideribus in celi firmamento,
 Sed hesit hec in aere sine sustentamento
 1870 Supra domum ubi Christus est natus, ferebatur,
 Et per totum mundum splendor eius videbatur.
 In illa nocte pastores in campo vigilabant
 Ac suum in pascuis gregem observabant.
 Subito de celo lux maxima refulsit,
 1875 Et pastores illos splendor magnus circumfulsit;
 Juxta quos tunc angelus stabant in splendore,
 De quo ipsi territi sunt nimio timore.
 Ad eos ait angelus: »Timere vos nolite,
 Quod ego vobis nuntio, letanter hoc audite:
 1880 Evangelizo gaudium vobis et quod notum
 Erit omni populo per orbem mundi totum.
 Est in civitate David modo nobis natus
 Salvator, qui est dominus et Christus appellatus.
 Invenietis puerum pannis involutum,
 1885 In presepi positum ab omni latere tutum,
 Cum Maria matre sua; hoc sit vobis signum,
 Natum fore salvatorem omni laude dignum.«
 Ad illum venit angelum ibidem supernorum
 Celestium exercitus et ceterus angelorum
 1890 Deum collaudantium, dicentesque cum eo:
 »Honor sit et gloria in excelsis deo.
 In terra pax hominibus bone voluntatis.«
 Sic ad celum ascenderunt cum laude deitatis.
 Pastores ad invicem dixerunt: »Transeamus
 1895 In civitatem Bethlehem, ut ibi videamus
 Verbum hoc quod factum est et modo nuntiatum
 Nobis est per angelum salvatorem natum.«
 Venientes Bethlehem viderunt coruscantem

Stellam novam supra domum cernunt et infantem
 1900 Cum Maria matre sua panniculis velatum,
 In bovis et in asini presepio locatum.
 Mirantes hec que facta sunt cunctis narraverunt,
 Quod angelos audierant ac viderant dixerunt.
 Audientes universi nimis mirabantur
 1905 Ex hoc quod a pastoribus ista dicebantur.
 Hec Maria conferens in corde conservabat
 Et omnia memorie sue comendabat.

De signis que fiebant per totum mundum in nativitate Christi.

Diversa tunc miracula facta referuntur,
 Quando Jesus natus est hic que describuntur
 1910 De quibus meram veritatem nullam assevero,
 Ea quia non presumo scribere pro vero.
 Sed ad decus Jesu Christi nati de Maria
 Possunt ea recitari pro laudis hymnodia,
 Atque pro figura quadam laudis dei nati,
 1915 Nam omnis subest creatura sue potestati.
 Illa nocte quando mundi lux oriebatur,
 Et de munda origine Jesus nascebatur,
 In romana civitate vivus fons efluxit,
 Qui rivos ex oleo purissimo produxit.
 1920 Augustus Cesar qui tunc mundi monarchiam rexerat,
 Illa nocte quoddam sidus in ethere respexit,
 Et refulsit sidus hoc velut splendor stelle,
 Et habens imaginem virginis puelle,
 In ipsius brachiis puerum gestantis.
 1925 Sicut stella splenduit facies infantis,
 Sed cum Cesar quereret, quid signarent illa,
 Prophetissa ducitur nomine Sibilla,
 Que dixit de virgine regem esse natum,
 In celo terris et in mari qui tenet dominatum.
 1930 Tunc Cesar suam statuam deiexit ad honorem
 Regis nati quem futurum scivit se maiorem.

Nam iusserat imaginem ipsius preparari
 Et per mundum sicut deum se fecit adorari.
 Hora quando filius dei natus fuit,

- 1935 Mel per universum mundum super terram pluit;
 Nam facti sunt mellifui per totum mundum celi
 Dantes testimonium partui fideli.
 Per totum mundum flumina cuncta substiterunt
 Tribus horis nec ad ima fluendo descenderunt.
- 1940 Omnes subitanea morte moriuntur,
 In Sodomorum vicio qui tunc reperiuntur.
 Illa nocte vetus archa quondam que resedit
 In montibus Armenie mistice tunc dedit
 Verum testimonium florenti trinitati
- 1945 In Jesu dei filio de Maria nati;
 Nam ex ea tria ligna hac nocte viruerunt,
 Ramos, frondes atque flores cum fructu protulerunt.
 Est Fidenatum civitas in que paganorum
 Simul ad spectaculum, quod gladiotorum
- 1950 Dicitur, tunc milia viginti convenerunt,
 Qui simul ibi subita morte perierunt.
 Hac hora facta grandine in barbara Ryzia
 Cecedit ex ethere quedam iconia,
 Formam habens virginis in brachiis infantem
- 1955 Coronatum capite suo baiulantem,
 Cuius esset hec imago materie vel rei,
 Nemo scivit nisi foret forte glaciei;
 Tamen non ab aliquo calore solvebatur
 Sed in luto posita diu servabatur,
- 1960 Ubi gens barbarica delubra colebat,
 Post triginta duos annos tunc liquifiebat.
 Per illudque misterium incarnationis
 Congrue describitur atque passionis,
 Quando liquefactus est Jesum patiendo
- 1965 Virginisque spiritus in compatiendo.
 Rome templum corruit Pacis appellatum,
 De quo longe fuerat ante prophetatum,

*

1952 G und Z ruzia.

- Quod hoc nunquam rueret, quin virgo parturiret,
 Seu quoddam impossibile, quod nunquam eveniret.
- 1970 Ante partum virginis in celo videbantur
 Tres soles qui ad invicem paulatim iungebantur,
 Donec corpus unicum fierent solare,
 Quod nobis non incongrue videtur assignare.
 Unius dei trinitatis mystice figuram,
- 1975 Illamque per filium nobis credituram.
 Tunc super Romam circulus in celo ferebatur
 Corona velut aurea, qui cunctis videbatur.
 In Magorum regione qui tunc advenerunt
 Stella duce munera Jesuque tulerunt,
- 1980 Fiebant mirabilia quedam et portenta,
 Que scribi pro misteriis hec poterant attenta.
 Horum unus assydam domi nutriebat
 Et eam domesticam facere studebat;
 Hec avis ova gemina solito ponebat
- 1985 Que sicut eius exigit natura confovebat;
 Sed cum tempus venerat educationis
 Monstrum exit ab ovis huius structionis;
 Ex uno leo prodiit, ex altero fit agnus;
 De quo fit stupor omnibus atque timor magnus.
- 1990 Referri bene potest hoc ad integratem
 Virginis et filii ad humanitatem,
 Qui fuit agnus innocens mortem patiendo
 Et fuisse scribitur leo resurgendo.
 Alter Magus aromatum hortum complantatum
- 1995 Habuit in quo balsamum colebat propagatum:
 In unum balsamitico stipite crescebat
 Eiusdam herba surculus, quam nemo cognoscebat,
 Vitis habens folia in supremo florem
 Iocundum atque roseum sed rosa pulchriorem.
- 2000 Crevitque folliculus floris in supremo
 Quid portaret germinis hoc sciebat nemo.
 Sed crescens hic folliculus mox dilatabatur
 Et paulatim maturescens per seque rumpiebatur,

*

1995 G in quo fehlt.

- Et prodiit avicula columbe simulata
 2005 Ac humanas edidit voces hec affata :
 »Natus est de virgine deus et creator
 Celi, terre, marium, et hominum salvator.«
 Uxor Magi tertii genuit infantem
 De nato Jesu maximum signum propalantem :
 2010 Mox ut puer natus est supra pedes stabat,
 Profecte loquens de Jesu nato sic clamabat:
 »Natus sum, ut moriar, ego nam nascendo
 Nasciturum seculi dominum ostendo,
 Ex unius virginis utero non tacto,
 2015 Et ex illa sumpta carne de verbo dei facto.
 Qui post annos est triginta atque tres passurus
 Pro cunctisque supplicium mundum redempturus.
 Huis rei morte mea signum sum daturus,
 Quia post triginta dies et tres sum moriturus.«
 2220 Ergo post triginta dies et tres moribatur.
 Puer prius tamen plurima futura loquebatur.
 Ille quondam arbores solis atque lune,
 Que responsum omnibus dederunt tam commune,
 In nativitate Jesu private sunt responsis
 2025 Ab eis demonibus omnibus repulsis.
 Nam cum ab arboribus his demones cesserunt :
 »Recedamus ab hoc loco« cuncti clamaverunt,
 »Nos pellit ab hominibus qui verbo nos creavit,
 Quia modo factus homo se mundo demonstravit,
 2030 Et sue potentie nos calcat modo zelo,
 A nostris qui de sedibus expulit in celo.«
 Aruit tunc arbor una solis appellata
 Quando vera deitas fuit humanata.
 Nam solis arbor aruit in incarnatione
 2035 Aruit et arbor lune in Christi passione.
 Bragmanorum populus stellam radiare
 Nativitatis nuntiam videns, exultare
 Cepit, nam crediderat verbum incarnandum
 Annos ante plurimos et deum humanandum.
 2040 Nam millenis hec gens annis antequam venisset,
 In carnem Christus hominem et deus assumpsisset;

Crediderat, docuerat de coeternitate
 Patris, verbi spiritus in una deitate;
 Atque trium personarum cum equa maiestate
 2045 Trium unum, unum trium cum pari potestate.

Quod Joseph eduxit Mariam de diversorio in quo
 natus est Christus.

Joseph die tertia cum Maria transit
 Ad aliud hospitium et Bethlehem remansit.
 Maria suum puerum lactans nutriebat
 Fomentis atque balneis ut decuit fovebat.
 2050 Puer hic ut moris est quandoque vagiebat,
 Humanam naturam sequens plorabat atque flebat
 Defectus tenens alios eius ut maiestas
 Lateret a diabolo divinaque potestas.
 In cunctis tamen ipse fuit modestus et quietus,
 2055 Non ut modus est communis infantibus consuetus;
 Non frequens, non impatiens, non fervens in sugendo,
 Non importunus, non clamans, non stridens in lugendo,
 Suam ne dulcissimam matrem perturbaret,
 Vel vicinos aliquos sic inquietaret.

De circumcisione Jesu.

2060 Octavo die puer Jesus circumcidebatur,
 Ut angelus predixerat Jesus appellatur.
 Nomen dulci pueri Jesus est vocatum,
 Quod fuerat ab angelo matri nuntiatum.

De adventu magorum in Jerusalem.

Post diem autem tredecim tres ab oriente
 2065 Reges in Jerusalem stella producente
 Advenerunt, ab Herode rege requirentes

- De loco nati pueri, sic ei dicentes:
 »Ubi est, qui natus est rex Iudee gentis,
 Cuius stellam vidimus in terris orientis?
 2070 Eum adorare nos cum munere venimus,
 Quod ipse rex est omnium seculorum scimus.«
 Herodes rex auditis his timens ammiratur,
 Omnis Ierosolima cum ipso conturbatur.
 Interrogat pontifices ubi nasciturus
 2075 Christus sit, qui Israel erit redempturus.
 Qui respondunt: »Bethlehem, secundum prophetias,
 Quas scripserunt Ieremias, Amos, Ysaia.«
 Tunc ait magis: »Ite vos et interrogate,
 Sollicite de pueru, mihiique nuntiate,
 2080 Ut et ego veniens ipsum adorare
 Possim, mea munera sibique presentare.«
 Egressi ergo stellam se precedere videbant,
 Quam videntes gaudio maximo gaudebant.
 Sed et hec precessit eos et locum demonstrabat,
 2085 Ubi puer Jesus erat et supra domum stabat.
 Intrantes domum puerum Jesum invenerunt
 Cum Maria matre sua, quem adoraverunt.
 Apertis suis scriniis obtulerunt ei
 Aurum, mirram atque thus tamquam deo regi.
 2090 Aurum mirram atque thus singuli dederunt,
 Hec tria quivis obtulit, nam mistica fuerunt.
 Jesus puer videbatur manus elevare,
 Et est visus quasi munus illorum acceptare.
 Nam ad eos manum suam dexteram erexit,
 2095 Tamquam ipsos benedicens ad eosque respexit.
 Marie vero plurima munera tradebant:
 Gemmas, byssum, purpuram ipsamque decebant.
 Joseph ut nutricium infantis honorabant,
 Ex argento munera pulchra sibi dabant.
 2100 Ipsam Joseph in secreto seorsum convocantes,
 Ab eoque de pueri statu perscrutantes;
 Ipsi qui misterium totum referebat,
 Et esse matrem pueri virginem dicebat.
 Reversi sunt ad puerum rursum adorantes

2105 Receduntque cum gaudio matremque salutantes.
Sed his apparens angelus iussit, ne redirent
Ad Herodem sed per viam aliam transirent.

De purificatione virginis Marie.

Tempus cum purgationis virginis impletur,
Et secundum Moysi legem portaretur,
2110 Puer in Jerusalem ad templum hunc ferentes,
Pro eo duos turtures offerunt parentes.
Quidam senex Simeon illuc tunc accessit,
Cui domum gratie deus hoc concessit,
Quod in carne deum suum foret hic visurus
2115 Antequam per mortem foret a vita discessurus.
Hic in ulnas ergo suas puerum accepit,
Decantando de laudes canticum incepit:
»Nunc me dimittis domine cum pace, quia mei
Iam viderunt oculi salutare dei,
2120 Quod parasti gentibus ad illuminandum,
Et ad tuum populum Israel salvandum.
Hic puer erit positus multis in ruinam,
Quia dabit seculo salutis hic doctrinam.«
Ad matrem autem ait: »Hunc quum patientem
2125 Videbis, eius gladius tuam scindet mentem.«

Quod angelus precepit Joseph quod fugeret in Egyptum.

Angelus apparuit Joseph dicens ei:
»Cum matre tolle puerum Joseph serve dei;
In Egyptum fugias et manebis ibi,
Donec ad te veniens illuc dicam tibi.
2130 Quoniam futurum est ut querat ad perdendum
Rex Herodes puerum et ad occidendum.

*

Der Abschnitt 2126 bis 2135 fehlt in Z.

Ipse nam Herodes misit, ut qui invenirentur
 Infantes circa Bethlehem cuncti necarentur.
 A bimatu pueri cuncti trucidantur
 2135 Et etatis qui minoris esse iudicantur.

De fuga Joseph in Egyptum cum puero Jesus et
 matre eius.

Nocte sternens asinum Joseph consurrexit,
 Sumens matrem atque suum puerum perrexit.
 In Egyptum fugiens sibi ceu mandatum
 Fuerat per angelum a deo destinatum.
 2140 Dum in Egyptum ductus est unius fuit anni
 Jesus, dolum fugiens vessimi tyranni.
 Tamdiu nam distulerat Herodes rex necare
 Innocentes, ut Jesum posset indagare.
 Hic non credat aliquis, quod ierint in via
 2145 Soli portantes puerum Joseph cum Maria,
 Quia Joseph duos boves et totidem ducebat
 Asinos; in uno mater cum puero sedebat,
 Alter necessaria victus deportabat
 Per desertum in quo nemo tunc inhabitabat.
 2150 Ancillam atque servos tres secum adduxerunt,
 Qui Joseph atque virginis per viam servierunt.
 Hi per solitudinis transebant sic desertum,
 Quod non habebant semitam nec ullum iter certum.

De signis que faciebat Jesus per viam cum fugeret
 in Egyptum.

Quedam hic miracula posita scribuntur
 2155 Que in hoc itinere facta referuntur.
 Qui non credit audiat tamen patienter,
 Et Jesum dei filium non dicat imprudenter,
 Matri dilectissime tunc non affuisse
 In necessitatibus sibique succurrisse.

- 2160 Nam per viam sepe sitim maximam habebant,
Famem et penuriam victus sustinebant.
Estum, frigus, pluvias magnas tolerantes,
Tempestates grandines nubesque rorantes;
Ventum cum tonitruis coruscationum,
2165 Montes, silvas, devia, timoreque latronum
Estum die, nocte frigus magnumque sunt passi,
De labore nimio sepe facti lassi.
Domum vel hospitium nusquam invenerunt,
Singulisque noctibus sub divo iacuerunt.
2170 Sic per dies quadraginta eundo laberabant
Atque mala plurima sepe tolerabant.

Quod venerunt ad speluncam latronum.

- Sed cum iter agerent venerunt ad cavernam
Plurimorum draconum tetram et avernam.
De spelunca dracones egrediebantur,
2175 Horridis corporibus nude terrebantur
Nimis omnes, atque timor hos maximus concussit.
Sed ex matris sue puer brachiis excusset,
Coramque draconibus pedibus erectis
Stetit, suis contra feras moribus obiectis
2180 Sed dracones creatorem suum cognoscentes
Adorabant puerum statim recedentes.

De feris que occurrerunt Jesu.

- Concurrebant ad Jesum onagri, leones,
Ursi, pardi, tygrides, maurycomoriones,
Unicornes, lamie, lincei, elefantes,
2186 Onocentauri, simie, vulpes et durantes,
Hyene, lupi, migale pilosus et panthere.
Tam heremi quam nemoris universe fere,

*

2183 Mauricomoriones. Glosse: Ein löwenartiges thier im Orient.

- Concurrentes undique veniunt ad viam,
Adorantes puerum Jesum et Mariam
 2190 Subsecuntur et precedunt, cum ipsis ambulantes
Eis quasi semitam ignotam demonstrantes.

De palma et de fonte.

- Die quadam ex calore solis estuabant,
Ipsi magnam et iumenta sitim tolerabant.
Aqua iam defecerat in vasis quam tulerunt,
 2195 Diu fontem inquirentes nullam invenerunt.
Ad palmarum arborem tandem veniebant
Sub qua multum sitientes fessique sedebant.
Puer Jesus digito terram fudit parum,
Statim in eodem loco erupit fons aquarum,
 2200 Unde cuncti suam sitim recreant letantes,
Etiam iumentis suis potum ministrantes.
Alta fuit arbor satis sub quam residebant,
In cuius cacumine fructus dependebant.
Sed cum mater pueri fructum hunc respexit,
 2205 Concupivit, nemini tamen hoc detexit.
Puer Jesus matris sue cognoscens iam affectum
Non sufferre potuit ipsius defectum.
Ut suos ramos flecteret imperavit palme,
Ut suum fructum manibus offerret matris alme.
 2210 Se Marie gremio mox arbor inclinavit,
Ad tollendum fructus suos se palma presentavit.
Carpit fructum Jesus mater cum ipsa colligentes,
Mirabantur ceteri factum nescientes,
Et cum magno gaudio cuncti comedenterunt.
 2215 Partem que superfuit ad viam servaverunt.
Sanctum hoc collegium per noctem ibi sedit,
Nam victum et hospitium arbor eis dedit.

Quod angelus attulit eis panes.

Cum item iter agerent et panes defecissent,
Nec alimentum corporis ullum habuissent,

2220 Angelus apparuit illis qui prebebat
Panes, et hoc sepius per viam faciebat.

Quod bubale et cerve obtulerunt se ad mulgendum.

Concurrenunt bubale cerveque prebentes
Ad mulgendum ubera, lac suum offerentes,
Ut ex illo sanctus illes conventus nutririatur,
2225 Lacte puer etiam Jesus foveretur.

Quod arbores et herbe adorabant Jesum.

Cum per silvas transiverunt ramos universe
Inclinabant arbores ad puerum converse.
Arbores cacumina flexerunt adorantes,
Transeunte creatore ramos inclinantes.
2230 Herbeque similiter fecerunt hoc camporum,
Floresque convallium et gramina pratorum
Se cuncta Jesu puelo flectebant inclinando,
Venientem dominum suum adorando.

De latronibus quos inciderunt.

Sed post hoc ad locum quandam venerunt quo latrones
2235 Speluncas sibi fecerant atque mansiones.
Ab illisque latronibus ibi sunt detenti,
Et in sortem suam uni cedunt qui decenti
Familie compatiens hospitio collegit,
Ac in necessariis ipsorum curam egit.
2240 In cibis et in potibus ipsos recreavit,
Ac iumentis pabulum large ministravit,
In venustitate pueri multum delectatus
Et huic divinum aliquid inesse suspicatus.
Tandem Joseph aliqua sibi revelavit
2245 De sanctitate pueri quedamque propalavit.

- Latronis uxor balneum pueru paravit,
 In hoc ipsum sua mater Maria balnavit.
 Tunc latrones illuc casu quidam advenerunt,
 Qui pro latrocincio graviter fuerunt
 2260 In suis corporibus recenter vulnerati,
 A suis adversariis et longius fugati.
 Unus ex latronibus multis plagi cesus
 In aqua quam fuerat balneatus Jesus
 Cruorem a vulneribus fundens aquam lavit.
 2265 Sanitatem vulnerum mox recuperavit.
 Similiter tunc alii latrones vulnerati
 Lavantes sua vulnera cuncti sunt sanati.
 Hospes hoc et hospita mirati sunt videntes,
 Aquam hanc sollicite diu retinentes.
 2270 Per illamque divitias multas receperunt,
 Nam cunctas egritudines cum ea curaverunt.
 Joseph autem puerum sumens et Mariam
 Suam quam incepérat profectus est per viam.
 De recessu tam festino multum tristabatur,
 2275 Hospita, sed hospes eum dolens sequebatur,
 Et viam per quam pergerent ipsis demonstravit,
 Ad eum quod in reditu redirent exoravit.

Quod nubes protexit eos a calore solis.

- Cum per viam pergerent magnus fuit estus,
 Et calor solis nimium fuit his infestus.
 2270 Sed Maria puerum vestibus tegebat
 Ne per solem lederetur, sed eo plus calebat.
 Divino nutu subito se nubes tunc extendit
 Super eos et a sole per viam hos defendit.
 Nubes hec euntibus illis commeabat
 2275 Illisquoque stantibus super eos stabat.
 Horrens intemperies sepius surrexit
 Grandinis et pluvie, sed eos protexit
 Deus, eos molestari nunquam qui dimisit.
 Super eos velut arcus tempestas se divisit.

2280 Sepius his contrarius insurrexit ventus,
Ipsos est ne lederet divinitus retentus.

Quod aves salutabant Jesum.

Super eos sepius avesque volabant
Atque Jesum puerum regem salutabant.
Humana voce creatorem suum cognoscentes
2285 Adorabant super terram eum et dicentes :
»Ave rex et domine terrarum et celorum,
Jesu fili virginis creator seculorum.«
Est quoddam genus avium spytacus vocatum,
Hoc ei presagium est a natura datum,
2290 Quod humana voce reges salutat nuntiando,
Qui futuri reges sunt eosdem salutando.

Quod via abbreviata est eis.

Joseph autem ad Jesum ait et Mariam:
»Quanta mala passi sumus vos scitis per hanc viam.
Famem et penuriam sitim et labores,
2295 Montes, valles, devia, latronumque timores,
Fulgura, tonitrua, coruscationes,
Pluvias et grandines, et solis ustiones,
Deserta, solitudines, serpentes et dracones,
Feras atque bestias, lupos et leones.
2300 Ergo, vobis si videtur, ad mare divertamus,
Ut istas solitudines vitare valeamus;
Ibi villas, civitates et vicos invenimus,
Atque victualia emenda reperimus.
Ibique per homines transitum securum
2305 Habebimus et devitamus iter hoc tam durum.«
Tunc angelus apparuit Joseph dicens ei:
»O Joseph, vir sanctissime, serve summi dei,
Tu ex hoc itinere gravi conturbaris,
Pro tueque familie labore tribularis.

- 2310 De celis ego missus sum ad te consolandum,
 Tuamque familiam lassam confortandum;
 Propter Jesum puerum et virginem Mariam
 Tibi vult abbreviare deus tuam viam.
 Ad huc quia tibi restant viginti tres diete,
 2315 Quas transibis sola die crastina quiete.
 Tunc tu terram ad quam missus es ingredieris,
 Ibi manens donec inde per me revoceris.«
 Joseph autem angeli cum verbum hoc audivit,
 Cum immenso gaudio per viam suam ivit.
 2320 Et dietas solo die viginti tres transivit,
 Ut angelus predixerat Egyptum introivit.

De arbore persico que inclinavit se.

- Sed ad quandam civitatem Egypti cum venissent,
 Hermopolis que dicitur, atque transivissent,
 Prope quandam arborem que est appellata
 2325 Persicus et fuerat cunctis dedicata
 Demonibus ab incolis illius regionis,
 Et erat eis maxime venerationis,
 Ad hanc autem arborem Jesus cum veniret,
 Ipsamque cum comitatu suo pertransiret,
 2330 Arbor hec ab alto suos ramos inclinavit,
 Transeuntem creatorem suum adoravit.
 Cum ramis suis arbor hec ad terram incurvatur
 Atque Jesum transeuntem prona veneratur.
 Virtutem tantam arbor hec ab illo mox concepit,
 2335 Tempore quo omnibus esse jam incepit
 Morbis salutifera, cunctis quoque malis,
 Ac infirmitatibus tunc medicinalis,
 Arbor hec que prius erat superstitionis
 De demonum oraculis et prestigiosa
 2340 Ex Iesu Christi transitu nunc sanctificatur,
 Et cultura demonum ab hac eliminatur;
 Nam fructus eius atque frondes, cortex, lignum, flores
 Facti sunt remedium cunctos ad dolores.

Quod idola Egyptiorum ceciderunt.

Post hoc Splenen civitatem magnam intraverunt,
 2345 Ubi nullum hominem fidelem invenerunt.
 Ipsos qui hospitio reciperet vel tecto
 Omni idolatrie populo subiecto.
 Sed ad quoddam idolorum templum divertebant,
 Et in quadam porticu templi remanebant
 2350 Per noctem illam usque mane, donec convenienter
 Gentiles atque templi sui fores aperirent.
 Tunc cuncta sua reperunt idola deiecta,
 Atque sparsim super terram singula proiecta.
 Deos suos sic confusos videntes universi
 2355 In stuporem et timorem magnum sunt conversi.
 Nam trecenta quinquaginta fuerant erecta
 Per templum hoc simulacra que cuncta sunt deiecta;
 Sed totius civitatis cives concurrentes
 Universos deos suos prostratos sic videntes
 2360 Dixerunt: Quis tam potens est in terra vel in celo,
 Qui sit ausus contra deos nostros tanto zelo
 Manum suam elevare, quod eos sic prosternat,
 Eorumque potentiam nil timendo spernat?
 Ac universus populus eulando flebat,
 2365 Quilibet ad alterum timens hec dicebat:
 Ve nobis, quid futurum est per signum tam stupendum,
 Atque per prodigium hoc cunctis metuendum,
 Utinam ne veniat in nos exitialis
 Plaga quandam que percussit Egyptios tot malis!
 2370 Quis enim ille deus est tam potens et stupendus,
 Qui non solum nobis est sed nostris diis timendus?
 Sed ex his dicebant quidam: Dii maris pugnaverunt,
 Cum diis terre prelantes, et his prevaluerunt.
 Et dixerunt alii: Novi dii venerunt
 2375 In Egyptum atque nostros deos expulerunt;
 Nam per totam regionem quotquot tunc fuerunt
 Egyptiorum idola cuncta corruerunt.
 In Egypto non est templum, immune quod maneret,

- In quo tunc simulacrum deiectum non iaceret.
 2380 A diis ergo requirebant pontifices templorum,
 Que ruine causa foret tam gravis idolorum.
 Responderunt demones, quod terram introisset,
 Deus deorum omnium quem virgo genuisset,
 Dicentes: Quia coram eo stare non audemus,
 2386 Suamque presentiam sufferre non valemus.

Quod dux Affrodisius primo cognovit Jesum.

- Sed dux Affrodisius illius civitatis
 Clamorem atque strepitum universitatis
 Et tumultum populi magnum cum audivit,
 Quare foret tantus clamor ac strepitus, quesivit.
 2390 Sibi tunc responsum est, in templo quod suorum
 Universa corruiissent idola deorum,
 Et in templi pavimento singula confracta
 Jacerent et in minima frustula redacta.
 Ex hoc Affrodisius nimis obstupescit,
 2395 De talique prodigio spiritu pavescit,
 Et exurgens festinatus templum introivit,
 Ac deiectos deos suos invenit, ut audivit.
 Exclamavit voce magna dicens: hec potestas
 Cuius dei poterit esse, quod maiestas
 2400 Et gloria deiecta est tam turpiter deorum
 Nostrorum et destructa est virtus idolorum.
 Quomodo defendere se non potuerunt
 Nostri dii, qui semper tamen invicti permanerunt?
 Ut puto quidam novus deus terram hanc intravit,
 2405 Qui deos nostros expulit et deas effugavit;
 Nam eius ad introitum dii nostri qui sunt clausi,
 In sureis simulacris stare non sunt ausi.
 Per ipsum enim destruetur eorum iam cultura,
 Et est nqua vita cunctis Egyptiis futura.

*

2393 G frustra statt frustula.

Quod dux Affrodisius invenit puerum Jesum in Templo
cum Maria matre sua.

- 2410 Tunc dux Affrodisius templum circuivit,
Si quis illuc venerit extraneus, querivit
Et invenit virginem Mariam residentem,
Ac in eius sinu suum puerum tenentem,
Diutius intuitus matrem et infantem,
- 2415 Atque vultum pueri ceu sidus radiantem.
Mox ad terram corruit, infantem adoravit,
Matremque suscipiens benigne salutavit.
Universum populum ad se convocavit,
Ipsis Jesuni puerum hec dicens demonstravit:
- 2420 Omnes huc concurrite, venite, properate,
Infantem hunc suscipe deum adorate!
Hic est ille puer nostram qui terram huc intravit,
Et virtute sua deos nostras conculcavit.
In conspectu suo dii stare non audebant,
- 2425 Sed confractis idolis suis recedebant.
Hic est puer de quo nobis reges predixerunt,
Anno qui preterito Egyptum transiverunt,
Et eum cum muneribus suis quesiverunt,
Et ad eum stella nova duce pervenerunt,
- 2430 Et nos eandem vidimus stellam coruscantem.
Ortum huius pueri mundo nuntiantem.
Hic est puer de quo nobis ille prophetavit
Jeremias, quem Assur ad terram hanc fugavit.
Hec est stella, vates noster quam Balaam orituram
- 2435 Predixerat ex Israel et Jacob egressuram.
Hic est rex et dominus, hic est puer ille,
De quo nobis predixerunt carmina Sibille.
Iste puer, quem videtis, deus est et homo,
Non talis sicut nostri dii qui iacent in hac domo.
- 2440 Iste puer deus est, rexque regnaturus
Per totum orbem novam legem mundoque datus.
Hunc infantem peperit virgo sine patre,
Ipsumque deus genuit in celo sine matre.

Beatum ergo puerum hunc omnes adoremus,
 2445 Ut deum dei filium ipsum honoremus.
 Nam si contempserimus nobis hanc collatam
 Gratiam pre gentibus cunctisque modo datam,
 Timendum est, ne veniat super nos horrenda
 Plaga quondam que percussit peste tam stupenda
 2450 Gentem egyptiacam et Pharaonem stravit,
 Ac in mari rubro suum exercitum necavit.

Quod omnis plebs huins civitatis adoravit Jesum.

Ducis Affrodosii sermonem cum audisset
 Universus populus infantemque vidisset,
 Flectentes sua genua se cuncti prostraverunt,
 2455 Infantemque sanctissimum hunc adoraverunt;
 Et Mariam salutantes devote suscepserunt,
 Ac ad pacis osculum Joseph vocaverunt
 Ab ipso Joseph causam vie sue sciscitantes,
 Illuc cur advenerit ab eo perscrutantes.

Joseph narravit causam vie sue.

2460 Joseph autem universis presentibus narravit,
 Illuc cur advenerit et ipsis revelavit
 Jesu Christi filii dei incarnationem,
 Factamque per angelum annuntiationem.
 Ad Mariam virginem incontaminatam,
 2465 Virique contagio nunquam violatam.
 Etiam edocuit de nativitate,
 De patris et de filii coeternitate,
 Dicens, quod impleta foret omnis prophetia
 In eodem pueru matreque Maria.

Quod Egyptii collegerunt Joseph hospitio.

2470 Cum autem hec Egyptii audissent universi,
 Adorantes puerum ad deum sunt conversi;
 Et cunctis que docuerat Joseph crediderunt,

Ac virginis in filio deum laudaverunt.
 Cum sua tunc familia Joseph collegerunt
 2476 Et huic in hospitio honesto providerunt,
 Sibi necessaria domus conferentes,
 Abundanter in expensis ipsi providentes.

Quod Joseph VII annis mansit in Egypto.

Septem annis in Egypto cum puer manserunt
 Joseph et Maria mater, et se sustentaverunt
 2480 De labore manuum, nam Joseph exercebat
 Artem carpentariam, Mariaque texebat
 Byssum atque purpuram; in hoc fuit perita;
 Se Jesumque puerum nutriverunt ita.
 Sed Joseph conductitium agrum comparavit,
 2485 Quem cum bubus geminis colens seminavit.

Quante etatis fuerit puer Jesus cum cepit ambulare.

Unius anni eum Jesus implesset iam etatem,
 Atque mensem unicum post nativitatem,
 Super pedes ipsius cepit ambulare
 Sine sustentaculo et erectus stare.
 2490 Non per modum puerorum qui primo palpitando
 Manibus et pedibus ac repunt cespitando,
 Et ad terram corrunt sepe residentes,
 Ac cum sustentaculo se primo fulciantes,
 Donec crura confortentur, ut queant per se stare,
 2496 Ipsi que sic consuescunt paulatim ambulare.
 Non sic puer Jesus primo discens palpitabat,
 Sed statim per se surgens stans cucurrit, ambulabat.

Quante etatis fuerit cum loqui cepit.

Cum annum et dimidium etatis iam implesset
 Jesus puer et duorum annorum nondum esset,
 2500 Loqui cepit integre verba proferendo,
 Secundum modum puerorum nil balbutiendo;

Quia solent pueri primo titubando
 Proferre vix dimidia verba detruncando.
 Solet enim labilis infantum cespitare
 2505 Lingua primo donec discant verbula formare.
 Non sic Jesus successive primo cespitando
 Paulatim loqui didicit, sed integre formando
 Verba statim proferens perfecte loquebatur,
 Et in verbis hesitare nihil videbatur.

De ablactatione pueri Jesu.

2510 Cum duorum iam annorum Jesus esset natus
 Matris ab uberibus fuit ablactatus.
 Non tamen sicut pueri solent ablactari,
 Quibus mammas modicum est amaricari
 Necesse, quod abstineant propter hoc amarum,
 2515 Cum quo matres linint mammas suas parum.
 Nam rem amaram aliquam ponunt super illas
 Per hoc horrere faciunt pueros mamillas.
 Non autem puer Jesus erat taliter coactus
 Abstinere, nec a matris uberibus abstractus,
 2520 Nam se suo tempore retraxit abstinendo,
 Sponte sua non ea magis appetendo.

Quid Jesus egit post decem annos.

Postquam puer Jesus annos decem adimplevit,
 Ridere nunquam aliquid postea consuevit;
 Neque puerile quid gessit neque risit,
 2525 Et verbum sine pondere nunquam post emisit.
 Tamen quicquid antea puer loquebatur,
 Illud nec inutile fore videbatur,
 Quamvis modum puerilem infantulus teneret,
 Ut ipsius sacramentum taliter lateret
 2530 Demones et quod ab his non cognosceretur,
 Neque quod ab impiis fantasma diceretur.

De miraculis que fecit puer Jesus in Egypto.

Jesus fuit subditus sue genitrici
 Et alumnno suo Joseph nimium felici.
 De vicino fonte quodam attulit frequenter
 2536 Aquam sue pie matri, huic serviens libenter.
 Ibidem necnon alii pueri hauserunt
 Aquam sua vascula quandoque qui fregerunt,
 Qui cum fierent pro suis vasculis confractis;
 Hec eis Jesus reddidit integris his factis.

Quod Jesus liberavit puerum a serpente.

2540 Per pratum cum pueris Jesus ambulavit,
 Serpens quedam puerum mordens vulneravit.
 Ille iam cum moreretur tumens et inflatus
 Subito per puerum Jesum est sanatus.

Quod Jesus multiplicavit panes.

Die quadam de labore veniens intravit
 2545 Joseph ducens hospites ad cenam quos vocavit.
 Mariam rogat ut eis cibum exhiberet,
 Sed cum illa nullum panem pistum iam haberet,
 Nisi panem modicum quem iussit ut portaret,
 Jesus puer super mensam eundemque locaret,
 2550 Jesus statim plurimos panes afferrebat,
 Quos coram hospitibus in mensa reponebat;
 Albi nimis panes hi fuerunt et saporis
 Suavis atque varii mirique dulcoris
 Comederunt omnes panis saporem ammirantes
 2556 Preter solam matrem Jesu factum ignorantes.

Quod Maria dea esse dicebatur et Jesus Jovis esse
 credebatur.

Maria cum extraneis sic conversabatur,

Ab omnibus hominibus quod hec diliebatur,
 Sibi necessaria fore que sciebant
 Dabant atque mutuo sibi concedebatur,
 2560 Ei reverentiam magnam exhibentes,
 Esse deam immortalē ipsam asserentes,
 Jesuque prudentiam et formam ammirantur,
 Jovis esse filium ipsum testabantur.

Quod pueri Egyptiorum fecerunt puerum Jesum regem.

Sibi regem puerum Jesum prefecerunt,
 2565 Super caput ipsius coronam posuerunt,
 Coram eo reverenter genua flectentes,
 Honorem sibi regum omnes exhibentes.

De reditu Joseph in Judeam.

De celo missus in Egyptum angelus est ei,
 Ad Joseph sponsum virginis Marie dicens ei:
 2570 »Sarge, tolle puerum, cum matre revertaris
 In terram Juda properans, nihil verearisi.
 Quia jam defuncti sunt pueri querentes
 Animam occidere Jesumque volentes.
 Cum mandatum dei Joseph per angelum audivit,
 2575 Ad redditum se properans statim obedivit;
 Notos et vicinos suos cunctos convocavit,
 Et eis de reditu suo nuntiavit;
 Ipsos unum colere deum ammonebat
 Idolaque spernere falsa persuadebat.
 2580 De factis beneficiis his gratias agebat
 Et puer Jesus benedicens ipsos recedebat.

Quod Egyptii fecerunt imagines Marie et Iesu.

Gentes egypciace quando perceperunt,

Recessum Joseph et Marie nimis doluerunt;
 Et pro dulci pueru Jesu tristabantur,
 2585 Sua quod presentia carere cogebantur.
 Ipsorum imagines plurimi fecerunt,
 Et eas in oraculis suis posuerunt;
 Virginis imaginem puerum tenentem
 In templis suis posuerunt et ei frequentem
 2590 Honorem atque gloriam omnes exhibebant,
 Et in reverentia maxima tenebant.
 Multi tamen antea tenebant iconias
 In suis oraculis, nam ipsis Jeremias
 Propheta predixerat, quod essent ruitura
 2595 Simulacula, quando virgo foret paritura.

Quod Jesus reversus est in Judeam.

Joseph autem ut precepit angelus surrexit,
 Cum matre sumens puerum in patriam porrexit.
 Sed per viam plurimos labores habuerunt,
 Fessi nam itinere sepius fuerunt.
 2600 Famem, sitim plurimam ipsi sustinebant,
 Et ad aquam vel ad fontem raro veniebant.
 Frigus, estum, pluviam et ventum tolerabant,
 Nunquam in hospitio per noctem repausabat.
 Nam sub divo sine tecto frequenter remanserunt,
 2605 Atque super nudam terram per noctem iacuerunt.
 Per desertum Jesus sepe cucurrit ambulando
 Et residens in asino quievit aliquando.
 Per viam multum ambulando Maria laboravit,
 Et rarius in asino sedens repausavit.
 2610 Sic sanctum hoc collegium per viam illam transit,
 Donec venit Nazareth ibique remansit.

Quod Maria cum filio suo venit Nazareth.

Maria matrem reperit mortuo iam patre,

*

2605 G mundam statt nudam.

- Viroque cum altero residente matre.
 A cognatis atque notis Joseph et Maria
 2615 Benigne suscipiuntur cum Jesu prole pia.
 Annorum octo Jesus erat, ut legimus in scripto,
 Quando venit Nazareth reversus ex Egypto.
 Ibique manens in etate profecit et virtute,
 Atque sapientia cum omni servitute.
 2620 Omnibus hominibus se fecit gratiosum,
 Dilectum et amabilem et nimis amorosum.
 Nam suam pulchritudinem cuncti mirabantur,
 Suisque pulchris moribus condelectabantur.
 Et eius eloquentiam cuncti commendabant,
 2625 Suamque prudentiam stupentes collaudabant.
 Nam in statu puerili se puer gessit ita,
 Quod excessit universos moribus et vita.
 Fuit enim sapiens prudens et discretus
 Humilis et patiens, mitis et mansuetus,
 2630 Diffusa fuit gratia in labiis ipsius,
 Affabilis, tractabilis fuit atque pius.
 Dilectus erat omnibus puer hic beatus,
 Maturus erat moribus et disciplinatus;
 Cum plateas pertransiret sibi iungebantur
 2635 Totius ville pueri, nam delectabantur
 In sua pulchritudine seu gestibus honestis,
 Ac in suis moribus maturis et modestis.
 Nam pulchre erat facie, forma speciosus,
 Et pre cunctis hominum filiis formosus.

De invidia Judeorum contra puerum Jesum.

- 2640 Jesum sibi pueri regem statuerunt
 Atque domicellum omnes hunc appellaverunt.
 Sed zelus et invidia semper illuc tendit,
 Et alas suas impias ac emulas extendit,
 Ubi videt aliquem culmen ascendentem
 2645 Honoris atque glorie, seu proficientem
 Dignitate vel virtute vel morum disciplina,

Aut rerum abundantiam vel artium doctrina,
 Unde contra puerum Jesum exardere
 Judeorum impiorum invidie cepere.
 2660 Quidam enim vitam suam laudantes commendabant,
 Quidam autem facta sua spernentes condemnabant;
 Quidam dulci puero Jesu detrahebant,
 Quidam autem venerantes hunc benedicebant;
 Quidam dei filium hunc esse testabantur,
 2666 Quidam demoniacum hunc fore fatebantur;
 Quidam hunc angelum vel spiritum dicebant,
 Quidam hunc incantatorem vel magum asserebant.
 Hunc in Egypto magicam artem didicisse
 Dixerunt quidam, alii de celis hunc venisse.
 2670 Jesus puer subditus erat sue matri
 Atque sancto Joseph suo putativo patri.
 Ipsis sicut potuit libenter serviebat,
 Et eis amminicula que valuit prebebat.

Quod Jesus collegit matri sue herbas.

Aliquando puer Jesus ad campos mittebatur
 2665 A matre, quod colligeret huic herbas rogabatur.
 Duleis puer dulci matri libenter obedivit,
 Accipiensque sportulam ad agros solus ivit,
 Et mandatum matris sue fideliter peregit,
 Ac herbas necessarias ac olera collegit.
 2670 Accidit, ut die quadam herbas reportaret
 Et ad manus matris sue Marie presentaret,
 Quas in cibos ipsa mater cum vellit preparare
 Sapore nimis horrido facte sunt amare.
 Hoc a matre sua puer Jesus ut audivit
 2675 Modicam farinulam in vasculo contrivit,
 Et in ollam in qua fuit pulmentum hoc immisit,
 Quod mox amaritudinem totaliter amisit
 Et factum est dulcissimum ac valde saporosum.
 Sic se puer matri sue fecit amorosum.
 2680 Hoc idem sepissime fecit puer Jesus,

Quod collegit herbulas multas quarum esus
 In usu non est hominum, tamen dulcerate
 Fuerant comedentibus divina potestate.

De aqua quam portavit puer Jesus in gremio.

- Fons erat prope Nazareth ad quem veniebat
 2685 Sepe Jesus, aquam sue matri deferebat.
 Ibat ergo die quadam, aquam ut portaret
 Et urceum in manibus suis baiolaret,
 Ubi rem mirandam nimis puer Jesus egit,
 Nam amforam, quam manibus baiolavit, fregit,
 2690 Et sue vestis gremio fontis aquam hausit,
 Ipsam ut in urceo sinu suo clausit,
 Ita quod nec una gutta per pannum emanavit;
 Sic aquam domum rediens matri deportavit.
 Hoc videnter pueri suas confregerunt
 2695 Amforas et sinus suos aquam repleverunt,
 Que, sicut eius exigit natura, penetravit,
 Per pannique foramina fluens emanavit.
 Ob hoc illi contristate redire non audebant
 Domum, sed ad fontem simul residentes flebant.
 2700 Tunc precepit illis Jesus, ut testas congregarent
 Et ad eum singuli suas comportarent.
 Confestim eius urcei testulas collegit
 Quavis et in vasa Jesus has pristina redegit;
 Pueri nam testulas suas portaverunt,
 2705 Ac ad pedes pueri Jesus posuerunt.
 Tunc Jesus illas testulas manu consignavit,
 Et cunctis audientibus illis imperavit,
 Ut ad sue quevis locum rediret mox fracture
 Et quelibet se iungeret pristine iuncture.
 2710 Statim ille testule per se combinantur
 Et confracta vascula rursum integrantur;
 Et amfore que fuerant in frustula confracte
 In vasa velut antea per Jesum sunt redacte.
 Cum hoc viderent pueri gaudentes receperunt

2715 Urceos et eos aqua de fonte repleverunt,
 Et cum magno gaudio domum sunt reversi,
 De facto tam mirabili mirantur universi.

De puero quodam quem suscitavit Jesus a mortuis.

Die quadam puer Jesus egrediebatur,
 Ipsum quoque puerorum turba sequebatur,
 2720 Qui simul quendam ascenderunt locum eminentem,
 In mane precipitum inferius habentem.
 Ibi ludum unusquisque cum suum exerceret,
 Jesusque respiciens prope resideret,
 Minus caute puer unus ex illis ambulabat,
 2725 Et ab alto corruens ad terram expirabat.
 Hoc videntes reliqui pueri fugierunt,
 Hec que facta fuerant cunctis retulerunt.
 A Judeis impiis mox fama divulgatur,
 Quod hunc precipitaverit Jesus accusatur.
 2730 Cum Maria matre Jesu Joseph advocatur,
 De tali nece filius ipsorum inculpatetur.
 Maria suum filium sciens innocentem
 Tali de calumnia tranquillam tenet mentem.
 Sed ad eius filium mater accedebat,
 2735 Ac verbis benignissimis ad ipsum aiebat :
 »Quid dicis nobis fili mi modo faciendum,
 Et ad hanc calumniam quid est respondendum ?«
 Jesus ait : »Pia mater, nos multas patiemus
 Ab impiis calumnias, quas culpis non meremus ;
 2740 Sed in hac calumnia ne qui scandalizetur,
 Et ut innocentia mea demonstretur,
 Huius defuncti pueri corpus interpelló
 Et meam innocentiam dicere compello.
 Ideo cum matre sua Jesus accedebat
 2745 Ad defuncti pueri corpus et dicebat :
 »Tibi, Zenon, impero, quod dicas manifeste
 Universo populo, qui presens iam est teste,
 Si te precipitaverim vel quicquam mali feci,

Aut tibi manus lesionis ullius inieci!«

- 2760 **Tunc defunctus ille puer parum suspiravit,
Et cunctis audientibus hec dicens exclamavit:
»Tu nunquam offendisti me, nec me precipitasti,
Neque tu lesisti me, nec quicquam molestasti.«
Ait ergo puer Jesus: »Ob hoc quod excusatus
2765 Per te sum, et veritatem es de me protestatus,
Ergo mando, quod resurgas a mortuis victurus,
Vite tue tempora sanus completurus!«
Statim postquam puer Jesus verbum illud dixit,
Defunctus puer mox resurgens a mortuis revixit,
2770 Et procumbens ante Jesum ipsum adoravit,
Atque coram omnibus hunc glorificavit,
Dicens: »Hic est filius dei quem adorant
Angeli, sed demones et homines ignorant.«**

Quod Jesus trahendo prolongavit ligna.

Joseph carpentarius fuit, et secunda

- 2766 **Duo ligna servo suo dedit et equanda
Secundum quendam modulum, mensura sibi data.
Sed precidit ille ligna nimis accurtata,
Unde timens dominum suum tristabatur,
Tunc puer Jesus supervenit tristantem contemplatur,
2770 Causamque tristitie sue sciscitatur,
Et a servo statim ei factum reseratur.
Jesus ait: »Ergo nos ligna prolongenus,
Et ad mensuram debitam trahentes hec aptemus.«
Servus ait: »Care puer nunquam prolongantur
2775 Ligna, quantum extendantur, vel quanta vi trahantur.«
Sed Jesus unum finem ligni capiens trahebat,
Servus finem alterum tenens retrahebat,
Sicque Jesus atque servus hec ligna prolongabant,
Ad mensuram debitam trahentes adaptabant.**

Quod Jesus suspendit amforam suam super radium solis.

- 2780 Et de fonte Jesus puer quandoque deferebat,
 Aquam sue genitrici quam bibere volebat,
 Tunc super solis radium vasculum suspendit,
 Et post se solem sicut funem cum vasculo tetendit.

Quod puer Jesus positus est ad scolas.

- Maria ducens filium ad scolas commendavit
 2786 Magistro, quod et litteras docent hunc rogavit.
 Omnia perfecte puer doctissimus sciebat,
 Hunc magister de scripturis docere que volebat,
 Cum ventum est ad litteram J que nuncupatur,
 Jesus ait: »Littera quid hec interpretatur?«
 2790 Sed cum doctor stupefactus responsum ignoraret,
 Quid respondere puero posset cogitaret,
 Jesus ait: »Egomet atque pater meus
 Per ipsam intellegimus, nam J hoc sonat deus.«
 Sed quid puer diceret, non intelligebat
 2796 Magister, atque taliter ei respondebat:
 »Vel angelus, vel spiritus, vel deus incarnatus
 Tu es, vel in hominem demon transformatus;
 Scolas meas ex eas, quoniam necesse
 A me doceri tu non habes, nam tu videris esse
 2800 Vel magus, vel diabolus, vel satan vel fantasma,
 Vel divini numinis spiritale plasma.«

De piscinula quam fecit puer Jesus.

- Quadam die cum Jesu pueri venerunt
 Ad stagnum quoddam, ubi plures pisciculos viderunt.
 Jesus ait: »Aliquos ex istis capianus
 2806 Piscibus, et eos domum nobiscum deferamus.«

- Responderunt pueri: »Quomodo possemus
 Ipsos comprehendere cum rete non habemus?«
 Jesus ait: »Prope stagnum parvas faciamus
 Fossas, et piscinulas, si illuc inducamus
 2810 Aquam per alveulos, tunc egredientur
 De stagno pisces, qui per nos statim capientur.
 Jesus ut docuerat, pueri fecerunt
 Atque sibi singulas piscinas construxerunt,
 Et per terram alveos de stagno paraverunt,
 2815 Per quas aquas in suas piscinulas duxerunt.
 Jesus vero postquam suam piscinulam paravit,
 Ut de stagno pisces hanc intrarent imperavit,
 Qui mandato pueri Jesu paruerunt,
 Stagnum exeuntes suam piscinam repleverunt;
 2820 Judeus quidam supervenit, videns operari
 Pueros in Sabbato, cepit indignari.
 Atque dulcem puerum Jesum increpabat,
 Et ipsum contumeliis multis impulsabat,
 Dicens: »Nostra sabbata frequenter violare
 2825 Soles atque dies festos non vis observare.
 Nec non nostros pueros callide seducis
 Tecum ut transgrediantur, ad hoc eos inducis.«
 Jesus ait: »Tua tu sabbata custodi,
 Ego multo plusquam tu transgressores odi
 2830 Legis, et a te docere non habeo necesse,
 Etiam doctorem meum te non decet esse.
 Nam precepta dei mei legisque mandatum
 Custodire sum paratus incontaminatum.«
 Ad hec verba miser ille Judeus indignatus,
 2835 Et in ire maxime furem inflammatus,
 Ad Jesu piscinulam cucurrit et destruxit,
 Concultans aquam pedibus per rivulos eduxit.
 Jesus ait: »Impunitus hoc factum non transibis,
 Nam morte subitanea miserrime peribis.«
 2840 Statim postquam Jesus puer hoc verbum consummavit,
 Ad terram miser corruens Judeus expiravit.
 Hoc videntes reliqui pueri fugierunt,
 Suisque parentibus factum retulerunt.

- Postquam autem fama venit ad mortui parentes
 2845 Concurrerunt eiulantes ad Joseph et dicentes :
 »Tolle tuum filium, tolle destructorem,
 Tolleque maleficum et incantatorem.
 In nos homicidia plurima committit,
 Nec nos nec nostros filios vivere permittit.
 2850 Non est dignus vivere, de medio tollatur.
 Expedit hoc omnibus, ut ipse moriatur.
 Maxima flagitia magus iste fecit,
 Et modo nostrum filium nobis interfecit.«
 Joseph timens Judeorum iram et furem,
 2855 Et pro dulci Jesu magnum concipiens timorem,
 Ad matrem ait pueri : »Quid modo faciemus,
 Salvare nostrum puerum quomodo valemus ?«
 Maria dixit ad Joseph : »Subito vadamus
 Atque meum filium ubi sit queramus.
 2860 Hung ne forte furientes inveniant Judei,
 Et ingerant in ira sua mali quicquam ei.«
 Exemptes ergo simul ad campum concurrerunt,
 Ibi Jesum ambulantem hinc inde viderunt.
 Mater ait : »Fili mi, ubi tu fuisti,
 2865 Quid operis cum pueris Hebreis habuisti ?
 Quid est hoc, quod factum est de mortuo Judeo,
 Quid tibi mali, fili mi, factum est ab eo ?
 In quo molestavit te, quod ipsum sic punires,
 Eeum subitanea morteque ferires ?«
 2870 Jesus ait : »Contra me magnum malum egit,
 Nam opus hoc quod feceram violenter fregit;
 Et me contumeliis multis impulsavit,
 Atque verbis impiis me nimis molestavit;
 Et meam piscinulam malivole destruxit,
 2875 Conculpans aquam et eam cum piscibus eduxit.«
 Maria dixit : »O, mi fili, te precor causa mei,
 Ut sui miserearis ignoscens culpam ei,
 Ipsumque resuscites, ne quis scandalizetur,
 Tuam innocentiam mihique culpa detur !«
 2880 Ad corpus ibat igitur mortui Judei,
 Et cum pede trusit eum Jesus dicens ei :

»Homo, tibi dico, surge, rursum revivisce,
 Justitiam, prudētiam et veritatem disce;
 Nunquam tu malivole contristes innocentes,
 2886 Nec impie tu iudices benefacientes!«
 Postquam autem Jesus puer illa verba dixit,
 Mox resumpto spiritu mortuum revixit.
 Atque manifeste suam culpam est confessus,
 Dicensque quod malum hoc digne sit perpessus.

De mortuo quem suscitavit Joseph.

2890 Quidam homo nobilis ac locupletatus
 Habitabat Nazareth, Joseph appellatus.
 Hic Marie sponso Joseph impendere solebat
 Multa beneficia, Jesumque diligebat.
 Accidit, ut idem homo bonus moreretur,
 2895 Et dolor inde maximus Joseph nasceretur.
 Cum alumnū suū videt Jesus conturbatum,
 Ac de morte talis viri nimis contristatum,
 Ait: »O mi care pater, cur tantum contristaris,
 Et quare tu doloribus tantis tribularis?«
 2900 Joseph ait: »O mi fili, merito dolendum
 Est de morte talis viri, mihiique gemendum;
 Nam multa beneficia sepius impendit
 Nobis atque caritatem maximam ostendit,
 Atque tuam dulcem matrem multum honorāvit,
 2905 Et te, puer sanctissime, plurium amavit.«
 »Si vis ergo«, Jesus ait, »a morte suscitare
 Ipsū et ad pristinam vitam revocare?«
 Joseph ait: »O mi fili, quis nunc posset eum
 Suscitare iam defunctum preter solum deum?«
 2910 Jesus ait: »Ad defuncti corpusculum accedas,
 Et auctoritate mea sermonem istum edas: «
 »Dico tibi mortue per hunc qui te creavit,
 Atque tibi spiritum vitalem inspiravit,
 Ac immortali anima te vivificavit,
 2915 Et animam a corpore nunc ipsam separavit,

Ut a morte iam resurgas redivivus rursum,
 Sanus quoque compleas vite tue cursum.«
 Verba Jesu pueri Joseph ut audivit,
 Confidenter ad defuncti corpus huius ivit,
 2020 Verba que mandaverat sibi Jesus dixit;
 Ad hec verba protinus mortuus revixit.
 Hoc videntes homines sunt cuncti stupefacti,
 Admirantes nimium novitatem facti.

Quod Jesus fecit aviculas de argilla.

Puer Jesus iterum fecit rem mirandam,
 2025 Cunctis nationibus futuris memorandam.
 Nam egressus die quadam Nazareth castellum
 Cum ceteris sodalibus, venit ad agellum,
 Ubi glebam noviter effossam invenerunt,
 Ac ibi modo puerili ludentes resederunt.
 2030 Jesus puer globulos de gleba trociscavit,
 Et inde septem modicas aviculas formavit.
 Quas ad solem ante se siccandas collocavit,
 Ut singuli sic facerent sociis mandavit.
 Dies erat sabbati; tunc quidam supervenit
 2035 Judeus, operantes hos pueros invenit,
 Verbis qui durissimis illos increpavit,
 Et Jesum contumeliis multis impulsavit
 Dicens: »Legis Moysi vos estis transgressores,
 Nam video vos sabbati fore contemptores;
 2040 Et tu Jesu semper soles festa violare,
 Nec nostros sinis pueros tu sabbatizare.
 Arte tua nam seducis ipsos in delictum,
 Ut super eos veniat legis maledictum!«
 Ad hec verba puer Jesus nihil respondebat,
 2045 Sed opus quod inceperat hec perficiebat,
 Ob hoc Judeus indignatus plus cepit blasphemare,
 Et accessit ad infantem volens conculcare
 Imagines, quas fecerat felix puer ille,
 In figuram avium de formulis argille.

- 2960 Sed cum miser ille suum pedem elevaret,
 Ut avrum has formulas cunctas conculcaret,
 Puer Jesus sonum dedit manus compulsando,
 Sicut effugari solent aves aliquando.
 Ad hunc sonum ille forme vivere ceperunt,
 2965 Et in aves transmutate mox evolaverunt;
 Sicut evolare solent aves cum fugantur,
 Sic extensis alis suis in altum ferebantur,
 Sed cum hoc ad homines fama devenisset,
 Factum tam mirabile Jesus quod fecisset,
 2970 Dixerunt quidam: puer hic filius est dei
 Vel deitatis aliquid numen inest ei.
 Quidam autem: magus hic est et incantator
 Et demonum prestigii verus indagator.

Quod leones adoraverunt Jesum.

- Desertum quoddam ex vicino a Nazareth distabat,
 2965 In quo magno multitudo leonum habitabat,
 Qui vicinas regiones undique vastabant,
 Cum iumentis homines vorantes lacerabant.
 Die quadam magnus leo venit prope villam
 Nazareth, et homines inhabitantes illam,
 2970 Cum viderunt hunc leonem, multum timuerunt,
 Simul cum iumentis suis ad latebras fugerunt,
 Puer Jesus de Castello solus est egressus
 Et nihil est molestie de bestia perpessus.
 Sed hic puer ad leonem cum appropinquavit,
 2975 Ipsum leo genua flectens adoravit;
 Quocumque puer ambulabat leo sequebatur,
 Lingensque vestigia deosculabatur.
 Sed leonis ad speluncam pariter iverunt,
 Ibi multos latitantes leones invenerunt,
 2980 Senes atque iuvenes, qui simul occurserunt,
 Tanquam suum dominum Jesum suscepserunt.
 Ante pedes pueri leones corruerunt
 Adorantes, deum suum hunc esse cognoverunt.

- Coram eo congaudentes hinc inde discurrebant,
 2985 Exultantes et letantes huic applaudebant.
 Circa Jesum residentem sese deponebant,
 Et ad tactum ipsius nimium gaudebant.
 Lingendo quoque manus Jesu deosculabantur,
 Extergendo pedes suos hos venerabantur.
 2990 Hec omnia cum homines viderent mirabantur,
 Et de signis puere diversa loquebantur.
 Dixerunt quidam: puer hic vel magus est vel deus.
 Alii: nec magus est nec deus, sed Hebreus
 Quidam pater eius est et aput nos moratur,
 2995 Faberque lignarius, hac arte sustentatur.
 Circa sero domum puer hic revertabatur,
 Et ipsum omnis multitudo leonum sequebatur,
 Sibi tanquam creatori suo famulantes,
 Et magna mansuetudine secum ambulantes.
 3000 De castello Nazareth homines videntes
 Tot leones contra se cum Jesu venientes,
 Horrore magno territi multum timuerunt,
 Blasphemabant in benignum Jesum et dixerunt:
 Hic nos arte magica conatur devastare,
 3005 Et suis nos leonibus vult iam devorare.
 Iste non est utique ludus puerilis,
 Sed est ars incantatoris vel demonis subtilis.
 Hanc in Egypto didicit incantationem,
 Quam in nostram experiri vult destructionem.
 3010 Jesus tunc leonibus cunctis imperavit,
 Ut redirent in desertum ipsisque mandavit,
 De cetero, quod hominem nullum molestarent,
 Maxime de Nazareth quemquam infestarent.
 Dismissi sic a puero leones universi
 3015 In suam solitudinem mansuete sunt reversi.
 Jesus puer cum leones. alios dimisisset,
 Atque portam civitatis solus introisset,
 Ad eum universa plebs convenit Judeorum.
 Civitatis Nazareth et phariseorum,

*

2984 fehlt in G.

- 3030 Qui dicebant ad eum: dic nobis quid fecisti?
 Quid cum his leonibus ac bestiis egisti,
 Quare te periculis talibus committis,
 Et te vanitatibus tantis intromittis?
 Artem istam magicam ubi didicisti,
- 3035 Quod brutis et ferocibus te feris miscuisti,
 Ars illa detestabilis revera te seducet,
 Tibique periculum maximum inducet;
 Nam tali vita nunquam bonum finem sortieris,
 Atque miserabili morte morieris.
- 3040 Jesus ait: bestie maiorem intellectum
 Habent iste quam vos omnes et sensum magnum rectum,
 Quia statim cum venissem ad has recognoverunt,
 Me quis essem adorantes et exhibuerunt
 Mihi reverentiam et debitum honorem
- 3045 Deponentes naturalem coram me furorem.
 Tunc Judei responserunt, numquid te nescimus,
 Quis tu sis et unde sis, hec utique nos scimus;
 Numquid pater tuus est Joseph bethlemita,
 Qui faber est lignarius? et si tua vita
- 3050 Talis esset, qualis eius, cum pace pertransires
 Dies tuos, quod non sic crudeliter perires.
 Jesus ait non pro me solliciti vos sitis,
 Quia quid futurum sit vobis vos nescitis.
 Post hec verba Jesus puer ad dominum sue matris
- 3055 Rediit ac putativi Joseph sui patris.

De tunica Jesu.

- Mater Jesu fecerat opere textili
 Tunicam, quam texuit arte tam subtili,
 Quod in tota tunica nulla consutura
 Fuit, sed in saceriendo fiebat nec scissura.
- 3060 Cum adhuc infantulus esset, adaptata
 Tunc fuit ista tunica Jesuque parata.
 Cum ipse Jesus cresceret tunica crescebat,
 Secundum statum corporis se semper extendebat.

Crescente Jesu tunica crevit et staturam
 3055 Secundum Jesu corporis retinens mensuram.
 Hec tunica non viluit consumpta vetustate,
 Sed semper mansit integra cum prima novitate.
 Nec vetusta putruit, nec consumebatur,
 Nec facta fuit vilius, nec lacerabatur.
 3060 Ipsam Jesus tenuit semper hac indutus
 Per mortem donec corpore foret hoc exutus.

Quod Jesus ascendit Jerusalem cum duodecim annorum esset.

Cum Jesus puer factus est duodecim annorum,
 Ascendit in Jerusalem ad festum Judeorum
 Suis cum parentibus, qui postquam peregerunt
 3065 Festi consuetudinem domum redierunt.
 Mansit autem puer Jesus in templo, nesciente
 Matre sua cum Joseph domum revertente;
 In comitatu puerum putabant nam redire
 Cum cognatis sive notis vel cum amicis ire.
 3070 Sed cum iter iam unius diei transivissent,
 Et querentes puerum nusquam invenissent,
 Iverunt in Jerusalem cito revertentes,
 Usque diem tertium hunc ibi requirentes.
 Tandem hunc inveniunt in templo residentem
 3075 In medio pontificum et ipsos audientem;
 Sedebat nam in medio doctorum audiendo,
 Quod ab illis docebatur et ipsos requirendo
 Quesivit et opposuit, obiecta concludebat,
 Conclusaque subtiliter determinans solvebat.
 3080 Sue sapientia nemo magiorum
 Respondere valuit nec phariseorum.
 Suam sapientiam cuncti mirabantur
 In responsis que per eum querentibus dabantur.
 Mater eius evocans eum dixit ei:
 3085 >O mi fili unice dilecte cordis mei,
 Quid fecisti nobis sic, quia nos dolentes

Longam viam ivimus te triduo querentes !«
 Jesus ad eos ait: »Cur me querebatis,
 Quare pro me doluistis, an nesciebatis,
 3090 Quod in his que primis sunt me oportet esse,
 Et ipsius teneor regno iam preesse ? «
 In corde suo mater eius cuncta retinebat
 Descendens Jesus cum eis his subditus manebit.

De profectu Jesu.

Crescebat autem puer Jesus et confortabatur,
 3095 Tam deo quam hominibus gratus habebatur.
 Nam plenus sapientia fuit et virtute,
 Intentus et sollicitus de populi salute.
 In bonis enim moribus puer adolevit,
 In cunctisque virtutibus et sanctitate crevit.
 3100 In universis actibus servabat disciplinam,
 Imitatus prophetarum patrumque doctrinam ;
 Nunquam levis, nunquam vanus, nunquam iracundus,
 In aspectu placidus, mitis et iocundus,
 Pius et compatiens, suavis et benignus,
 3105 Plenus omni gratia, cuncta laude dignus.
 Nunquam tristis, nunquam piger, non accidiosus,
 Ut moris est iuvenibus, nihil curiosus.
 Verax, iustus, stabilis, prudens, bonus, rectus,
 Hilaris, affabilis, omnibus dilectus.
 3110 Raro loquens, nunquam ridens, purus, simplex, mundus,
 Loqui cum opportuit, disertus et facundus.
 Non clamosus, neque proceps in verbis neque durus,
 Nec prolixus, sed precisus fuit et maturus.
 Patiens et humilis, devotus, studiosus
 3115 Honorans omnes homines, cunctis gratiosus.
 Suam sapientiam omnes mirabantur,
 In eo fore spiritum dei testabantur,
 Eo quod tam maxima polleret ex virtute,
 In annis puerilibus ac tali iuventute.
 3120 Sic Jesus puer claruit etati puerili,

Sed magnum post enituit in statu iuvenili;
 Virtutibus et moribus profecit adoloscens,
 In laudem et in gloriam dei patris crescens.

De pulchritudine corporis Jesu.

Sicut in virtutibus erat adornatus,
³¹²⁵ Jesus ita corpore fuit decoratus.
 Pre filiis nam hominum forma speciosus
 Dilectus hic apparuit, et vultu gratiosus.
 Fuit et amabilis cunctis in aspectu,
 Et desiderabilis nullo cum defectu;
³¹³⁰ Fuit iocundissimi decori quoque vultus,
 Hunc enim sic ornaverat naturalis cultus,
 Quod in ipso macula nulla feditatis
 Inveniri potuit seu deformitatis.

De colore cutis corporis Jesu.

Cutis sui corporis lactei coloris
³¹³⁵ Fuit atque candidi lilii candoris.
 Tamen aliquantulum ipsum per ardorem
 Sol decoloraverat maiorem ad decorum.
 In eo sol rubedinem modicam paravit,
 Que iuncta cum albedine plus ipsum decoravit.
³¹⁴⁰ Album iunctum rubicundo magis elucebat
 In Christi corpusculo, plus ipsum hoc decebat.
 Unde sicut lily in statu iuvenili
 Candebat Jesus, sed fuit etate sub virili
 Fuscatus aliquantulum solis per ardorem,
³¹⁴⁵ Qui iam in ipso fecerat triticeum colorem.
 Ita fuit candidus atque rubicundus
 Dilectus Jesus, sicut flos campi stat iocundus.

De capillis Jesu.

Nigri sui capitum fueruntque capilli,
 Molles et non rigidi, longi satis illi.

- 3150 Propter longitudinem modicum retorti,
Raro compti, nunquam tonsi, tamen non distorti.

De oculis Jesu.

- Eius erant oculi ceu stella radiantes,
Benignitatem animi cordisque nuntiantes.
Intuitus mitissimi dulcis et benigni,
3155 Hilaris et placidi decore cum insigni.
Non parvi nec magni nimis, sed medium tenentes,
Non profunde positi, sed parum prominentes.
Nigros fuit oculorum interior pupilla,
Saphyrinus circulus quo cingebatur illa.
3160 Parum latus, atque lucens color ut iacinctus,
A ceteris coloribus oculi distinctus.
Albedo fuit oculorum lactei coloris,
Omni carens carie magnique decoris.

De palpebris Jesu.

- Palpebre flexibiles se facile moventes,
3165 Tamen non instabiles se bene concludentes.
Pili quoque palpebrarum non densi nec convexi,
Mundi sine vitio parum retro flexi.

De superciliis.

- Nigra supercilia satis elevata,
Et a frontis angulis sursum derivata.
3170 Ad modumque gracilia neque nimis lata,
Neque rara, brevibus pilis condensata.

De fronte.

- Leta frons et bilaris, non stricta non elata,
Non rugosa, bene plana, non valliculata.

*

- 3152 G sidus statt stella.

Optime dispositus, planus atque rectus,

De naso Jesu.

- 3175 Nasus erat ipsius nulliusque defectus;
 Neque fuit tenuis, neque tortuosus,
 Nec grossus, tenens medium, decens et formosus.
 Nec longus erat nimium, nec brevis, neque simus,
 Sed ad modum debitum parum aquilinus.
 3180 Sine pilis atque mente fuerunt sue nares,
 Omnimodo consimiles habiles et pares.

De genis et maxillis Jesu.

- Gene quoque splendide fuerunt et maxille,
 Mire pulchritudinis nam fuerunt ille.
 Candide sed roseo consparse cum colore,
 3185 Obductum album rubeo vernabat cum decoro,
 Sicut malum punicum et sicut florens rosa,
 Sic generum species fuit speciosa.
 Bucce sue non fuerunt carnose nec tumentes,
 Nec maxille tenues, sed bene condecentes.

De labiis Jesu.

- 3190 Labia dulciflua modicum tumebant,
 Nec erant tenuia sed dulciter rubebant.
 Non fuerunt livida sed erant hec iocunda,
 Nec fuerunt lubrica, sed erant bene munda.
 Diffusa fuit gratia sub illis et, loquente
 3195 Jesu, pura permanebant humore non ledente.

De dentibus Jesu.

- Eius et albissimi fuerunt quoque dentes,
 Velut ebur candidum et sicut nix intentes.
 Et non inequaliter ab invicem distabant,
 Sed bene iuncti debitum modum observabant.

3200 Non fuerunt squalidi, nec erant infecti
 Aliqua rubigine, sed stabant bene recti.
 Non curvi longitudinem debitam habentes,
 Universo vitio defectuque carentes.

De lingua Jesu.

Lingua fuit eloquens dulcis et facunda,
 3205 Non promptula vel garrula, sed fuit verecunda.
 Non fuit multiloquax, nec vana, nec clamosa;
 Nec erat magniloquax, nec ambitiosa,
 Non fuitque balbutiens, nec quicquam hesitabat,
 Neque fuit titubans et nihil palpitabat.
 3210 Vera, iusta, provida fuit et discreta,
 Recta, pia, placida, mitis et mansueta.
 Non fuit instabilis, sed erat hec matura;
 Nec fuit mutabilis, nec procax, neque dura,
 Bene persuadibilis, multum expedita;
 3215 Fuit et docibilis, prudens, erudita,
 Agilis et sapiens fuit et benigna.
 Non obiurgans aliquem fuit nec maligna.

De spiramine Jesu.

Suavissimus anhelitus fuit eius oris
 Ac inestimabilis dulcis et odoris.

De barba Jesu.

3220 Jesu barba nigra fuit, et prolixa satis,
 De capillis mollibus magne venustatis.
 Non pars magna vultus eius per eam occupatur,
 Sed tantum mandibula mentumque tegebatur.
 Et labium superius semicirculatum
 3225 Fuit in inferius per medium velatum.
 Inter mentum atque labrum anguli manserunt
 Duo nudi, qui cum pilis tecti non fuerunt.
 Barba rara non fuit, sed ad modum densa,

Versus aures condecenter modicum protensa.

De mento Jesu.

3230 Semicirculatum erat mentum, ut decebat
Et modicum valliculum per medium habebat.

De collo Jesu.

Collum eius canduit lacteo collo,
Debita grossitie miro cum decore.

3235 Non fuit nimis gracile, neque nimis spissum;
Neque breve nec in longum nimium emissum;
Neque guttur tumuit, nec fuit strumosum,
Nec ex nervis riguit collum tortuosum.
Collum Jesu pulchrum erat, planum atque rectum,
Semper ipse gessit hoc decenter et erectum.
3240 Raro suum tenuit collum incurvatum,
Quia semper habuit caput elevatum.
Nam sepe celum oculis hic respiciebat,
Et ad patrem semper eius intentum cor habebat,
Unde collum modicum erigens extendit,
3245 Ad patrem caput elevans oculis intendit.
Caput, vultum, oculos sepius erexit,
Ad celum, de quo venerat, pluries respxit.

De manibus Jesu.

Manus erant habiles, candide, decentes,
Molles et tractabiles, deforme nil habentes.

3250 Longe satis, sane, plane fuerunt atque recte,
Carne naturaliter erant bene tecte.
In illis nulle venule deformiter turgebant,
Neque nervi riguerunt, nec ossa prominebant.

De digitis.

Digita tornatiles, longi, generosi,

3255 Bene iuncti mobiles, scabro non corrosi.

De unguibus.

Ungues erant limpide, clare, bene munde,
Similes onychino, parum rubicunde.

De pedibus.

In Jesu pueritia nimis speciosi
Pedes erant, sed fuerunt postea corrosi,
3260 Propter iter plurimum, multumque confacti;
In ipsis enim maximi livoresque sunt facti.
In plantis nam durissimi calliculi creverunt,
Qui fissi pedes domini plurimum leserunt,
Quia nunquam calcios induere consuevit,
3265 Post eius pueritiam postquam adolevit.

De modo quem habebat Jesus in eundo.

Planus et laudabilis fuit eius gressus,
Morigeratus plurimum ipsius incessus.
Non erat instabilis, nec impetuosus,
Tamen erat agilis satis et morosus;
3270 Nec tardus erat, neque preceps, sed decens et honestus,
In cunctis suis motibus maturus et modestus.
Status, motus, habitus eius et incessus
Discretus et compositus fuit, et progressus.

De complexione Jesu Christi.

Jesu nunc complexionem si commemoramus,
3275 Errare vel delinquere nihil nos speramus.
Nam corpus, quod de virgine verbum incarnatum
Sumpsit, de virginea carne propagatum
Constat ex humoribus complexionatum,
Atque qualitatibus proportionatum.
3280 Ibi nam reciproca cum deo fit natura,

- Et creator omnium cum sua creatura,
 Quia virgo creatorem utero concepit,
 Carnem ab hac virginе creatorque recepit,
 Carnem hanc mundissime constat naturatam
 3285 Purissimis humoribus complexionatam.
 Tamen non in filio dei generalis
 Hominum complexio fit, sed spiritualis;
 Nam quicquid in humoribus inveniebatur
 Purius et mundius illuc addebatur
 3290 Ad corpus sanctissimum Jesu filii dei,
 Quod ex Maria virgine iunctum fuit ei.
 Nam calidum et humidum sanguis ministrabat,
 Humidum et frigidum flegma propinabat,
 Siccum atque calidum colera prebebat,
 3295 Melancolia frigidum et siccum offerebat.
 Humores isti quatuor cum certa quantitate
 Concordabant invicem in sua qualitate,
 Jesu sui creatoris corpus irrigantes,
 Et illud in optimo statu collocantes,
 3300 Ut eis Jesus statuit ita temperabant,
 In ipso suas qualitates et corpus conservabant.
 In frequenti sanitate nihil discrepantes,
 Non cum morbis aliquibus hunc distemperantes.
 Sanguis non computruit, nec se corrumphebat,
 3305 Morbique molestias nullas inducebat.
 Non ipsum fecit hebetem flegma neque lentum,
 Nec pigrum nec cum aliqua pinguedine distentum.
 Nunquam eum colera fecit iracundum,
 Versutum vel instabilem sive furibundum.
 3310 Melancolia non fecit hunc tristem vel tenacem,
 Invidum vel lividum, timentem vel fallacem.
 Sic humores quatuor non erant dominantes
 In Jesu corpusculo, sed sibi famulantes.
 Resecabant omnia superflua nature
 3315 In bono statu creatoris corpus positure.

Quod Jesus nunquam egrotavit.
 Jesus nunquam languit vel infirmabatur

**Ex distemperantia, nec molestabatur
Morborum egritudine quicquam egrotando,
Vel sanitatem corporis unquam immutando.**

- 3320 Attamen sustinuit defectus generales
Humane fragilitatis, et penas corporales;
Nam famem, sitim plurimam, et frigus, tolerabat,
Ex calore sepius solis estuabat.
De labore viarum sepe gravabatur,
3325 Humanis sic defectibus Jesus vexabatur.

De victu Jesu.

- In victu Jesus tenuit magnam parcitatem,
Quia nunquam consuevit ad satietatem
Ullum cibum sumere, nec dividicabat
Inter cibos, modicum tamen manducabat,
3330 Quicquid sibi ponebatur parum degustando,
Potius quam aliquid ex illo manducando;
Raro vero comedebat, nam sepe biduanum
Servabat ieiunium, quandoque triduanum.
Tamen diligentius illud observabat,
3335 Quod semper quartam feriam et sextam ieiunabat.
In potu parsimoniam maximam tenebat,
Vinum nam vel syceram rarissime bibebat.
Utrumque tamen bibere consuevit ipse parum,
Nam sitim suam recreavit potum per aquarum;
3340 Quicquid autem bibebat hoc modicum gustando
Sumpsit, suam sitim vix per illud recreando.

De vestibus Jesu.

Jesus quoque vestibus paucis utebatur,
Nam sola tantum tunica hic induebatur.

*

Nach 3325 fügen G und Z zwei Verse hinzu, die als Interpolationen zu betrachten sind:

Nam estuabat sepius solis ex calore
Gravabatur etiam itineris labore,
umgestellt aus 3323 und 3324.

8 *

- Et clamide triangula supra tegebatur,
 3345 Sicut a Judeis tunc modus habebatur.
 Clamis hec ad angulos duos necrebatur
 Quodam cum tenaculo, per quod tenebatur.
 Fuit inconsutilis tunica, subtili
 Arte facte per Mariam opere textili.
 3350 Hec tunica cum corpore Jesu Christi crevit,
 Et tunc cum puer extitit, et tunc cum adolevit.

Quid operis exercuit Jesus ante tempus sue predicationis.

- Jesus factus adolescens illud laborare
 Consuevit, quia sepius solebat frequentare
 Templum in Jerusalem et ibi venerari
 3365 Patrem, qui de celis hunc misit incarnari.
 In desertum sepius solus ambulavit,
 Ibi diu permanens patrem adoravit;
 Et ibi cum angelis sepe loquebatur
 A patre missis ad eum, per quos consolabatur.
 3370 Ad hunc enim angeli sepe veniebant,
 Consolationes ei multas faciebant.
 Illuc sibi celicum panem deferentes,
 Et celestem etiam potum offerentes.
 Tunc Jesus ibi celicum panem manducabat,
 3385 Quem de celis angelus sibi ministrabat;
 Potumque de patre missum ibidem hic bibebat,
 Quem minister angelus sibi deferebat.

De miraculis que fecit Jesus in deserto.

- In istu solitudine non caruit virtute,
 Faciens miracula quorumdam cum salute;
 3370 Nam cuiusdam filium pastoris deportavit
 Leo, pater a longe sequens eiulavit.
 Sed casu fortuito cum Jesum invenisset,

Suamque miseriam sibi retulisset,
 Misertus sui leoni Jesus imperavit,
 3375 Qui confestim puerum illesum reportavit,
 Eum ante pedes Jesu collocans recessit.
 Vivum suum filium pater ut aspexit,
 Ex nimia letitia cordis sui flebat,
 Et gaudens Jesu maximas grates referebat;
 3380 Ad terram quoque corruens pronus hunc adorat,
 Tamen eum non cognoscens, quis Jesus sit ignorat.

De venatore quem sanavit Jesus.

Quadam die cum Jesus heremum transiret,
 Contigit, ut quidam eum venator inveniret,
 A serpente qui fuit veneno fuso Iesus,
 3385 Totusque tumuerat, hunc ut vidi Jesus
 Misertus sui mox curavit ipsum et eiecit
 Virus de suo corpore, sic eum sanum fecit.

Item de alio quodam quem sanavit Jesus.

Coluber intraverat in quandam dormientem
 Hominem, incaute suum apertum os habentem
 3390 Ille miser nimium cum in se torqueretur
 Accidit, ut transeunte Jesu videretur,
 Qui misertus ipsius hunc statim liberavit,
 A serpente totum virus qui spuens excreavit.

Quod signa que fecit Jesus in adolescentia sua sunt
 occultata.

Hec et his similia fecit Jesus multa,
 3395 Adhuc existens adolescens, que sunt heu occulta,
 Quia non ab aliquo sunt scriptis commendata,

- Nec coram fidelibus fuerunt perpetrata.
 Et quia consortium adhuc discipulorum
 Sibi non elegerat nec apostolorum,
 3400 Qui virtutes ipsius scriptis commendarent,
 Suaque miracula mundo propalarent,
 Nec se Jesus voluit adhuc manifestare
 Atque suam gloriam mundo demonstrare.
 Est tamen incredibile, quod annis tot vixisset,
 3405 Virtutes et miracula nullaque fecisset;
 Nam qualiter hic vixerit, quomodo conversatus
 Annis sit viginti novem et quid sit operatus,
 In scriptis heu autenticis hoc non reperitur,
 Sed nec in apocrifis ad plenum invenitur;
 3410 Nam Johannes scriptitat hic evangelista:
 Multo plura signa fecit Jesus, quam sint ista!
 Que non tamen in hoc libro scripta declarantur,
 Sed ut credatur in JESUM hic pauca recitantur.

Quod Jesus sepe visitavit Johannem in heremo.

- Quidam fuit adolescens Johannes nuncupatus,
 3415 Zacharie filius Jesuque cognatus.
 Hic ab annis quindecim homines vitare
 Cepit et in heremo solus habitare.
 Cibus eius caro fuit cruda locustarum,
 Et mel apum silvestrium, radices ac herbarum.
 3420 Vestis sua birrus erat de pilis camelorum,
 Ovina pellis aspida cingulum lumborum.
 Ad hunc Jesus adolescens sepius consuevit
 Venire, quia spiritus sanctus requievit
 In Johanne, qui virtutem spiritus Elie
 3425 Predicandi sibi dedit, atque prophetie.
 Jesus factus adolescens sepe frequentare
 Heremum consueverat et eum visitare,
 Et per dies aliquos secum commorari
 Solebat, ut se mutuo possent consolari.

- 3430 O desiderabilis et dulcis Jesu Christe,
 Quid tibi solacium contulit baptiste !
 O adolescentium collatio duorum,
 Quis mediator exitit et arbiter eorum !
 O dulci conventiculum iuvenum istorum,
 3436 Felixque consortium horum puerorum !
 Fuisse vellem arbiter atque mediator
 Ipsorum collationis et determinator.
 O Johannes, qualiter illud meruisti,
 Quod a Jesu gratiam tantam recepisti,
 3440 Ut in matris utero per hunc sanctificatus
 Essem, et in heremo per eum visitatus !
 Cum veniret Nazareth Jesus sue matri
 Serviebat atque Joseph tamquam suo patri.
 Attamen ab opere retraxit se servili,
 3446 Nam, cum esset adolescens et in iuvenili
 Estate, semper synagogas vicinas frequentabat,
 Et circa ministerium sacrorum laborabat ;
 Nam labor eius semper erat in dei servitute,
 Tam in adolescentia quam in iuventute.

Soliloquium quod habuit Jesus cum Maria matre sua.

- 3450 Sepe cum dulcissimo Jesu residebat
 Maria solitaria, cum ipsoque tenebat
 Dulce soliloquium, diversaque querebat,
 Que cuncta prudentissime Jesus exponebat.
 M. Ait ergo Maria : »Dulcissime mi nate,
 3456 Interrogare liceat mihi quedam a te ?«
 J. Jesus ait : »O mi mater, que vis interrogare
 Poteris et ea tibi sum presto revelare.«
 M. Ait ergo : »Fili mi, scio quod es deus,
 Atque dei filius, sed quomodo tu meus
 3460 Nunc sis factus filius, hoc penitus ignoro,
 Ut hoc mihi sacramentum reseres exoro.«
 J. »Eram in principio semper apud deum,

- Celi, terre creatorem atque patrem meum;
 Ipsi quoque patri manens semper coequalis,
³⁴⁶⁵ Eadem in substantia seu coeternalis.«
- M. »Quod est hoc principium, quo dicis te fuisse
 Aput patrem et cum patre semper te mansisse?«
- J. »Hoc autem principium non est inceptivum
 Ullius initii vel inchoativum,
³⁴⁷⁰ Sed nullo sub initio cum una deitate.
 Ab eterno mansimus in pari majestate.«
- M. »Quod est principium Moyses quod scripsit,
 In quo celum atque terram creasse deum dixit?«
- J. »Hoc verum est principium, in quo sunt creata
³⁴⁷⁵ Tempus, celum, angeli, per patrem ordinata;
 Dies nox et sidera, cum mundi firmamento,
 Paradisus, mare, fontes, cum terre fundamento.«
- M. »Antequam hec crearentur, ubi tu mansisti,
 Vel ubi pater habitabat aput quem fuisti?«
- J. »In eadem gloria nostre trinitatis,
 Qua modo sumus, fuimus divine maiestatis;
 Non enim locus, neque tempus, nec celum capit deum,
 Nam terra, pontus, celum, ether conclusa sunt per eum.«
- M. »Quid es hoc quod mentionem fecisti trinitatis?
³⁴⁸⁵ Que est illa trinitas divine majestatis?«
- J. »Sub personis tribus sumus in una deitate,
 In unaque substantia, cum pari potestate,
 Pater atque filius spiritusque sanctus,
 Quivis est ut alius dignitate tantus.«
- M. »Cum idem in substantia cum his sis unus deus,
 Qualiter tu solus es factus puer meus?«
- J. »In persona sola mea deitas extensa
 Est ad tuum uterum et carne comprehensa;
 Eternus patris filius nunc sum incarnatus,
³⁴⁹⁵ Et ego sum dulcissima mi mater a te natus.«
- M. »Que pietas, que bonitas te sic humiliari
 Fecit, que necessitas coegit incarnari?«
- J. »Fraudes per diaboli nunc est captivatum
 Humanum genus, est et hoc peccatis obligatum.
³⁵⁰⁰ In hunc ergo veni mundum ad demonem ligandum,

- Et a peccatis hominum genus liberandum.«
- M. »Humanum genus qualiter, mi fili, liberabis
Et quomodo Leviathan dilecte mi ligabis?«
- J. »Per mortem quam passurus sum, nimis innocenter,
Mihi quam Leviathan inducit fraudulententer,
Qui seducet impie gentem Judeorum,
Ut mihi mortem ingerant malum in eorum.«
- M. »Ve, ve! fili, quid dixisti, numquid occideris
Illatam an ab aliquo mortem patieris?«
- J. »Quod dixi non contristet te, mi mater o Maria,
In me nam implebitur omnis prophetia;
Ad hoc enim missus sum, ut in me compleatur
Scriptura per me seculum salvandum que testatur.«
- M. »O fili mi, concussum est cor meum et expavit,
3515 Et hoc verbum, quod dixisti, me nimis conturbavit.
Nam audire mortem tuam maximum dolorem
Cordi meo generat et spiritus merorem.«
- J. »Non recordaris, mater mi, verborum Simeonis,
Quando tu me presentabis in templo Salomonis,
3520 Qui dixit, meum gladium tuam transiturum
Animam, cum me videris morte moriturum?«
- M. »Illorum bene memini verborum, bene fili;
Sed unam mihi questionem, deprecor, expone.
Non potest genus hominum aliter salvari,
3525 Nisi te oporteat ab impiis necari?«
- J. »Posset quidem liberari divina potestate,
Sed rectius salvabitur iuris equitate,
Nam se genus hominum sponte deputavit
Domino diaboli iurique mancipavit.«
- M. »Que est hec iustitia, que fit in tua morte,
Ut hominem tu liberes demonis a sorte?«
- J. »Ego iuris dictio non sum obligatus
Diaboli, nam ego sum absque labe natus.
Humane conditionis ac originalis
3535 Peccati seu libidinis contagii carnalis.«
- M. »Vere fili, sicut dicis, sine commixtione
Virilis contagii seu pollutione
Humane fragilitates te concepi, salvo

- Pudore, pudicitie seu castitatis alvo.«
- J. »Ergo demon in me nullam habet potestatem,
Tamen suam contra me nitetur falsitatem,
Exercere pro quo suo cyrographo privatur,
Et iure per quod hominem possedit spoliatur.«
- M. »Qualem, ubi poterit, iniuriam inferre,
³⁶⁴⁶ Unde sibi suam predam, mi fili, vis auferre?«
- J. »Me temptationibus suis attemptabit,
Et suggestionibus mihi procurabit
Mortem, et cum patiar in cruce presens erit,
Atque meam animam usurpare querit.«
- M. »Ve, fili mi dulcissime, ve mihi, quid tu ducis,
Iterum contremuit cor tue genitricis;
Nam audita morte tua mens mea contabescit,
Conturbatur spiritus et anima pavescit.«
- J. »Dulcis mater, noli tamen dolore commoveri,
³⁶⁵⁶ Sed humano generi plus debes misereri;
Nam sum ob humanum genus salvandum moriturus,
Et pro peccatis hominum ego sum passurus.«
- M. »Dic ergo, fili, quomodo per tuam liberabis
Mortem genus hominum ipsumque salvabis?«
- J. »Cum in cruce moriar, cum anima migrabo
Ad infernum, et ibi Leviathan ligabo.
Indeque sanctas animas iustorum obseratas
Educam et suscipiam in requie locatas.«
- M. »Quid de dulci corpore tuo, quod manebit,
³⁶⁶⁶ Fiet, atque curam eius digne quis habebit?«
- J. »Corpus meum tumulo sepultum collocatur,
Usque diem tertium, ibique moratur.
Revertar tunc, cum anima corpus assumpturus,
Redivivus iterum de morte resurrecturus.«
- M. »O fili, meus spiritus, qui nimis erat tristis,
Est consolatus modicum nunc ex verbis istis,
Quia tu dixisti, te de morte surrecturum
Et resumpto corpore denuo victurum.«
- J. »Ego tradar gentibus, flagellis affligendus,
³⁶⁷⁶ A Judeis ipsis et crucifigendus,
Et in cruce moriar, tertiaque die

- A morte surgam, ut testantur de me prophetie.«
- M. »Si te tua non dixisses resurrectione,
Pre dolore morerer audita passione.
- 5680 Tua tamen nunquam meum cor poterit gaudere
Tantam tibi passionem cum sciam imminere.«
- J. »Non te mea passio tantum contristabit,
Quantum resurrectio te letificabit,
Ego quia patiar homo nunc mortalis,
5685 Surgamque glorificatus deus immortalis.«
- M. »Post tuam fili passionem numquid te videbo,
A te consolationem an aliquam habebo?«
- J. »Posquam resurrexero tibi comparebo,
Cunctamque tuam mater mi, tristitiam delebo.«
- M. »Postquam resurrexeris, ubi tunc mansurus
Eris, et quid, fili mi, post hoc tu facturus?«
- J. »Super terram quadraginta dies commorabor,
Meosque discipulos docens consolabor.«
- M. »Qui sunt hi discipuli, quos vis consolari
5690 Tempore, quo super terram disponis commorari?«
- J. »Duodecim apostolos mihi sociabo,
Quibus ego spiritum sanctum meum dabo,
Ut per universam terram incarnationem
Meam mundo predicent atque passionem.«
- M. »Poste hos quadraginta dies quid es tu facturus,
Fili mi dulcissime, vel quo tunc es iturus?«
- J. »Celum ascensurus ego sum ad patrem meum,
Angelorum dominum regem atque deum.«
- M. »Celum si ascenderis, me solam derelinquis,
5695 O mi fili unice, cui me relinquis?«
- J. »Non te, mater amorosa, solam derelinquam,
Sed ego tibi plurima solatia relinquam
Ex meis fidelibus, in me credituri
Qui sunt et tibi propter me libenter servituri.«
- M. »Sine te solatium nullum acceptabo,
Tui si caruero mori plus optabo.«
- J. »Absque consolatione te mea non dimittam,
Tibi nam paraclytum mitissimum remittam.
Hic est sanctus spiritus procedens ore dei,

- 3615 Qui te consolabitur bene loco mei.«
M. Ad me numquid aliquando, mi fili, reverteris,
An in celo semper manens aput patrem eris?«
J. Celum cum ascendero tibi preparabo
Locum, in quo te post vitam istam collocabo,
3620 Nam in tuo transitu sum ad te reversurus,
Atque te suscipiam in celum traducturus.«

LIBER III

Explicit liber secundus de vita dulcissime virginis Marie.
 Incipit liber tertius de vita eiusdem gloriose virginis
 Marie et de gestis filii eius domini nostri Jesu Christi.

Prologus in librum tertium de vita virginis Marie.

Matheus, Marcus atque Lucas, isti tres scribentes
 Gesta Jesu tacuerunt quasdam obmittentes
 Virtutes et miracula que fuit operatus
 3626 Pius Jesus, sicut est aperte protestatus
 Liber evangelicus Johannis Zebedei,
 Quem scripsit annis plurimis post mortem filii dei,
 Sicut hoc miraculum de resuscitato
 Lazaro, necnon de aqua in vinum commutato,
 3630 Multaque similia, que scripto sunt commissa
 A Johanne, sed fuerunt a reliquis obmissa.
 Sed adhuc de Jesu plura scripta reperimus,
 Que nos in evangeliis nusquam invenimus,
 Sicut illud quod beatus scripsisse comprobatur
 3636 Pontifex Eusebius in libro qui vocatur
 Sic: Ecclesiastica historia de rege
 Abgaro tunc Edyssenam qui rexit sua lege,
 Epistolam qui domino pro morbo suo scripsit,
 Ipsi quoque Jesus Christus epistolam rescripsit.
 3640 Insuper apostolus Paulus manifeste
 Aserit epistola Corinthiorum teste,
 Quod Jesus apparuerit post resurrectionem

Jacobo per singularem apparitionem,
 Et quingentes fratribus simul congregatis,
 8645 Scribit hunc apparuisse cum humanitatis
 Forma; nunc pro veritate recitantur ista,
 Quamvis nullus scriptitet hec evangelista.
 Igitur delinquere nihil contra deum
 Me spero, sed propitium et benignum eum
 8650 Habiturum, si pro laude nominis ipsius
 Aliqua conscripsero que tamen erant prius
 Ab aliis doctoribus ante divulgata
 Et libris in autenticis scripto commendata.
 Illud autem deprecor a viris litteratis,
 8665 Ut hec sique repererint que viam veritatis
 Excedant, illa corrigant vel penitus abradant,
 Vel si placet totum librum combustioni tradant.
 Sic invidus non habet hic locum detrahendi,
 Nec emulus inveniet causam hic mordendi;
 8680 Nam cuilibet conceditur potestas corrigendi
 Librum istum, vel si placet totum abradendi.

Explicit prologus. Incipit liber tertius de vita gloriose virginis Marie et de gestis filii eius domini nostri Jesu Christi.

Cum viginti novem annos Jesus implevisset
 Ad annumque tricesimum etatis iam venisset,
 Zacharie filius Johannes predicabat
 8665 In deserto regnum dei, necnon baptizabat
 Baptismo penitentie Judeos in Jordane,
 Voluptates respuens huius vite vane.
 Ad hunc Johannem dominus Jesus veniebat
 Et ab eo baptizari cum ceteris volebat.
 8670 Johannes, ad se dominum videns venientem
 Et ab eo fluminis baptismum requirentem,
 Ait: »Ad me, domine, tu venis baptizari,
 A te cum deberem ego per lavacrum mundari.«

Jesus ait: »Sine modo sic nos adimplere
 3676 Condecet iustitiam preceptaque tenere.

Quod unda Jordanis substitit.

Hic dicitur quod fluminis unda substitisset
 Nec ad ima descendendo tamdiu defluxisset,
 In ea donec dominus Jesus lavaretur
 Ab ipsoque baptismatis unda sacraretur,
 3680 Et se sursum aggerans circa Jesum stabat
 Fluvius et dominum immersum circumdabat.

Quod pisces adorabant Iesum.

Pisces quoque fluminis ad dominum natabant,
 Tanquam suum cretorem ipsum adorabant;

Quod spiritus sanctus descendit super Iesum.

Cum ergo Jesus a Johanne foret baptizatus
 3686 Populusque plurimus cum ipso renovatus,
 Ecce celum est apertum, lux magnaque refulsit
 In Jesum necnon universos presentes circumfulsxit.
 Atque sanctus spiritus de celo descendebat
 In columbe specie, qui statim residebat
 3690 In Iesu Christi capite, patrisque vox fiebat
 Cunctis audientibus de celis, que dicebat:
 »Hic est meus filius mihiique dilectus,
 Ante constitutionem siderum electus,
 Mihi qui complacuit semper et placebit,
 3695 Atque meus spiritus in ipso residebit.«
 Johannes autem, cum audisset vocem hanc, expavit,
 Jesu testimonium perhibens clamavit:
 »Hic est ille de quo mihi deus revelavit,
 Cum in deserto degerem, et me destinavit,

3700 Ut ego penitentiam cunctis predicarem,
 Ac in Jordanis flumine contritos baptizarem,
 Dicens: In quem spiritum sanctum descendenterem
 Videbis et in specie columbe residentem,
 Hic in sancto spiritu cunctos baptizabit,
 3706 Et vere penitentibus peccata relaxabit!«

Quod Jesus intravit in desertum ubi temptabatur a
 diabolo.

Post hoc Jesus in desertum iterum intravit,
 Ibique manens quadraginta dies ieunavit,
 Atque deitatis sue deliciis vacavit,
 Necnon pro salute mundi patrem adoravit.

3710 Ad ipsum tunc diabolus temptator accedebat
 Atque quosdam lapides sibi preponebat.
 »Fac ex his lapidibus panes«, dicens ei,
 »Ut probare valeam, si filius sis dei.«
 Jesus ait: »Homo non ex solo pane vivit,
 3715 Sed ex verbo quod ex ore domini prodivit.«
 Tunc temptator duxit eum in sanctam civitatem
 Ipsum ibi statuens in templi summitetem,
 Dicens: si tu filius es dei, te dimitte,
 Deorsum necnon angelis tuis te committe,
 3720 Quia de te scriptum est, quod angelis mandavit,
 Ut semper te custodian, hoc ipsis imperavit.
 Jesus ait: »Scriptum est quod deum non temptabis
 Occasionem contra te nec inimico dabis.«
 Tunc cum Jesu montem altum diabolus ascendit
 3725 Et ipsi cuncta regna mundi pariter ostendit,
 Dicens: »Iam hec omnia tibi volo dare,
 Si tu me volueris pronus adorare.«
 Jesus ait: »Vade Sathan, deum adorabis;
 Hoc scriptum est et illi tu semper ministrabis.«
 3730 Tunc reliquit eum Sathan et angeli venerunt,
 Ipsi sicut creatori suo servierunt.

Quod bestie deserti adoraverunt Jesum.

Atque solitudinis fere venientes,
 Universe bestie deserti concurrentes,
 Jesum Christum adorabant suum creatorem,
 3736 Necnon exhibebant ei quem poterant honorem.
 Quamdiu mansit in deserto secum morabantur
 Et quocumquo declinabat ipsum sequebantur,
 Eiusque vestigia linxerunt osculando,
 Precedebant, circumdabant ipsum adorando,
 3740 Alludentes ante pedes suos se iactabant,
 Et saltantes coram eo gaudentes exultabant.

De regressu Jesu a deserto.

Egressus Jesus a deserto Johannem baptizantem
 Adhuc invenit in Jordane necnon predicantem.
 Johannes Jesum transeuntem videns demonstravit
 3745 Ipsum suo digito dicens hec clamavit:
 »Ecce verus agnus dei, mundi qui peccata
 Tollit atque scelera relaxat perpetrata.«

Quod apostoli adiuncti sunt Jesu Christo.

Hec quidam ex discipulis Johannes audientes
 Sequebantur domino, Johannem relinquentes.
 3750 Ex his qui Jesum sequebantur Andreas fuit unus,
 Qui primus apostolicum est consecutus munus.
 Hic adduxit fratrem suum Petrum appellatum,
 Apostolorum cui dedit Jesus principatum.
 Hinc Philippum ad se vocat et natos Zebedei
 3755 Johannem atque Jacobum et filios Alphei.
 Jacobum et Simonem, Judam et Matheum,
 Atque Thomam Dydinum et Bartholomeum,
 Necnon Iudam proditorem de Scarioth, ut plenus

Apostolorum numerus foret duodenus.

- ³⁷⁶⁰ Hos vero duodecim apostolos vocavit,
Ad predicandum dei regnum per mundum destinavit,
Ut demones ejicerent dans ipsis potestatem
Et curarent omnes morbos aut infirmitatem.

De sororibus virginis Marie et filiis eorum et viris.

Sed ex his duodecim apostolis cognati

- ³⁷⁶⁵ Erant quinque Jesu Christi, nam fuerunt nati
Duabus ex sororibus virginis Marie,
Sicut narrat series genealogie.

Nam Anna et Ismeria sorores extiterunt
Uno patre sive matre nateque fuerunt.

- ³⁷⁷⁰ Genuit Ismeria Elisabeth que duxit
Zachariam, de quo mundo propheticum illuxit
Lumen, quia genuit Johannem precursum
Et baptistam domini, fidei doctorem.

Anna duxit Joachim qui virginem Mariam

- ³⁷⁷⁵ Genuit, hec peperit Jesum prolem piam.
Hec Maria sancto Joseph fuit despensata
Virgo semper permanens incontaminata.
Tunc mortuus est Joachim et Anna viduata
Est viro per coniugium secundo copulata.

- ³⁷⁸⁰ Et hic erat frater Joseph, Clephas vocatus,
Qui secundis nuptiis est Anne sociatus.
Hic Annam fecit iterum germine fecundam,
Que Mariam genuit filiam secundam.

Hec Maria data fuit in coniugem Alpheo

- ³⁷⁸⁵ Genuitque quatuor filios ab eo:
Jacobum et Simonem et Judam appellatum
Tatheum, atque Joseph iustum Barsaban vocatum.
Quatuor isti domini fratres dicebantur,
Nam geniti de fratribus duobus putabantur;

- ³⁷⁹⁰ Duarum quoque filii sororum extiterunt
Vultuque simillimi domino fuerunt.
Sed et iste Clephas cum moriebatur

Anna viro tertio pro coniuge dabatur,
 Ille virque Saloma per nomen vocabatur,
 3796 Ex his duobus tertia Maria procreatur.
 Ista sibi virum duxit vocatum Zebedeum
 Atque duos filios genuit per eum:
 Jacobum apostolum et evangelistam
 Johannem; generationem descriptimus nunc istam.

De nuptiis ubi Jesus mutavit aquam in vinum.

3800 In Galilea nuptias quidam celebravit,
 Cum Maria matre sua Jesum invitavit
 Suosque discipulos, et deficiente
 Vino, sed hec matre Jesu bene perpendente
 Ad Jesum ait: O fili mi, vinum iam defecit
 3806 Quo nos in convivio sponsus hic refecit.
 Jesus ait: »Quid ad te vel quid ad me, mi mater;
 Nondum venit hora mea in qua deus pater
 Signis vel miraculis me manifestare
 Mundo velit gloriam meamque propalare.«
 3810 Maria sciens filium habere potestatem
 Quaecumque vellet facere per divinitatem,
 Ministris ait: »Quicquid iubet, illud faciat.«
 Jesus inquit: »Hydrias has aqua compleatis!«
 Ministri, sicut iusserat dominus, fecerunt
 3816 Atque septem hydrias aqua repleverunt.
 Hec aqua mox naturam mutans transsubstantiatur
 Et in vinum optimum per Jesum commutatur.
 Unda namque derelinquens proprium colorem
 Vini sumit rubicundi colorem et saporem.
 3820 Sic aqua per miraculum convertitur divinum
 Coram convivantibus in rubicundum vinum.
 Omnes simul convivantes hoc signum cum vidissent
 Et ex aqua vinum factum cuncti cum bibissent,
 Tanto de miraculo sunt mente stupefacti,
 3826 Admirantes nimium novitatem facti.

Discipulis se primo Jesus hoc signo manifestavit
Atque suam gloriam mundo propalavit.

De predicatione Jesu et miraculis eius.

- Post factum hoc Capernaum Jesus introivit
Et Maria mater sua secum illuc ivit.
 3850 Ipsumque discipuli sui sequebantur,
Illiue similiter qui fratres dicebantur
Eius eum etiam concomitantur,
Ibi vero paucos dies simul morabantur.
Nam Jesus post hoc egressus in omnem regionem
 3855 Predicavit dei regnum in remissionem
Vere penitentibus suorum peccatorum
Et contritis veniam facinorum suorum,
Faciens magnalia, virtutes atque signa,
Et plurima miracula relatione digna ;
 3860 Nam omnes egritudines curavit et dolores,
Infirmitates varias, morbos et languores,
Leprosorum plurimam turbam hic curavit,
Lepreque putredinem ab ipsis emundavit
Infinitos etiam tunc illuminavit
 3865 Cecos et his oculorum lumen reparavit,
Reseratis auribus reddidit auditum,
Surdis ipsis donum vocis infundens expeditum,
Usum lingue plurimis restituebat mutis,
Et loquelas perditam per gratiam salutis,
 3870 Gressumque restituit claudis et confractis,
Incurvatis sanitatem reddens et contractis
A febribus continuis et interpolatis,
Liberavit plurimos medela sanitatis ;
Multos paralyticos et aridos curavit,
 3875 Mancos atque debiles et morbidos sanavit.
Qui percussi fuerant ab apoplexia,
Necnon hi qui vexabantur ab epilepsia ;
Etiam caduceum morbum qui patiebantur
A Jesu dei filio cuncti curabantur.

- 3860 Ab ipsoque sanati sunt insani, furiosi,
 Lunatici, maniaci seu vertiginosi,
 Hydropico qui fuerant tumentes ex humore
 Et a morbo curabantur per Jesum et tumore.
 Per fluxum hemorrhoidum qui fuerant vexati
- 3865 Sive dissenteria per Jesum sunt curati.
 Cuncti qui infirmitate quacumque vexabantur
 Venientes ad Jesum statim curabantur.
 Nam omnes egritudines morbos et languores
 Ab infirmis repulit Jesus et dolores.
- 3870 Morbis et doloribus gravati qui fuerunt
 A Jesu Christo sanitatem plenam receperunt.
 Cunctas egritudines et infirmitatem
 Ab egris Jesus repulit, his reddens sanitatem.

Quod demones clamaverunt contra Jesum.

- Obsessos a demonio multos liberavit,
 3875 Immundos ab hominibus spiritus fugavit;
 Sed cum a corporibus demones eiecit,
 Eos ab hominibus recedereque fecit,
 Eiulantem horridis vocibus clamabant,
 Contra dei filium dicentes blasphemabant :
- 3880 »Jesu Christe, fili dei, seculi creator,
 Celi, terre conditor, inferni devastator!
 Nos a nostris sedibus de celo repulisti
 Et inferni tenébris deiectos reclusisti,
 Et hominem quem socium supplicii dedisti,
- 3885 Hunc auferre violenter a nobis tu venisti.
 Numquid tibi sufficit celorum altitudo,
 Et totius seculi terre latitudo?
 Quin etiam extendere tuam maiestatem
 Ad infernum cupias et nostram potestatem?
- 3890 Debellare studeas et nostram asportare
 Predam et imperium nostrum devastare.

De legione demonum.

Homo quidam plurimis demoniis obsesus,
 Ab ipsis quoque maxima flagitia perpessus,
 Ad Jesum venit et eum pronus adoravit,
 3896 Sed multitudine demonum ad ipsum exclamavit:
 »Quid est nobis atque tibi commune, rex celorum,
 Iesu Christi, fili dei, creator seculorum?
 Ante tempus tu venisti, volens nos torquere,
 Et totius iuris nostri cyrografum delere!«
 3900 Jesus autem, ut tacerent, ipsis imperavit,
 Ut exirent ab eodem homine, mandavit.
 Sed quod eos mitteret, hoc demones timentes,
 In abyssum, rogaverunt ipsum hec dicentes:
 »Te rogamus, ne nos mittas extra regionem
 3905 Nec in profundi baratri desolationem!«
 Jesus ait ad eos: »Quod est nomen vobis?«
 Responderunt: »Legio, nomen hoc est nobis«,
 Quia sexaginta sex sex milia sexcenti
 Demones convenerant hoc homine detenti;
 3910 Sed tunc prope locum illum porci pascebantur;
 Ergo Jesum demones dicentes precabantur:
 »Hinc si tu nos ejicis, permitte nos intrare
 Porcos istos, et in eis utrumque latitare.«
 Hoc permisit illis Jesus, et statim intraverunt
 3915 In porcos illos et eos precipitaverunt
 In undas maris et erant gregis universi
 Porcorum duo milia qui sunt ibi mersi.
 Tunc vir qui a demonio fuit absolutus
 Grates Jesus retulit saluti restitutus.

Quod Jesus suscitavit filium vidue.

3920 Ad civitatem ibat Jesus Naym que vocatur
 Et ipsum magna multitudo plebis sequebatur;

*

3920 G Naum.

- Sed ad portam civitatis simul cum venerunt,
 Exportavi iuvenem defunctum aspexerunt.
 Filium hunc unicum genitrix habebat,
 3936 Et hec erat vidua que nimium plangebat.
 Misertus huic ad defunctum Jesus accedens dixit:
 »Tibi dico surge vivus«, et protinus revixit
 Mortuus qui fuerat et eum assignavit
 Vivum matri; per hoc nimis hanc letificavit.
 3930 Hoc videntes universi deum collaudabant,
 Jesum dei filium fore conclamabant,
 Eiusque magnalia laudantes exaltabant.
 In laudem et in gloriam hunc magnificabant,
 Et in omnem regionem fama divulgatur,
 3935 Ipsi et ab omni gente Jesus collaudatur.

De filia principis Iairi.

- Princeps quidam Iairus nomine vocatus
 Ad Jesum venit et eum fuit deprecatus,
 Ut ipsius dignaretur hospitium intrare
 Atque suam filiam a morte suscitare.
 3940 Jesus suis precibus flexus secum ivit,
 Et eum domum principis eiusdem introivit,
 Puellam pro qua venerant defunctam invenerunt,
 Et plangentes circa corpus plurimos viderunt.
 Jesus electis omnibus defuncte sumpsit patrem,
 3945 Johannem, Petrum, Jacobum, virginisque matrem,
 Et cum his ad virginis corpus accedebat
 Atque coram omnibus tangens hanc dicebat:
 »Tabytha, tibi dico surge, revisce,
 In teque magnalia dei facta dise!«
 3950 Ad hoc verbum sine mora virgo resurrexit
 Gaudens, quod se suscitatam per Jesum intellexit,
 Annorum tunc duodecim fuit hec puella
 Quando fuit suscitata mortis a procella.

De hemorroissa curata per Jesum.

Cum ad suscitandam hanc defunctam graderetur
 3964 Jesus et a populorum turba premeretur,
 Hemorroissa mulier quedam vocabatur
 Que per fluxum sauguinis diu gravabatur.
 Sed *talis* cogitatio occurrit eius menti :
 Si fimbriam tetigero sui vestimenti
 3960 Spero quod a morbo meo per ipsum liberabor
 Per quem mihi cruciatus est tantus atque labor.
 Igitur ad Jesum ibat et eius vestimentum
 Tetigit et sanitatis recepit sacramentum.
 Mox ut Jesu fimbriam mulier hec vestis
 3966 Tetigit, in ea fluxus cessavit sue pestis ;
 Jesus statim recognovit divinitus hoc factum
 Et ab illa muliere sese fore tactum.
 Inter turbas substituit, discipulis dicebat :
 Quis es qui me tetigit quesivit, quod sciebat ;
 3970 Petrus ait tu a terra compreesus adgravaris
 Et queris tamen a quo sis tu tactus vel tangaris.
 Jesus ait aliquis me tetigit, virtutem
 Nam exisse de me scio morbique salutem.
 Cum hec audivit mulier procedens est professa
 3975 Factum atque morbum suum quem dudum est perpessa.
 Jesus ait: fiat tibi sicut credidisti,
 In te sit semper sanitas quam a me recepisti.
 Mulier cum intellexit quod esset liberata
 A morbo quo duodecim annis est vexata,
 3980 Deo grates retulit ipsum adorando
 Et Jesum in virtutibus suis collaudando.

De imagine quam fecit ad similitudinem Jesu.

In Jesu tunc memoriam et dilectionem
 Suique dulcissimam recordationem
 Imaginem ex lapide fecit hec parari,

- 3985 Formam Jesu similem iussit adaptari.
 In eius hanc imaginem hortulo locavit,
 Et in ea Jesum Christum frequenter adoravit.
 Herbe quedam sub eadem imagine creverunt
 Que crescentes cum se tantum in altum extenderunt,
- 3990 Quod fimbriam imaginis huius attingebant,
 Virtutem tantam sanitatis ab hinc recipiebant,
 Quod facte sunt antidotum atque medicina
 Ad omnes egritudines potentia divina.
 Nam infirmi vel egroti cum illam gustaverunt
- 3995 Herbam a languore suo curati mox fuerunt,
 Et hec herba solo tactu repulit languores
 Infirmitates varias, morbos et dolores.
 Nam infirmi si cum ea vel parum tangebantur,
 Ab infirmitati sua statim curabantur.
- 4000 Hec et his similia fecit inaudita
 Jesus mirabilia prius non audita.
 Per hoc ipse divulgatur in omnes regiones
 Et ipsius fama crevit ad omnes nationes.

De Abgaro rege qui scripsit epistolam Jesu Christo.

- Trans flumen Ethiopie Eufrates appellatum
 4005 Habitabat quidam rex cuius nuncupatum
 Nomen erat Abgarus, hic rexit Edyssenam
 Civitatem populo divitiisque plenam.
 Infirmitate maxima rex hic detinebatur
 Et per eam tempore longo vexabatur.
- 4010 Epistolam hic domino scribens hunc vocavit,
 Ut ad eum dignaretur venire postulavit,
 Et eum a languore suo magno liberaret,
 Ac a morbo quem iam diu passus est, curaret.
 Talis hec epistola fuisse comprobatur,
- 4015 Ut ecclesiastica historia testatur.

Tenor epistole.

- Abgarus Vochanie filius Thoparcha
 Bono Jesu salvatori qui est patriarcha
 Manens in Jerusalem finibus salutem.
 De te nos audivimus plurimam virtutem,
 4020 Quam facis in debilibus, infirmis et egrotis,
 Alienis et propinquis, notis et ignotis,
 Quod sine medicamine, radicibus et herbis,
 Curas egritudines solis tantum verbis.
 Cecis visum reparas, mutis das loquela,
 4025 Surdis aures reseras, auditus dans medelam,
 Claudio facis ambulare, mundasque leprosos,
 Ejicis demonia, sanas furiosos,
 Curas paralyticos, his reddens sanitatem,
 Mortuosque suscitas per tuam potestatem.
 4030 Omnes egritudines tu curas et languores,
 Infirmitates varias, morbus et dolores.
 Ista tu cum facias, credo quod sis deus,
 Sive dei filius, quod impius Judeus
 Non credit, cum tu veneris eorum ob salutem
 4035 De celis atque facias in eis hanc virtutem.
 Igitur te deprecor, quatenus digneris
 Ad me venire nec in hoc te rogo pigriteris,
 Ut ab egritudine qua diu iam labore
 Me cures, hoc suppliciter a te clemens exoro.
 4040 Mitto victualia, vecturam et expensas,
 Atque necessaria per viam et impensas.
 Etiam hoc audio, quod te persecuntur
 Judei, nec non tibi mortem inferre moliuntur;
 Ad nos ergo venias tu me curaturus,
 4045 Quia tecum permanebis perpetuo securus
 Eorum ab insidiis et malignitate,
 Quam moliuntur contra te cum iniuitate.
 Mihi nam est civitas parva, sed honesta,
 Et habitat in ea gens prudens et modesta.

4050 Illa nobis sufficit ambobus ad manendum,
In ea tibi principatum mecum do tenendum.

Epistola quam rescripsit Jesus.

Jesus autem huic scribens epistolam remisit
Atque sibi sanitatem mittendam repromisit
Ei per discipulum quem sibi transmissurus
4060 Esset, hunc qui loco sui foret curaturus.
Sed et hec epistola tenorem hunc habebat,
Quam Jesus Christus Abgaro regi rescribebat.«
»Tu es felix et beatus, nam in me credidisti,
Tamen tuis oculis nunquam me vidisti,
4060 Quia de me scriptum est, quod in me multi credent,
Qui nunquam tamen me viderunt sed hi de me recedent,
Qui me viderunt oculis, de hoc quod tu scripsisti,
Ut ad te venirem ego necnon petivisti,
Ut a tuo te languore curarem, debes scire,
4065 Mihi quod non convenit nunc ad te venire;
Nam illud ad quod missus sum opportet consummare,
Et cum hoc implevero volo remeare
Ad deum, a quo missus sum, de celis, patrem meum,
Creatorem omnium, dominum et deum.
4070 Sed cum assumptus fuero quendam tibi mittam,
Ex meis discipulis illique committam,
Ut languorem tuum curet et infirmitatem,
Tibique restituat per me sanitatem.«

Quod Abgarus rex curatus fuit per Tatheum.

Jesus autem adimplevit hanc promissionem
4075 Quam ipse regi fecerat post ascensionem.
Nam unum ex discipulis nomine Tatheum
Ad Edyssam civitatem mittens iussit eum,
Ut eius evangelium ibi predicaret
Et credentes in eum cunctas baptizaret

- 4080 Necnon a languore regem Abgarum curaret,
De fideque catholica credentem informaret.
Ad Edyssam civitatem Tatheus ergo venit,
Omnis idolatrie deditas invenit.
Aperte cepit ibi fidem Christi predicare
4085 Et in Jesu nomine languidos curare,
Demones ejicere, leprososque mundare,
Atque morbos universos ab egris effugare.
Audiens hec Abgarus corde cogitavit,
Quod esset hic discipulus de quo demandavit
4100 Sibi Jesus et quem ei mittere promisit;
Unde statim vocans ad se pro Tattheo misit;
Sed Tatheus cum ad regem ingrediebatur,
Vultus eius sicut sol splendere videbatur,
Quod cum vidisset Abgarus Tatheum adoravit
4105 Eumque suscipiens benigne salutavit;
Et eum sedere fecit secum dicens ei:
»Tu esne discipulus Jesu filii dei,
Quem mihi per epistolam mittere promisit?«
Tatheus ait: »Ego sum, et nunc me tibi misit!
4110 In eum si credideris, cuncta complebuntur
Tua desideria, necnon delebuntur
Omnes egritudines, quibus tu torqueris,
Insuper eternam vitam per ipsum consequeris.
Ad hoc respondens Abgarus ait ad Tatheum:
»Ego credo Jesum Christum verum esse deum
4115 Atque dei filium pro nobis incarnatum,
De virginе mundissima Maria fore natum;
Credo quod hunc impii Judei peremerunt,
Et in cruce suspendentes ipsum occiderunt.
Hunc credo die tertia de morte surrexisse
4120 Et ad celos iterum ad patrem ascendisse,
Sed si tantam copiam exercitus haberem,
Nec romani potestatem imperii timerem,
Universos utique Judeos trucidarem,
In vindictam Jesu terram cum gente devastarem.
4125 Hoc Tatheus audiens imponit sibi manus
In Jesu Christi nomine qui mox est factus sanus,

- Et ab egritudine sua curabatur,
 Qua iam longo tempore dure vexabatur.
- ⁴¹²⁰ Statim postquam Abgaro discipulus Tatheus
 Manus imposuerat, oranem suam deus
 Curavit egritudinem et infirmitatem,
 Sibique restituit plenam sanitatem.
 Ut cognovit Abgarus se fore liberatum
- ⁴¹²⁵ Ab eius egritudine totumque curatum
 Per solam impositionem manuum Tathei,
 Invocato nomine Jesu filii dei,
 Exclamavit et dicebat: »Nunc de vero scio,
 Quod universa vera sunt que dicta sunt de pio
- ⁴¹³⁰ Jesu, dei filio, mihique relata,
 Et in me miraculo magno comprobata.
 Nam sine medicamine curatus sum et herbis
 Per solam impositionem manus et cum verbis.«
 Tunc thesauros plurimos fecit adportari,
- ⁴¹³⁵ Tatheoque discipulo fecit eos dari.
 Quos Tatheus respuens cuacta recusavit
 Nil ex his accipiens, hoc dicens exclamavit:
 »Nostra qui dimisimus, cur recipere mus
 Aliena que vitare potius debemus?«
- ⁴¹⁴⁰ Et per tempus aliquid manens predicavit
 Ibi fidem Jesu Christi credentes baptizavit,
 Signis et miraculis multis confirmavit,
 Universa que de Jesu facta recitavit.

De suscitatione Lazari.

- In oppido Bethanie gemine fuerunt
 Sorores et he domino devote servierunt,
 Nam sincero dulcem Jesum amore dilexerunt,
 Huic sepe necessaria victus obtulerunt.
 Una Martha, reliqua Maria vocabatur,
 Et utraque diligi a Jesu merebatur.
- ⁴¹⁵⁰ His frater erat unicus Lazarus vocatus,
 Amore quoque speciali Jesu copulatus.

Contigit, ut Lazarus hic infirmaretur
 Et post tempus modicum defunctus moreretur.
 Miserunt ergo sorores ad Jesum nuntiantes
 4156 Fratris egreditudinem, ab ipso postulantes,
 Ut ad eas dignaretur quantotius venire,
 In infirmitate sua fratri subvenire.
 Reversus ergo dominus Bethaniam cum venit
 Quadridianum Lazarum defunctum iam invenit.
 4160 Sorores autem audientes quod Jesus advenisset
 Castellumque Bethanie nondum introisset
 Exeuntes occurserunt ei lamentando
 Conquerentes mortem sui fratris lacrimando
 Et dixerunt: domine si presens tu fuisses
 4165 Ne frater noster mortuus esset tu cavisses.
 Jesus videns Mariam Marthamque lacrimari
 In suo fremens spiritu cepit conturbari
 Illarumque compassionem lacrimando flebat;
 Ipsum ubi posuistis, ostendite, dicebat.
 4170 Nobiscum veni domine, videas, dixerunt
 Et ad fratris monumentum Jesum deduxerunt.
 Judei multi sequebantur illuc qui venerunt
 Ad consolandum has sorores qui mutuo dixerunt:
 Numquid hunc non potuit a morte liberare
 4175 Quem mortuos audivimus posse suscitare?
 Sed ad ipsum monumentum Jesus cum venisset
 Atque superpositum lapidem vidisset
 Ait: hunc a monumento lapidem tollatis
 Et sepulcrum patulum stare dimittatis.
 4180 Maria dixit: domine iam quadridianus
 In sepulcro iacet fetens meus hic germanus.
 Non es memor verbi mei Jesus ait ei,
 Videbis si credideris gloriam iam dei.
 Tunc exaltans vocem suam Jesus exclamavit
 4185 Ut exiret de sepulcro Lazarum vocavit
 Dicens: veni Lazare foras! mox surrexit
 De monumento Lazarus et redivivus exit.
 Qui presentes aderant hoc signum cum viderunt
 Laudabant deum et in Jesum multi crediderunt.

4190 Sed alii Jérusalem reversi phariseis
Universa retulerunt et scribis et Judeis.

De hoc, quod intermittit hic omnia facta Jesu.

- Hic nos intermittimus atque transilimus
Omnia que fecit Jesus opera, nam scimus
In libris evangelicis hec esse compilata,
- 4195 Et sanctis ab apostolis scriptis commendata,
Qui scripserunt dulcis Jesu vitam et doctrinam,
Quam per omne seculum per gratiam divinam
Tradidit hominibus, verbis predicando,
Signis et miraculis credentes roborando.
- 4200 Nam omnes egritudines hominum curavit,
Infirmos atque debiles, et languidos sanavit,
Cecos, mutos, surdos, claudos et mancos reformavit,
Membra paralytica multorum solidavit;
Obsessis ab hominibus demones fugavit,
- 4205 Plurimorum leprosorum corpora mundavit;
Defunctos atque mortuos hic resuscitavit,
Ac egressas animas ad corpus revocavit.
Super aquas pedibus siccis ambulavit,
Ventos atque tempestates et turbines sedavit.
- 4210 Hominumque milia quinque satiavit
De solis quinque panibus, quos multiplicavit;
Et alia miracula plurima sunt facta
Per Jesum evangelicis que scriptis sunt redacta.

Quod pontifices et pharisei consilium fecerunt contra
Jesum.

- Pontifices hoc audientes et perfidi Judei,
4215 Et sacerdotes populi, cum scribis pharisei,
Congregati sunt in unum consilium habentes,

*

4199 liest Z laborando.

Vita Marie

10

Quid de Jesu faciendum sit illis hec dicentes :

»Quid facimus? nam Jesus iste facit infinita

Tam signa quam miracula prius non audita;

4220 Hunc si sic dimittimus in eum multi credent,

A nostris ceremoniis et legibus recedent,

Et Romani venientes contra nos movebunt

Prelium et gentem tollent, locumque delebunt.«

Tunc ad eos unus ait Cayphas vocatus,

4226 Illius anni qui tenebat ius pontificatus;

»Expedit ut ille solus homo moriatur

Pro populo ne tota gens cum loco deleatur.«

Igitur ab illo die ceperunt agitare,

Ut Jesum comprehendere possent et necare.

Quod Maria Magdalena unxit pedes Jesu.

4230 Cum in domo Simionis a lepra quem curavit

Jesus in Bethania discumbens manducavit

Cum suis discipulis; **Martha ministravit,**

Et presens erat Lazarus quem resuscitavit.

Maria suis lacrimis Jesu pedes lavit

4235 Atque suis crinibus tergens exsiccavit,

Sed quia pedes ex labore nimio confracti

Jesu forent, cum scissuris valliculosi facti,

Unguentum sumpsit optimum de nardo conspicatum,

Quod fuerant pro pretio multo comparatum,

4240 Et unxit illo Jesu pedes atque fomentavit,

Unguenti cuius suavitas nimium fragravit.

Ex hoc de discipulis unus indignatus

Est, qui Judas Scarioth fuit appellatus,

»Ut quid nunc perditio fit?« inquit hic »et quare«;

4245 »Nam unguentum pretiosum, quod emptum est tam care,

Pro trecentis potuit nummis venundari,

Et ipsius pretium pauperibus donari.«

Ergo non dicebat hoc ad ipsum, quod spectaret

*

4241 M fragavit.

Quidquam de pauperibus, vel pauperes curaret,
 4250 Sed fur erat, ad expensas quod domino dabatur
 Conservans semper aliquam partem furabatur;
 Nam more furum loculos occultos hic habebat,
 Furarie decimum denarium solebat.
 Unde tamen doluit propter hoc unguentum,
 4265 Ex ipso nam speraverat hic emolumentum,
 Quod pro nummis si trecentis venditum fuissest,
 Furtum ad denarios triginta recepisset.
 Sed ut miser damnum possit hoc recuperare,
 JESUM PRO TRIGINTA NUMMIS DECREVIT VENUNDARE.

Quod Judas tradidit JESUM.

4260 Ad sacerdotum principes et ad phariseos
 Ibat ille perfidus, dicens hoc ad eos:
 »Quid vultis mihi pretii dare? vobis tradam
 JESUM CHRISTUM ET VOBISCUM illuc ego vadam
 Deducens, ubi vos potestis ipsum captivare?«
 4265 Qui triginta sibi nummos promiserunt dare.
 Igitur post hoc querebat oportunitatem,
 Ut posset de filium hic in potestatem
 Tradere pontificum ac phariseorum,
 Oculta, sine strepitu concursus populorum.

De cena domini.

4270 Azymorum prima dies quando iam instaret,
 Ut Jesus cum discipulis pascha manducaret,
 Dixerunt discipuli: »Dic, ubi vis, paremus,
 Quod tecum more solito pascha manducemus.«
 Jesus ait ad eos: »Intrate civitatem!
 4275 Ibi vos invenietis ad hoc necessitatem!«
 Mittens Petrum et Johannem dixit: »Cum intratis
 Per iter Jerusalem portam civitatis,
 Statim vobis obviabit homo qui lagenam

- Dorso suo baiulabit fontis aqua plenam.
- 4280 Illum vos seguimini quocumque declinabit,
Laudens domum vos intrantes ipse quam intrabit;
Atque domus dominum illius inquiretis,
Ex me sibi talia dicta referetis :
»Magister noster apud te vult pascha manducare,
- 4285 Ergo rogat, ut tu nobis velis demonstrare
Locum aptum quem ad hoc possimus ordinare,
Ac ibi necessaria queque preparare.« «
»Vobis hic cenaculum ostendet grande stratum,
Quod est satis spatisum, amplum atque latum.
- 4290 Hoc idem cenaculum intrantes ordinate,
Et ad manducandum nobis pascha preparate.«
Hi duo discipuli statim abierunt,
Jesus ut predixerat cuncta reppererunt,
Idemque cenaculum ostensum intraverunt,
- 4295 Et ad manducandum pascha cuncta paraverunt
Sed iam facto vespere Jesus veniebat
Cum suis discipulis ad cenam discumbebat
Ipsis discubentibus, cum iam cenabatur
Ad suos discipulos Jesus loquebatur:
- 4300 »Antequam nunc patiar hoc desideravi
Vobiscum pascha manducare quod modo manducavi.«

Quod Jesus lavit pedes discipulorum.

- Cena nondum hec peracta, dominus surgebat,
Vestes suas posuit, se linteo cingebat,
Pelvis plenum aqua sibi dari postulavit,
- 4305 Discipulorum omnium pedes ipse lavit,
Et extersit linteo quo precingebatur,
Ad pedes Jesus omnium sic humiliatur.
Cum ad Petrum, ut lavaret, veniret, tunc expavit
Petrus, et ad dominum dicens exclamavit :
- 4310 »Mihi pedes domine nunquam tu lavabis!«
Jesus ait: »Ad lavandum pedes si non dabis,
Patris mei regni partem tecum non habebis,

Atque meam gloriam nunquam tu videbis.«
Petrus ait: »Et non solum pedes ad lavandum,
4315 Dabo manus atque caput totum ad aquandum.«
Jesus ait: »Iam vos estis per aquam emundati,
Omnes tamen spiritu non estis expurgati.«
Hoc dicebat propter Judam hunc qui traditurus
Erat morti, quod non ille foret bene purus.

Quod Jesus corpus suum dedit discipulis.

4320 Jesus sumptis vestibus iterum resedit,
Hec dicens ad discipulos mandatum tale dedit:
»Sicut lavi vobis pedes, ita vos lavetis
Vostros pedes invicem et mutuo debetis
Servitiis alterius vos humiliare,
4325 Caritatem vobis mando mutuam servare.«
Post hoc panem sustulit quem fregit benedicens,
Deditque discipulis suis ita dicens:
Accipite, comedite hoc, quod patietur,
Pro vobis meum corpus est, devote manducetur.«
4330 Similiter in calice vinum benedixit,
Deditque discipulis suis atque dixit:
»Sumenter illud bibite, vobis hoc debetur,
Meus enim sanguis est, pro multis qui fundetur;
Hoc idem et vos facite post meam passionem
4335 Peccatorum omnium in remissionem,
Et per illud memores mei quoque sitis,
Non enim bibam animo germen huius vitis;
Donec ego novum illud in regno patris mei
Vobiscum bibam quando vos sum oblatus ei.«

Quod Jesus predixit se tradendum per Judam.

4340 Post hec verba spiritu Jesus conturbatur
Dicensque discipulis in se contristatur:
»In hac nocte vostrum unus est me traditurus,

- Male tamen erit ei per quem moriturus
 Sum ego, quia melius ei convenisset,
 4346 Si de matris utero natus non fuisset.«
 Ex hoc omnes contristantur invicem querentes,
 Quisnam esset ille miser, singuli dicentes:
 »Numquid ego, domine, sum, vel quis est iste,
 Qui te traditurus est, ostende nobis, Christe!«
 4350 Jesus ait: »Mecum manum in calicem intingit,
 Qui Iudeorum manibus tradere me fingit.
 »Numquid ego sum, Rabbi?« tunc Judas Scariothes
 Inquit; »manifestes eum nobis, quem tu notes!«
 Jesus ait ad eum: »Hoc tu nunc dixisti,
 4355 Quis me traditurus sit, a me tu quesisti.«
 Sed Johanni prope Jesu latus residenti
 Occulte Petrus innuit, ut voce sub latenti
 A Jesu Christe tacite sciscitans exploret,
 Ipsum quis tam impie traditurus foret.
 4360 Tunc ad pectus se Jesu Johannes inclinavit,
 Quis esset ille perfidus clam interrogavit.
 Jesus ait: »Cui dabo panem hunc intinctum,
 Hic me traditurus est per demonis instinctum.«
 Post hoc Jude tradidit buccellam quam intinxit,
 4365 Quam ut comedit ille miser statim eum vinxit
 Diabolus, et hanc buccellam postquam manducavit;
 Post buccellam in eum Sathanas intravit.
 »Quod facis hoc fac citius« Jesus huic dicebat;
 Nullus, quare diceret hoc, intelligebat.

Quod Judas egressus est ad tradendum Jesum.

- 4370 Tunc ille miserrimus surrexit et exivit,
 Ut ipsis Jesum traderet, ad sacerdotes ivit.
 Cum traditor ab aliis fuit separatus,
 Reliquos discipulos est Jesus consolatus.
 Ad caritatem mutuam ipsos adhortatur,
 4375 Imminere passionem suam protestatur;
 Atque resurrectionem ipsis manifestat,

- Et quod ipsos tribulari propter eum restat.
 Cum iam nox advenerat dominus surrexit,
 Cum suis discipulis civitatem exit;
- 4380 Et ait ad discipulos cum egredieretur:
 »Nullus erit inter vos qui non patietur
 In hoc nocte scandalum, cum conspiciatis
 A Judeis me teneri, nam omnes fugietis;
 Timoreque perterriti cuncti recedetis,
- 4386 In impiorum manibus me solum relinquetis.
 In fide dubitabitis vos in morte mea,
 Sed resurgam et precedam vos in Galilea.«
 Responderunt singuli: »Domine, parati
 Mori pro te sumus omnes, sive te cum pati.«

Quod Jesus predixit Petro quod esset eum negaturus.

- 4390 Petrus ait: »Domine, si scandalizati
 In te cuncti fuerint, non ego, quia pati
 Mortem pro te sum paratus, nec scandalizabor
 In te, neque moriens a te separabor.«
 Jesus ait: »Antequam gallus cantaturus
- 4396 In hoc nocte, tu me ter eris negaturus.«
 Petrus ait: »Domine nunquam te negabo,
 Et si opportuit me morti pro te dabo.«

Quod Jesus ivit ad hortum situm sub monte Oliveti.

- Hinc montem subit Oliveti, sub quo fuit sita
 Villula Gersemány, que vocatur ita.
- 4400 Ibi fuit quidam hortus, in quo pernoctare
 Sepius consueverat Jesus et orare.
 Illud bene proditori pessimo constabat,
 Quod Jesus cum discipulis ibi pernoctabat.
 Congregat pontifices et plurimos Judeos,
- 4406 Sacerdotum principes, cum scribis phariseos,
 Qui gladiis et fustibus, veluti latronem,

Jesum querunt per Jude demonstrationem.
 Ipsum primo quesiverunt in domo qua cenavit,
 Eum adhuc ibi fore traditor putavit;
 4410 Sed cum ibi minime Jesum invenerunt,
 Ad hortum Juda perducente cito concurrerunt.

Quod Jesus in oratione sudavit sanguineum sudorem.

Sed antequam venirent hi, Jesus relinquebat
 In horto discipulos, ipsisque dicebat:
 »Hic sedete, donec ego vadam ad orandum.
 4415 Et ad patrem qui me misit de celis invocandum.«
 Et assumpto secum Petro cum binis Zebedeis
 Ac ad iactum lapidis avulsus est ab eis,
 Ibique discipulis tribus ait istis:
 »Mea nunc est anima ad mortem usque tristis;
 4420 In hoc loco residete, mecum vigilate,
 Et per tempus modicum orantes expectate.«
 Tunc procedens paululum in terram se prostravit,
 Ac de celis patrem suum his verbis adoravit:
 »Pater mi, si fieri potest, fac transire
 4425 A me modo calicem hunc, tamen obedire
 Paratus sum in omnibus tue voluntati,
 Si sit tibi placitum mortem volo pati.«
 Ad Jesum venit angelus qui sibi loquebatur,
 Confortans benignissimum hunc consolabatur.
 4430 Inde Jesus raptus est in mentis agoniam,
 Et orans prolixius hanc dixit psalmodiam:
 »Deus meus respice«, psalmum inchoavit,
 »In te speravi«, medium usque consummavit.
 Decem et dimidium psalmos peroravit,
 4435 Oransque prolixius sanguinem sudavit;
 Sudorque sanguineus in terram defluebat,
 Tantam nam tristitiam humanitas habebat.
 Reversus ad discipulos, illos dormientes
 Invenit, ob tristitiam illos tabescentes.
 4440 »Simon, dormis«, ait Petro, »tu non potuisti

Una vigilare mecum hora, qui dixisti,
 Quod tu pro me mori velles, sed infirma caro
 Est et promptus spiritus, hec concordant raro.«
 Et reversus est, sermonem priorem Jesus orat,
 4445 Per hec verba patrem eius iterum implorat:
 »Pater si transire nequit, nisi bibam, bibo
 Hunc calicem, pro seculo corpus meum libo;
 Fiatque voluntas tua, non sicut ego volo,
 Sed in me fiat, quod tu vis, aliud nam nolo.«
 4450 Tunc redit ad discipulos et illi dormierunt,
 Eorum nimis oculi gravati nam fuerunt.
 »Ut nulla vos temptatio ledat, vigilate«
 Dixit, »hora subito veniet, orate!«
 Tertio reversus est eundem per sermonem,
 4455 Patrem eius invocans complet orationem.
 Hinc redit ad discipulos, dicens: »Nunc dormite
 Atque requiescite, iam satis est; venite;
 Ut in manus peccatorum tradar venit hora,
 Qui me tradet approquinquans accedit sine mora.«

Quod Jesus captus est a Juda.

4460 Judas appropinquans erat, adhuc Jesu loquente,
 Turba magna Judeorum cum ipso veniente.
 Fustes atque gladios portabant atque faces,
 At mitem agnum venientes ut lupi rapaces.
 Dixit eis traditor: »Illum teneatis,
 4465 Quem osculatus fuero, cauteque ducatis.«
 Sed benignus eis Jesus obviam processit,
 Offerens se sponte sua nihil expavescit,
 Et ait: »Quem queritis, ad ipsum cum venerunt;
 »Jesum illum Nazarenum« illi responderunt.
 4470 Jesus ait: »Ego sum.« Hoc cum audiverunt,
 Avertentes se retrorsum ad terram corruerunt.
 Jesus ait iterum: »Ad quid vos venistis,
 Quem queritis et quare nunc ad terram cecidistis.«
 Dixerunt hi: »Nos venimus ad Jesum inquirendum,

- 4475 Qui Nazarenus dicitur et ipsum capiendum.
 Jesus ait: »Ego sum; iam audiebatis,
 Istos, si me queritis, abire dimittatis.«
 Sed accedens traditor: »Ave Rabbi« dicebat,
 Eius os ad osculum Jesuque prebebat.
- 4480 Non negat Jesus osculum dicens: »O amice,
 Ad quid venisti, quare nunc sic agis inimice?«
 Et osculatur eum dicens: »Per osculum quod facis?
 Hominis nam filium tradis signo pacis.«

Quod Petrus amputavit Malcho aurem.

- Petrus habens gladium quem evaginavit,
 4485 Et cuidam auriculam ex illis amputavit.
 »Repone tuum gladium« ad Petrum ait Jesus,
 »Qui gladium habuerit, peribit eo cesus;
 Non putas, si evadere vellem passionem
 Patrem meum peterem, qui in legionem
 4490 Angelorum mitteret, qui pro me concertarent,
 Quod nec hi nec alii sic me captivarent.
 Malchum vocat cui fuit auris amputata,
 Suo iunxit capiti que statim est sanata.

Quod dulcis Jesus ligatus est manibus ad tergum.

- Cohors autem et tribunus benignum tenuerunt
 4495 Jesum atque manus suas ad tergum ligaverunt.
 Videntes hoc discipuli cuncti fugierunt,
 Relicto suo domino solo recesserunt.
 Ad sacerdotum principes atque magistratus
 Jesus ait, per quos ipse fuit captivatus:
 4500 »Apud vos cottidie predicans manebam,
 Coram vobis ambulavi palamque docebam;
 In synagogiis et in templo non me tenuistis,
 Modo tanquam ad latronem contra me venistis.
 Sed hora vostra nunc est hec et dolus tenebrarum,

- 4506 Et ut ita compleatur scriptura prophetarum.«
 Jesus autem capit, manibus ligatur,
 Velut latro ducitur, dure verberatur;
 Colaphis et alapis ipsum ceciderunt,
 Trahentes et trudentes hunc cum plausu deduxerunt.
 4510 Petrus ut videret finem, longe sequebatur,
 Sed ad domum Anne primo Jesus ducebatur.

Quod Jesus colaphis et alapis ceditur.

Ignis tunc in atrio succensus habebatur.

Ad hunc ignem vinctus Jesus sedere cogebatur.

Tunc sputis et verberibus hunc multis affixerunt,

- 4515 Colaphis et alapis ipsum cediderunt.
 Exspuunt in faciem barbam evelientes,
 Blasphemabant, subsannabunt huic illudentes.
 Oculos et vultum eius ipsi tunc velabant,
 Ad collum et in faciem ipsum verberabant.
 4520 »Prophetiza, quis te nunc percuserit« clamantes,
 Plurimis opprobriis in eum blasphemantes.
 Ad Jesum ait pontifex: »Dic nobis de doctrina
 Tua vel discipulorum tuorum disciplina.«
 Respondens pontifici Jesus ait: »Queras
 4525 Ab his qui audierunt hanc, ibi si non eras,
 Quia mea doctrina non fuerat occulta,
 Et mea signa manifesta fuerunt atque multa,
 In synagogiis et in templo loquebar manifeste,
 Mundum palam docui, tota turba teste.«
 4530 Tunc unus ex astantibus alapa cedebat
 Dulcem Jesum et ei taliter dicebat:
 »Responde sic pontifici?« Jesus ait: »Quare
 Tu me cedis, numquid tu poteris probare,
 Quod male locutus sim, de malo tu testare;
 4535 Si bene loquor, quare tu volebas verberare?«

De negatione Petri.

Ingressus Petrus atrium ad ignemque sedebat,

Quod Jesus ita tractabatur dolens hic videbat.
 De ministris quidam ibi Petrum ut viderunt
 »Tu ex illis unus es!« ad Simonem dixerunt,
 4540 »Jesu nam discipulus eras, sequens eum,
 Tua lingua te testatur fore Galileum.«
 Petrus ait: Nescio vere, quid dicatis;
 Non eram cum hominibus illis ut putatis,
 Neque novi hominem, de quo me culpatis,
 4545 Nec fueram discipulus eius, hoc credatis!«
 Sic Petrus tribus vicibus dominum negavit,
 Et cum iuramento negans anathematizavit;
 Ad Petrum tunc respiciens oculos levavit
 Jesus, ut predixerat, gallusque cantavit.
 4550 Petrus videns, quod eum dominus respexit,
 Statim suum facinus gemens intellexit;
 Egressus foras maximis gemitibus ploravit,
 Penitens, quod dominum suum denegavit.

Quod Jesus ductus est ad Caypham.

Anna vero Jesum misit ad Caypham ligatum,
 4555 Huius anni qui tenebat tunc pontificatum;
 Ibique pontifices atque pharisei
 Convenerunt cum scribis et plurimi Judei.
 In suumque concilium Jesum deduxerunt,
 Ut ipsum morti traderent, consilium fecerunt.
 4560 Adversus eum multi falsi testes surrexerunt,
 Nullam tamen causam mortis in eum invenerunt;
 Sed se duo falsi testes dixerunt audivisse
 Et Jesum coram omnibus publice dixisse:
 »Solvite iam templum hoc, quod est manufactum,
 4565 Aliud restituam in triduo peractum.«
 »Audis?« ait pontifex, »in quantis accusaris?
 Non respondeas ad ea de quibus tu culparis?«
 Tacebat Jesus, nec ei quicquam respondebat;
 Tunc ad eum pontifex iterum dicebat:
 4570 »Adiuro te per deum, dic, es filiusne dei?«

- Jesus omnes alloquens sic respondit ei :
 »Hoc si vobis dixerim mihi non credetis,
 Si vos interrogavero, nec mihi respondetis;
 Nec abire liberum me modo dimittetis,
4575 Tamen hoc quod dico vobis scire nunc debetis ;
 A modo me videbitis super vos sedentem
 In dextra dei filium hominis, habentem
 Virtutem atque gloriam, mundumque regentem,
 Ad iudicandum seculum in nube venientem.«
- 4580** »Ergo dei filius es ?« illi dicunt ei.
 »Vos dixistis« Jesus ait, »nam filius sum dei !«
 Tunc vestes suas lacerans pontifex clamavit :
 »Audistisne blasphemiam, ecce blasphemavit,
 Quid egemus testibus ?« at illi frenduerunt
- 4585** In Jesum suis dentibus stridentes clamaverunt :
 »Dignus est, ut occidatur !« illum illudentes,
 In suam benignissimam faciem spuentes,
 Colaphis et alapis hunc plurimis cedentes
 Affixerunt, barbam eius traxerunt ebellentes.

Quod Jesus ductus est ad Pilatum.

- 4590** Cum dies iam claresceret, presides ligatum
 Dulcem Jesum deduxerunt ad presidem Pilatum.
 Pilatus ait ad eos : »Hunc cur adduxistis ?
 Quid enim mali fecit hic, cur illum vos cepistis ?«
 Dixerunt : »Nos invenimus ipsum prohibentem
- 4595** Tributa dari Cesari, necnon pervertentem
 Nostra cerimonia, legem atque gentem,
 Atque nobis quandam novam doctrinam inducentem.«
 Pilatus ait : »Ergo vos hunc accipiatis
 Et secundum legem vostram ipsum occidatis.«
- 4600** »Non licet nobis« responderunt, »ut quemquam occidamus,
 Sed ad occidendum eum tibi presentamus.«
 »Tu es Judeorum rex« ad Jesum tunc Pilatus
 Ait, quum coram eo stabat hic ligatus,«
 »Cur ad mortem tua gens te tradit, quid fecisti ?«

- 4606 Jesus ait: »Quia rex sum ego«, tu dixisti;
 Regnum meum utique non est de mundo isto.«
 »Ergo vere rex es tu?« Pilatus ait Christo.
 »Rex sum ego« Jesus ait »et in regno natus,
 Ad dicendum veritatem sum mundo destinatus.«
- 4610 Preses ait ad Judeos: »Non possum invenire
 Ullam causam, iustus hic cur debeat perire.
 Non est Romanorum lex, ut quisquam occidatur
 Pro verbis ita levibus, que casu stultus fatur.«
 Responderunt Judei: »Nos habemus legem;
- 4615 Secundum illam mori debet, nam se dixit regem,
 Et inducit quandam novam super nos doctrinam,
 Per quam nostre destruit legis disciplinam;
 Universum populum in tota iam Judea
 Commovit ad nos veniens de terra Galilea.«

Quod Jesus missis est ad Herodem.

- 4620 Pilatus Jesum audiens esse Galileum
 Ex Herodis potestate statim misit eum
 Per ipsius famulos vincatum ad Herodem,
 Jerusalem qui tempore fuit in eodem.
 Herodes rex gavisus est, nam vidit libenter
- 4625 Jesum quem desiderabat cernere frequenter.
 Ab ipso signum aliquod videre cupiebat;
 Sed Jesus coram eo nullum signum faciebat,
 Nec loquebatur aliquod verbum stans ligatus,
 Neque regi respondebat ab hoc interrogatus.
- 4630 Judei cum principibus coram rege stabant,
 Multa falsa mentientes Jesum accusabant.
 Ipsum ergo rex Herodes sprevit et derisit,
 Et suis ad illudendum militibus dimisit,
 Sibi qui coccineam vestem induerunt
- 4635 Illudentes, blasphemantes Pilato remiserunt;

Quod Judas se ipsum laqueo suspendit.

Judas suum dominum videns presentatum

Jam Pilato presidi mortique deputatum,
 Ductus penitentia triginta reportavit
 Nummos pontificibus, hos tradens exclamavit:
 4640 »Peccavi tradens sanguinem iustum dei mei.«
 »Quid ad nos tu videris?« responderunt Judei;
 Et in templo nummos illos abiens proiecit,
 Se suspendens laqueo finem ita fecit.

Quod Jesus reductus est ab Herode ad Pilatum.

Jesus cum reductus est Pilato, tunc Judeos
 4645 Pilatus omnes convocat, dicens hec ad eos:
 »Mihi vos hunc hominem iustum obtulistis,
 Transgressorem vestre legis ipsumque dixistis;
 Ecce querens coram vobis non possum indagare,
 Causam pro qua debeam hunc morte condemnare.
 4650 Nec Herodes aliquid in eo morte dignum
 Invenire potuit factum nec malignum;
 Nam ad Herodem miseram, ut ipsum iudicaret;
 Non invenit causam hunc pro qua condemnaret;
 Et ipsum vos ad accusandum illuc convenistis;
 4655 Ecce nihil factum est; hunc mihi reduxistis.
 Sed in vestro festo vincum unum dimittere soletis,
 Duos quoque modo reos in vinculis habetis;
 Quem dimittam ergo vobis, vel Barraban latronem,
 Qui tenetur vinculis ob seditionem,
 4660 Vel hunc Jesum Nazarenum quem dicunt esse Christum?«
 Responderunt universi: »Non dimittas istum,
 Sed dimitte Barraban; preses tunc volebat
 Dominum dimittere, ob hoc eis dicebat:
 »Quod de Jesu faciam?« at illi responderunt:
 4665 »Crucifige, crucifige!«, sic omnes clamaverunt.
 »Quidnam?« inquit »mali fecit? non invenietur
 In eo causa, pro qua iuste morte condemnetur.«
 Illi vero vocibus maximis clamabant,
 Ut crucifigeretur Jesus postulabant.
 4670 Sed preses sciens, quod eum iniuste persecuntur,

Et huic ob invidiam mortem moliuntur,
 Ab eorum manibus hunc volens liberare,
 Sed eorum furiam prius vult sedare,
 Dicit: »Ego faciam hunc cedi cum flagellis,
⁴⁶⁷⁵ Quia vobis atque vestris est legibus rebellis;
 Per hoc vobis satis fiat hunc non occidatis,
 Nec suum innoxium sanguinem fundatis.«

Quod Jesus ligatus est ad columnam.

Tunc Jesus benignissimus ligatur ad columnam
 Ex vinculis magnam utique passus est erumnam.
⁴⁶⁸⁰ Nam primo vinctus fuerat manibus ad dorsum,
 Solutis illis vinculis hic ligatur rursum.
 Hunc ante qui ligaverant et modo ligaverunt,
 Tantum circa brachia ligamina strinxerunt,
 Quod in suis manibus cum cute caro rupit,
⁴⁶⁸⁵ Et purus sanguis de suis unguibus erupit;
 Et eum amarissime flagellis ceciderunt,
 Nec a flagellatione tali cessaverunt,
 Donec totum corpus eius perfunditur cruento
 Et vulneratum undique nigrescit ex livore.

Quod Jesus illusus est.

⁴⁶⁹⁰ Cum Jesum flagellaverant, seorsum deduxerunt,
 Hunc Pilati milites et turbam vocaverunt,
 Ut ab his illuderetur, ipsum induentes
 Tunicam purpuream, super hanc ponentes
 Clamidem coccineam pro derisione,
⁴⁶⁹⁵ Erat enim ante nudus in flagellatione.
 Et coronam paraverunt de spinis hanc plectentes,
 Quam imposuerunt sibi caput constringentes.
 Ex illarum spinarum aculeis acutis
 Ubique sui capitum vulneratur cutis,
⁴⁷⁰⁰ Et in suas dulces manus arundinem dederunt,

Ac flectentes coram eo genua dixerunt:
 »Ave, Judeorum rex!« eum illudentes,
 In suam benignissimam faciem spuentes.
 Post hoc hanc arundinem de manu retrahentes
 4705 Ad caput Christo feriunt cum alapis cedentes.

Quod Jesus illusus et flagellatus reductus est ad
 Pilatum.

Ad Pilatum postea reduxerunt Jesum,
 Affectum contumeliis et flagellis cesum,
 Portantem purpuream vestem et illusum,
 Cum corona spinea sputoque perfusum.
 4710 Pilatus preses ad se Jesum videns venientem
 Dixit ad Judaicam circumstantem gentem:
 »Ecce homo, vester rex, qui vocatur Jesus,
 Vobis hic adducitur cum flagellis cesus,
 Ut sciatis, quod in eo nulla repperiri
 4715 Causa potest quare morte debeat puniri;
 Si tamen habet contra vos aliquid delictum,
 Idcirco vobis tradidi flagellis hunc afflictum.
 Per hoc sit vobis satisfactum, non ipsum occidatis
 Nec suum innoxium sanguinem fundatis.«
 4720 Tunc illi nefandissimi ac pessimi Judei
 Magna voce conclamabant et dixerunt ei:
 »Tolle, tolle, tollas hunc et ipsum crucifige!«
 »Tolle, tolle, tollas hunc et ipsum crucifige!«
 Preses ait: »Ob quam causam est hic defigendus,
 4725 Quid enim mali fecit hic ut sit occidendum?«
 Responderunt: »Deum se fecit atque regem,
 Atque per doctrinam suam nostram cassat legem;
 Nam se facit esse deum dicitque quod ei
 Sit pater deus et quod ipse filius sit dei.«
 4730 Hinc conversus ad Jesum dixit tunc Pilatus:
 »Dic homo mihi, quis tu sis et unde tu sis natus?
 Quid fecisti, quod te gens sic odit tua tota,
 Et ad occidendum te est universa mota?«

- Jesus tacens presidi nihil respondebat,
 4736 De quo preses est miratus eique dicebat :
 Mihi tu non loqueris ? te crucifigendi
 Potestatem habeo teque dimittendi.«
 Jesus ait: »Non haberes in me potestatem,
 Si traditam non acceperisses hanc auctoritatem.
 4740 Sed peccatum in me maius quam tu commiserunt,
 Qui ad occidendum me tibi tradiderunt.«
 Exinde preses dominum dimittere volebat,
 Sed ipsius Judaicus populus dicebat:
 »Si dimittis hunc, non es Cesaris amicus !«
 4745 Et adiecit etiam populus iniquus :
 »Qui se regem fecerit, Cesari contradicit !«
 Ille sermo terruit Pilatum atque vicit.
 »Hic est«, inquit, »vester rex ; quid vultis, ut agatur
 Cum eo ?« responderunt omnes : »Iam crucifigatur !«
 4750 »Vestrum«, ait, »regem vultis nos crucifigemus ?«
 Responderunt : »Nullum regem sed Cesarem habemus.«
 Tunc preses coram omnibus aqua manus lavit ;
 »Ab ipsius sanguine sum innocens«, clamavit.
 Qui dixerunt, in ipsorum tunc condemnationem
 4755 Sanguis eius super nos et nostram nationem !

Quod uxor Pilati rogavit pro Jesu.

- Uxor vero Pilati marito demandavit :
 »Non occidas iustum hunc, quia nil peccavit.
 Veritatis doctor est iustus atque rectus,
 Verus dei cultor est, deoque dilectus.
 4760 In ipso deus habitat spiritusque dei,
 Propter sanctam vitam suam huic invident Judei.
 Hac nocte sum per angelum eius visitata,
 Ab infirmitate mea per ipsum sum curata.
 De meis nam doloribus sum bene consolata,
 4765 Et per suam visionem sum tota resanata ;
 A febribus relictta sum, a quibus detinebar,
 Et a partu liberata, quo diu iam torquebar ;

Filiū nam peperi, quod factum est per eum;
 Sub humana specie hunc esse puto deum.«
 4770 Pilatus, ut audivit hec, multum est gavisus
 De salute coniugis, et omni modo nisus
 Est a Judeis impiis Jesum liberare,
 Vel ipsum ad presentiam Cesaris servare.

Quod Judei dederunt Pilato pecuniam ut Jesum
 occideret.

Audientes hec Judei consilium fecerunt,
 4775 Quid propter illud facerent et invicem dixerunt:
 »Cesar hunc si viderit, omnes confundemur;
 Ipsum si audierit sceleris arguemur;
 Romani si audierint suamque doctrinam
 Et viderint miraculorum suorum disciplinam
 4780 Ipsam fore iudicabunt utique divinam,
 Et illud nobis maximam cedet in ruinam;
 Et eum incipient colere pro deo
 Ac testabuntur fore numen celicum in eo;
 Hinc Romani venient nostram ad delendam
 4785 Civitatem, vos et nostram gentem tollendam.
 Et inito consilio plurimam dederunt
 Presidi pecuniam et ipsum rogaverunt,
 Ut Jesum dei filium morte condemnaret,
 Ipsumque crucifigi debere iudicaret.
 4790 Voluntati tunc eorum ad crucifigendum
 Benignus Jesus traditur et ad occidendum.

Quod Jesus portavit crucem suam.

Tunc tunicam purpuream a Jesu retraxerunt
 Et clamide coccineam, et rursum induerunt
 Eum suis vestibus ad mortem deducentes,
 4795 Baiulare suam crucem ipsum compellentes.
 Acceperunt duo ligna que fuerant abiecta

In piscinam Syloe pro ponteque projecta.
 Hec ligna quasi vilia sumpserunt combinantes,
 Jesu dei filio crucem preparantes.

- 4800 Illam crucem coegerunt ipsum baiulare
 Et ad locum passionis portantem ambulare.
 Sequebatur multitudo magna Judeorum,
 Et militum gentilium et phariseorum.
 Quidam sordes de plateis in eum proiecerunt,
- 4805 Lutum atque lapides, hunc quidam percutserunt,
 Quidam retro pupugerunt ad tergum stimulantes,
 Ut pergeret velocius ipsum instigantes;
 Quidam improperiis ipsum blasphemabant
 Et stridentes in eum quidam subsannabant.

Quod Jesus defecit in via pondere crucis pressus.

- 4810 Sed deficit cito Jesus in via factus fessus,
 Nam ex lignis gravibus crucis fuit pressus.
 Sub onere procubuit, quod portabat lassus;
 Procedere non valuit defectum ibi passus.
 Tunc cum crucem amplius ferre non valeret,
- 4815 Coegerunt Simonem quandam, ut suppleret
 Et ad locum passionis crucem baiularet,
 Cogentes Jesum ut, sicuti posset, ambularet.

Quod nuntiatum est Marie filium suum captivatum.

- Tunc Maria Jesu mater in vicina villa,
 Bethania que dicitur, nocte fuit illa,
- 4820 In domo Marthe quum Jesus filius dilectus,
 Eius unigenitus et unicus electus,
 Fuit in Jerusalem captus a Judeis,
 Vinctus, cesus et captivus abductus est ab eis.
 Mane statim ei fuit per nuntium mandatum,
- 4825 Suum unigenitum fore captivatum.
 Que spiritu contremuit statim ut percepit

- Esse suum filium captum et concepit
 Hec inestimabilem anime dolorem,
 Turbataque concutitur cordis per merorem ;
 4830 Super sedem corruit amens facta tota,
 Semiviva iacuit dudum et immota.
 Sed cum parum virium gemens recepisset,
 Et respirans paululum vix ad cor redisset,
 Plorans ait nuntio per quem nuntiatum
 4835 Fuit, suum filium fore captivatum :
 »Putasne mihi puerum meum occiderunt ?
 Vel scis tu, quo duxerunt, vel quid ei fecerunt ?
 Atque cum ceperunt eum presens ne fuisti,
 Et hunc quum deduxerunt vincitum ne vidisti ?
 4840 Putas an inveniam hunc adhuc viventem ?
 Vadam tamen ut saltem cernam morientem.«
 Ivit ergo Maria, cum illa gradiente
 Martha, ipsa passionem Jesu quoque flente.
 Sed virgo mater per viam perrexit eiulando,
 4845 Inconsolabiliter ait lamentando :
 »Ve, ve mihi misere ! quare non sequebar
 Heri meum puerum, ut quid detinebar !
 Heri meus filius a me cum recessit,
 Cum suis discipulis Jerusalem processit,
 4850 Sequi tunc debueram. Ve mihi, modo forte
 Vivum non inveniam, iam enim est in morte.
 O quis mihi misere tribuet videre
 Vivum meum filium et super ipsum flere,
 Antequam hic occidatur ! Ve mihi, quid moramur !
 4855 Vadamus parum citius, cum illo moriamur !
 Ve mihi, nunc hoc accidit, semper quod timebam
 Quia bene Judeorum invidiam sciebam.
 Contra meum puerum semper hoc futurum
 Suspicabar, a Judeis ipsum moritum.
 4860 Ve mihi, nam inveniam hunc forte nec occisum,
 Nec concedetur aditus ad ipsius visum.
 O mi fili ! saltem adhuc semel te videre
 Possem et solatium hoc unicum habere.
 Nam a me si modo vivus non invenieris,

- 4866 Tue dolorose matri causa mortis.
 Sic virgo mater lamentando transibat in hac via,
 Et intrantes civitatem dicebat Maria:
 »Ve mihi, quid nunc audio! iam est clamor multus,
 In civitate populi magnusque tumultus.
- 4870 Ve mihi, modo puerum meum occiderunt,
 Vel ad occidendum eum tantum clamaverunt.
 Procedentes Magdalenum Mariam invenerunt
 Aliasque feminas cum illa que fuerunt;
 Que repulse fuerant a Jesu flagellando,
- 4875 Lamentantes finem sancti stabant expectando.
 Maria virgo Magdalenum flentem ut aspergit,
 Fore suum filium in penis intellexit.
 Viribus et spiritu defecit destituta,
 Et complosis manibus vix est hec locuta:
- 4880 »Ubi puer meus est? dic mihi Magdalena!
 Est occisus? vel in quali detinetur pena?
 Meum unigenitum ubi dimisisti,
 Vivum sive mortuum ipsum reliquisti?
 Maria flens pre lacrimis loqui vix valebat
- 4885 Et ad pectus virginis corruens dicebat:
 »O domina sanctissima, mihi predilecta,
 O virginum castissima pre omnibus electa,
 O celi, terre, siderum regina gloriosa,
 O Jesu mei domini mater dolorosa,
- 4890 O pia mater sancta virgo dulcissima Maria,
 Tuus iam est filius in mortis agonia!
 Tuus unigenitus dominusque meus
 Jesus mihi predilectus, salvator mundi deus,
 Me vidente iam fuit ad statuam ligatus,
- 4895 Et ab eo me repulsa dire flagellatus;
 Sed iam coram preside stans ipse iudicatur,
 Et a Judeis impiis ad mortem postulatur.
 Virgo mater audiens hec eiulans dicebat:
 »Ve mihi! ve, ve fili mi! pectusque cedebat
- 4900 Inter manus hominum deficiens cadebat.

*

4886 G michique dilecta. 4900 M omnium; G hominum.

Ad terram ut exanimis flebilius iacebat.
 Omnes ille femine planixerunt condolentes,
 Magne tribulationi Marie deplangentes;
 Sed ait vocem spiritus cum reddidit dolori:
 4906 »Cum dilecto puero meo vadam mori.«
 Dulcis ergo Maria de terra flens surrexit,
 Festinanter ad ipsius filium porrexit;
 Soror sua sequebatur Maria Cleophena
 Feminis cum ceteris atque Magdalena.

Quod Maria vedit filium suum' duci ad crucifigendum.

4910 Hec cum iam ad atrium presidis venerunt,
 Transeuntem turbam magnam populi viderunt.
 Jesumque trahi vinculo cum ipsis ambulantem,
 Et in dorso suo magnam crucem baiulanten.
 Quidam enim hunc duxerunt vinculo trahentes,
 4915 Quidam retro sequebantur, pungentes et cedentes.
 Mater sua videns hoc in vocem eiulatus
 Prorupit et in maximam stridorem ululatus.
 Se non valens continere capillos laceravit,
 Genas sultans unguibus ad filium clamavit:
 »Fili mi, quo properas? ve mihi, quo traheris?
 Ve cur crucem baiulas, ab istis quo traheris?
 Ve mihi, quid nunc video te mortificare
 Volunt et patibulo crucis cruciare.«
 Sic Maria properabat post Jesum eiulando,
 4925 Secute sunt et alie femine plorando.
 Cum Jesum iam ad exitum porte deduxissent,
 Illuc quoque mulieres post ipsum iam venissent,
 Conversus Jesus dicebat ad feminas sequentes,
 Ac de sua passione dolentes atque flentes;
 »Filie Jerusalem, pro me nolite flere,
 Et pro mea passione desiste lugere;
 Sed super vestros filios vos ipsasque lugete
 Et magnam plagam genti vestre venturam cito flete;
 Nam beate steriles, que non genuerunt,

4935 Dicentur tunc, et ubera que non lactaverunt.
 Et tunc pre timore montes ad se protegendum
 Invocabunt atque colles ad aperiendum.«

Quod Jesus vadens ad passionem consolabatur ma-trem suam.

Mater Jesu super pectus nati corruebat
 Et in suis brachiis lacrimans herebat.
 4940 Pre dolore nimio loqui non valebat,
 Sed Jesus eam dulciter consolans hec dicebat:
 »O mater mi dulcissima, non tantum contristeris
 Propter meam passionem, sed parum consoleris,
 Quia pro salute mundi sum modo moriturus,
 4945 Tamen die tertia resurgam te visurus.
 Plus te tua tribulor nunc afflictione,
 Quam de mea doleam ego passione,
 Cor meum magis vulnerat, quod tu tribularis
 Quam omnis mea passio quam in me specularis.«

Quod Jesus in Golgatha ductus est.

4950 Post hoc benignissimus Jesus ducebatur
 In Golgatha, Calvarie qui locus dicebatur.
 Ibi vestes ab eo suas abstraxerunt,
 Nudatum toto corpore stare tunc fecerunt.
 Obtulerunt ad bibendum sibi tunc mirratum
 4955 Vinum atque felle mixtum et amaricatum.
 Sed Jesus illud respuit et bibere nolebat,
 Quod amarus esset potus bene nam sciebat.
 Tunc coronam contorserunt de iuncisque marinis,
 Horum sunt aculei acutiores spinis.
 4960 Hanc coronam posuerunt super caput eius,
 Per quam Jesus pungebatur durius et pejus,
 Atque sui capitis plus vulneratur cutis
 Ex illorum iuncorum aculeis acutis,

Quam corona spinea qua fuit ante Iesus;
 4965 Sic corona duplici stringebatur Jesus.

De crucifixione Jesu.

Deinde crucem super terram primo posuerunt
 Atque Iesum super illam prostratum posuerunt.
 Per manus eius ferreos clavos percusserunt
 Atque pedes, quibus hunc ad crucem affixerunt.
 4970 Modus enim talis erat Iesu passionis
 Et processus ipsius crucifixionis:
 Super terram lignum crucis cum deposuissent
 Et nudatum dulcem Iesum desuper stravissent,
 Manibus et pedibus ipsum extenderant
 4975 Ad fines crucis, et eum tam valide trahebant,
 Quod iuncture corporis se cuncte resolvebant,
 Vene, nervi, sicut corda tensaque rigebant.
 Primo manum sinistram cruci confixerunt,
 Deinde manum dexteram ad aliam traxerunt.
 4980 Partem crucis et eam ibi clavo perforantes
 Affixerunt dulcem Iesum sic martirizantes;
 Atque pedes deorsum traxerunt extendentes
 Illos clavis cum duobus affigere volentes;
 Sed Jesus genu cum genu tegebat occultando
 4985 Humanam verecundiam, cum crure crus velando,
 Quia nudus totus erat et nullum vestimentum
 In eo dimiserant neque tegumentum.
 Pedem ergo super pedem positum tenebat
 Et sic, quod verendum fuit corporis, tegebat.
 4990 Sed pedes singulariter duobus voluerunt
 Clavis crucifigere, et non potuerunt
 Avellere de pede pedem; tam valide tenebat,
 Verendam partem hominis detegere nolebat;
 Tunc ambos pedes uno clavo cruci affixerunt,
 4995 Iesu Christi passionem ita compleverunt.

Quod Jesus oravit pro suis crucifixoribus.

Sicut Jesus passionem est passus innocenter,
 Ita cuncta pertulit tormenta patienter,
 Quod nec os aperuit cum crucifigebatur,
 Sicut agnus innocens, nec verbum loquebatur;
 5000 Sed in suo cruciatu patrem invocavit,
 Pro crucifixoribus suis exoravit,
 Dicens: »Pater, his peccatum, precor, hoc ignosce,
 Nam nesciunt, quid faciunt; hoc, rogo te, cognosce.«

De planctu et dolore Marie virginis in mortem
 filii sui.

Jesu mater presens erat, et intuebatur,
 5005 Quod suus unigenitus sic cruciabatur.
 Mille mortes levius fuissest sustinere,
 Quam ipsius passionem filii videre.
 Obtulit se sepius et flens deprecabatur,
 Ut pro suo pueru dilecto torquebatur,
 5010 Vel cum eo saltem ipsa, rogat, occidatur,
 Eiusque vita misera cum nato finiatur,
 Sepius accedere lugens nitebatur,
 Sed a circumstantibus heu! repellebatur;
 Quia magna multitudo stabat Judeorum
 5015 Et militum gentilium et phariseorum
 Circa benignissimum Jesum cruciandum,
 Ad ipsius passionem qui venerant spectandum.
 Hi propius accedere Mariam non sinebant,
 Et, quotiens accedere temptabat, repellebant;
 5020 Unde tristis spiritu stetit in dolore,
 Gemuitque sepius cum dentium stridore.
 Nunc amens humi corruit, nunc gemensque surrexit,
 Quid fieret de filio sepius respexit;

*

4998 G cruciebatur.

- Sed cum ipsum corpore vidi denudari,
 5025 Cum eiulatu maximo cepit lacrimari.
 Velum sui capitis abstraxit dolorosa,
 Maria rogat **Magdalena** mater amorosa,
 Ut unum ex astantibus ipsa deprecetur,
 Per quem circa nuda Jesu pannus hic ligetur.
 5030 **Magdalena** virginem detectam non sinebat,
 Pannum ipsum super caput Marie reponebat,
 Pannum sumens alium et quendam exoravit,
 Illum circa femora Jesu qui ligavit.
 Rursum videns **Maria**, Jesu mater bona,
 5035 Stringi caput filii cum spinea corona,
 Tundit pectus eiulans, capillos laceravit :
 »Ve ve mihi misere, ve fili mi!« clamavit;
 »De ventre meo misero cur fuisti natus?
 Tot penis et miseriis cum sis deputatus?«
 5040 Ipsa videns iterum super crucis lignum
 Sterni suum unicum filium benignum,
 Clamavit: »Ve dolende mihi! quare sic deiectus
 Et prostratus est meus filius dilectus?«
 Eum vero cum prostratum aspicit extendi
 5045 Manibus et pedibus suis et appendi
 Ligno clavis ferreis crucique configi
 Et cum duris malleorum ictibus affligi,
 In terram cadens spiritu defecit ex dolore
 Cordisque tristitia cum anime merore.
 5050 Semiviva iacuit nec alitus vitalis
 In ea mansit aliquis, nec calor naturalis;
 Immota iacens nulla signa vite demonstravit,
 Sed in summo pectore cor parum palpitavit:
 Feminis cum ceteris sorores sue stabant
 5055 Super ipsam utriusque penam deplorabant.
 Videbant enim una parte Jesum crucifigi,
 Clavorumque vulneribus maximis affigi,
 Et videbant ante se dulcissimam iacentem
 Matrem eius in dolore iam pene morientem.

*

5036 Z Tundit; G Tungebat; M Tundebat.

- 5060 Sed Maria modicum ad mentem cum redisset,
 Et doloris magnitudo vires addidisset,
 Velut amens in doloris impetu surrexit,
 Quid adhuc de filio fieret respexit.
 Sed adhuc cum cerneret ipsum cruciari,
 5065 Pedes suos ferreo clavo perforari,
 Rursum cepit, sicut prius, amare nimis flere,
 Planctuque miserabili cepitque lugere.
 Quotiens cum malleo clavus dolaretur,
 Ut ad crucem filius eius figeretur,
 5070 Totiens clamabat stridens, ac si penetraret
 Per cor eius gladius, hanc qui trucidaret;
 Et ad ictus singulos mallei stridebat,
 Velut ipsa figeretur per cor ita flebat.
 Quotiens cum malleum videret elevari
 5075 Clavos ad incutiendum per pedes et vibrari,
 Eiulans in maximum prorupit ululatum,
 Velut caput vel cor eius foret vulneratum;
 Compludit manus, tundens pectus, stridat, clamat, plorat.
 Pre dolore nimio, quid faceret, ignorat;
 5080 Evulsit crines, peplum scidit, caput verberavit,
 Genas sultans unguibus vestes laceravit;
 Modo cadit, modo surgit, nunc stabat, nunc sedebat,
 Sepe versus filium manus extendebat.
 Tam lacrimabiliter lugebat et clamabat,
 5085 Quod plurimos ad lacrimas astantes provocabat;
 Inconsolabiliter lamentans eiulabat
 Et hoc verbum sepius iterans clamabat:
 »Fili mi o fili mi, fili mi o fili,
 Pro te mori da mihi vel tecum mori fili!
 5090 Tollite me miseram, ad crucem suspendatis,
 Et matris cum filio vitam finiatis!
 O si mihi misere daretur modo mori,
 Ut per mortem finem meo ponerem dolori!
 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili!

*

5088, 89, 93 u. s. w. fügt M am schluß noch ein überflüssiges
 »mi« hinzu.

5005 Pro te mori da mihi vel tecum mori fili !
 Ve, si meum miserum cor modo rumperetur,
 Et mea cum filio nunc vita tolleretur !
 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili !
 Pro te mori da mihi vel tecum mori fili !«

Quod crux elevata est.

5100 Postea tortores crucem erigunt iacentem,
 Et in ea Jesum dei filium pendentem.
 Ipsam crucem statuunt in lapidem cavatum
 Inter duos latrones, qui propter reatum
 Sui latrocinii fuerunt cruciati,
 5105 Et in Christi passione morta condemnati.
 Inter illos latrones Jesus est suspensus,
 Et durius latronibus affligitur extensus.

De dolore Marie cum vidit filium suum elevari in cruce.

Jesu mater elevari crucem cum videret,
 Et unicus in ea suus filius penderet,
 5110 In dolore tanto cordis stetit lamentando,
 Tam miserabiliter flevit eiulando,
 Quod scriptura nulla valet illud explanare,
 Nec humana lingua potest in plenum recitare.

Quod diversi clamores fiebant cum Jesus elevaretur
 in cruce pendens.

Ergo cum ad crucem Jesus affixus levaretur,
 5115 Et in rupe ipsa crux cavatam locaretur,
 Fiebat clamor maximus vocum diversarum,
 Letantium et flentium, lamento lacrimarum ;
 Quidam enim insultantes Jesum conclamabant,
 Deriserunt, subsannabant atque blasphemabant ;

6120 Quidam vero deplangentes luxerunt et plorabant,
De passione domini dolentes eiulabant.

Quod milites diviserunt vestimenta Jesu.

Crucifigentes milites Jesum diviserunt
Vestes eius, quatuor partes et fecerunt
Ex illis, tamen tunicam eius non sciderunt;
6126 Nam fuit inconsutilis, de qua sic dixerunt;
»Non istam in consutilem tunicam scindamus,
Sed quis solus habeat sortem faciamus.«
Hinc observantes in cruce Jesum residerunt,
Judei quoque recedentes domum redierunt.
6130 Pilatus preses tabulam super crucem fixit,
Et in illa titulum triumphalem scripsit:
»Jesus Nazarenus, rex gentis Judeorum,
Quem nos ad instantiam occidimus eorum.«

Quod Marie patuit accessus ad crucem.

Post pravorum Judeorum turbeque recessum
6136 Mater Jesu tunc habere potuit accessum.
Ad crucem ergo properat lamentans, plangens, stridens,
Natum suum ante se crucifixum videns.
Omnis homo scire potest, in quanto tunc Maria
Dolore cordis steterit, cum in agonia
6140 Mortis suum filium vidi et extensem
Manibus et pedibus crucique suspensum.
Ad crucem currit eiulans manus extendebat,
Amplexi pedes filii brachiis volebat,
Sed nequit hunc attingere; tam alte nam pendebat,
6146 Unde suus spiritus amplius dolebat.
Amplexa tamen stipitem crucis cruentatam,
Et nati sui sanguine totam rubricatam,
Osculatur sanguinem Jesu defluentem
De suis vulneribus ad terramque currentem;

- 5150 Et ad guttas singulas sanguinis qui fluxit
 De filii vulneribus osculando luxit;
 Sed diversos cruciatus cum contemplaretur,
 Quos filius in corpore suo patiretur,
 Flere super singulos cepit lamentando,
- 5155 Et verbis nimis dolorosis lugebat eiulando.
 Nam per totum corpus eius cum respicit diffusas
 Plagas illas flagellorum sanguine perfusas,
 Et in carne sua vidi undique scissuras,
 Livores quoque lividos et verberum lesuras,
- 5160 Exclamavit gemebunda cum voce lacrimarum:
 »Ve, ve mihi misere! que signa sunt plagarum,
 Que diffusa video per corpus mei nati,
 Pluribus vulneribus ubique cruentati!
 Ve mihi, meum unicum filium cruento
- 5165 Perfusum totum video tumentemque livore!
 Ve mihi, totum corpus eius cerno vulneratum,
 Flagellorum ictibus et dire laceratum!
 Ve mihi, totum caput eius cerno perforatum,
 Ex spinis quibus illud est, ve mihi, coronatum!
- 5170 Ex illarum spinarum aculeis acutis
 Vulneratum undique caput est et cutis.
 O mi fili! faciem tuam tam decentem
 Cerno tensionibus plagisque tumentem.
 Totum caput tuum cerno tumens et inflatum,
- 5175 Colaphis et alapis amare verberatum.
 Ve mihi! vultum, fili mi, tuum tam decorum
 Infectum totum video sputis iniquorum.
 Ve mihi! tuas roseas amabilesque genas
 Video spurciis iniquorum plenas.
- 5180 Ve mihi! de vulneribus plagisque clavorum
 In filii mei manibus pedibus fixorum.
 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili!
 Pro te mori da mihi, vel tecum mori fili!
 Ve mihi, cur non rumpitur cor meum dolorosum,
- 5185 Cum mori meum video natum amorosum?

*

5182, 83, 90, 91; 5216, 17; 5402, 5403 fehlen in G.

- Ve mihi, modo gladius quondam prophetatus,
 Dilecti fili, cum fuisti templo presentatus,
 Hac de tua passione cor meum nunc transfixit,
 Sicut mihi senex ille Simeon predixit.
 5190 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili !
 Pro te mori da mihi, vel tecum mori, fili !
 O fili mi dulcissime, tu tuam infelicem
 Quomodo nunc moriens relinquis genitricem ?
 Cur me, pie, deseris, mi fili, sic afflictam,
 5195 Tantis in doloribus me modo derelictam ?
 Ve mihi, ve, solatio nunc omni desolabor,
 A te nam, dilecte mi fili, separabor.
 Dulcis mihi sponsus eras, tu filius, tu pater,
 Tu dominus, tu baiulus, tu socius, tu frater ;
 5200 Eras enim unicus unice tu matris
 Sponsi curam filius gerens atque patris.
 Nunc ab unigenito, ve mihi, viduabor,
 A patrisque solatio, ve, ve, nunc orbabor,
 A pio patre separor, a filio desolor,
 5205 A dulci sponso viduor, ve mihi, quantus dolor !
 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili !
 Pro te mori da mihi, vel tecum mori, fili !
 Heu, me solatium nunc nullum mihi restat,
 Amplius auxilium nemo mihi prestat;
 5210 Quo me vertam, vel quid ego faciam, ignoro ;
 Ergo te dulcissime fili nunc exoro,
 Ut mei nunc mestissime tu miserearis,
 A te relictam vivere me non patiaris.
 Non sis, amantissime, mihi nunc crudelis,
 5215 Qui semper mihi mitis eras, pius et fidelis.
 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili !
 Pro te mori da mihi, vel tecum mori, fili !
 Ve, ve, magnum gaudium quod mihi contulisti,
 De meo natus utero-dilecte cum fuisti,
 5220 Cum angelorum cantibus et iubilatione,
 Atque novi sideris coruscatione.

*

Illud mihi gaudium nunc vertitur in luctum
 Spiritus et anime doloribus obductum.
 Ve mihi, cur non loqueris, mi fili, mihi parum
 5225 Consolans meum spiritum nimium amarum,
 Nam si modo moreris tam dire cruciatus
 Atque me non fueris parum consolatus,
 Nihil restat aliud nisi quod occidam
 Memetipsam, sic meam miseriam precidam.
 5230 O mi unigenite, o mi fili, unice,
 Matri tue misere tecum mori tribue!•

Quod Jesus in cruce pendens consolabatur matrem
 suam.

Tunc Jesus benignissimus licet loqui pauca
 Posset, tamen dulciter respondit voce rauca
 Matri sue, volens eam benigne consolari,
 5235 Dolens ex lamentis eius fletus tam amari,
 Dicens: »O mi dulcis mater et sola mihi soli!
 Affligi tantum propter meam passionem noli,
 Nam de tua doleo plus afflictione
 Corde meo, quam molestor de mea passione,
 5240 Et omnis mea passio non tantum me molestat,
 Sicut ingens dolor tuus cor meum infestat;
 Et clavorum vulnera non tantum me confringunt,
 Sicut tue lacrime meum cor constringunt.
 Ictus quoque malleorum non me tantum cedunt,
 5245 Sicut meam animam luctus tui ledunt.
 Ergo, dilectissima mater, cessa flere,
 Et pro mea morte noli tantum tu dolere;
 Nam de celis ego missus sum a meo patre,
 Ego quoque sumpsi carnem ex virginе te matre,
 5250 Ut in ipsa carne mortis subirem passionem,
 Humane generationis in redemptionem,
 Et licet modo patiar, pro mundo moriturus,

*

5226 Z soror sis statt moreris.

- Tamen die tertia resurgam te visurus.
 Attamen relinquo tibi iam consolatorem
 6265 Et ad necessaria tua provisorem
 Johannem hunc discipulum, virginem, electum,
 Sororis tue filium mihique dilectum;
 Hic sit tibi filius, tu sisque sibi mater,
 Loco mei tui curam hic geret sicut pater.
 6260 Ergo pia mater mea in istis consoleris,
 Et pro meo cruciatu non tantum tribuleris.«

Quod Jesus commendavit matrem suam Johanni
 evangeliste.

- Iuxta crucem stans Johannes corde nimis tristi,
 Lugens, plorans, deplangebat passionem Christi.
 Ad Johannem Jesus ait: »Johannes, o amice,
 6265 Committo tibi matrem meam, ut tu mei vice
 Huic servias, provideas et presis loco mei,
 Sitque tibi quasi mater, ut filius sis ei.«
 Respondere pre dolore Johannes non valebat,
 Respirans tamen paululum ad dominum dicebat:
 6270 »O dilekte domine, dulcisque magister,
 Quod precipis, hoc facio libenter et minister
 Ero tue pie matris, ipsamque tenebo
 Sicut meam dominam, sibique prebebo
 Cuncta necessaria curamque gerendo
 6275 Eius atque reverenter sibi serviendo.«
 Pluresquo iuxta crucem femine steterunt,
 De Galilea domino secute que fuerunt,
 Sorores due virginis atque Magdalena,
 Que stabat ibi flens et dolens dolore cordis plena,
 6280 Sorores quoque Lazari, Martha cum Maria,
 Pro dulcis Jesu que lugebant mortis agonia.
 Multeque mulieres stabant ibi flentes,
 De passione domini nimium dolentes.
 Quidam ex discipulis erant ibi stantes
 6285 Passionem domini sui lamentantes.

Quod Judei deriserunt Jesum in cruce pendentem.

Pendentem Jesum in cruce Judei blasphemabant,
 Moventes sua capita ridentesque clamabant:
 »Vach ! qui templum destruit et illud mox erectum
 In triduo redificat in omnibus perfectum !
 5290 De cruce modo descendat, si filius est dei
 Et se salvum faciat, ut credamus ei.
 Se ipsum salvum facere non potest qui salvavit
 Alios, et mortuos ad vitam revocavit ;
 Si vult, ipsum liberet deus, in quo sperat,
 5296 Salutis et auxilium sibi modo ferat.

De latronibus qui pendebant cum Jesu.

Unus ex latronibus Jesum blasphemavit:
 »Te salvum fac, si Christus es, et nos tecum«, clamavit.
 Ad quem ait alter latro reprehendens eum:
 »Cum sis in pena simili, nec times adhuc deum !
 5300 Nos vero digne morimur, hic nihil mali gessit;
 Iustus est et innocens, nunquam hic excessit.«
 Et ad Jesum ait hic: »Memento, care, mei,
 Cum veneris in regnum tuum.« Tunc Jesus ait ei:
 »Amen, amen, dico tibi; hodie ducereris
 5306 Ad paradisi gaudium ibique tecum eris.«

Quod Jesus spiritum emisit in cruce.

Hora sexta tenebre facte tune fuerunt
 Per omnem terram usque nonam horam que manserunt.
 Circa nonam horam pius Jesus exclamavit,
 Magna voce patrem eius de celis invocavit
 5310 Dicens: »Lemazabactany, hely, hely, hely !
 Calicem quem dederas iam bibi pater celi !«
 Post hoc ait: »Sitio !« Jesus, et acetum

In vase stabat, erat enim aceto vas repletum.
 Tunc implet unus spongiam aceto circumponens
 5315 Ysopum et lancea spongiam imponens;
 Ad os Jesu cum aceto spongiam tenebat,
 Sic acetum sugens Jesus de spongia bibebat,
 Et dixit: »Consummatum est«, cum sumpserat acetum,
 »De me quod scriptum fuerat, totum est impletum.«
 5320 Rursum Jesus magna voce clamitat ad deum:
 »In manus tuas spiritum commendo, pater, meum.«
 Et inclinato capite spiritum emisit,
 Sed deitas nec animam, nec corpus tunc dimisit,
 Licet corpus mors nature ab anima disjunxit,
 5325 Hec ambo tamen deitas remanens conjunxit;
 In sepulcro deitas cum corpore remansit,
 Ad infernum eadem cum animaque transit;
 Sic corpus nunquam caruit deitatis vita,
 Et vivens semper anima fuit hac munita.

De planctu Marie virginis cum vidi filium expirasse.

5330 Maria mater filium cum vidi expirasse,
 Ipsumquoque moriturum audivit sic clamasse,
 In dolore tanto cordis stetit adgravata,
 Tantisque miseriis fuit onerata,
 Quod nequit hoc ab homine quoquam estimari, .
 5335 Nec ab ullo corde potest illud cogitari,
 Sed adverti poterit, quantum quis doleret,
 Si suum unigenitum coram se videret
 Cum tormentis variis tam dire cruciari,
 Per hoc dolor virginis potest estimari.
 5340 Hoc tamen non est simile virginis dolori,
 Quem habebat filium cum suum vidi mori;
 Non solum sibi filius fuit, sed et pater,
 Et sue sponsus anime, dominus et frater,
 Ac provisor eius erat, atque procurator,
 5345 Viteque subsidium et pius consolator;
 Eius pedagogus erat et auxiliator,

- Custos atque socius, deus et creator.
 Hunc sola nam genuerat sine maritali
 Consortio, nutrierat, absque temporali
 5350 Subsidio, cum proprio manum labore,
 Et ipsum educaverat materno cum amore.
 Ergo cunctis matribus plus doluit Maria
 In sui unigeniti mortis agonia,
 Quem afflictum variis suppliciis pendentem
 5355 In cruce vedit et crudeli morte morientem.
 Stabat autem ante crucem manibus complosis,
 Et planetu miserabili cum verbis dolorosis
 Dicebat: »Heu me, fili mi, fili mi, o fili!
 Tecum mori trade mihi, da mihi mori fili!
 5360 Ve mihi, ve miserime, ve mihi, quare nata
 Fui, tot miseriis cum sim deputata?
 Ve, meum unigenitum unicunque natum
 Video suppliciis tot mortificatum!
 Ve, cur non conceditur dolenti mihi mori,
 5365 Cum dulci meo puer, ve mihi, ve dolori!
 Non est dolor similis dolori meo visus,
 Nam meus amantissimus puer est occisus!
 O pie puer, uteri dulcis fructus mei,
 O unicum solatium et salus mee spei!
 5370 O meum desiderium, o pater venerande,
 O cordis mei gaudium, o fili mi amande!
 Ve, mihi modo moreris et nimis tribulatam
 Me matrem tuam deseris, tot malis oneratam!
 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili!
 5375 Tecum mori trade mihi, da mihi mori fili!
 Ve mihi, meum puerum cur mihi peremerunt?
 Cur dilectum filium meum occiderunt?
 Mecum, oro, plangite, cuncte pie matres,
 Que partum unquam peperistis, et vos flete patres
 5380 Qui caram prolem habuistis, nam meus imperfectus
 Est puer unigenitus, unicus, dilectus;
 Et vos mecum, deprecor, vidue, lugete
 In meisqne doloribus mihi condolete;
 Nam ab unigenito sum morte nunc orbata,

- 5386 A patre et a filio sum simul viduata.
 O vos, caste virgines, plangite dilectum,
 Meum unigenitum vestrum et electum,
 Sponsum a quo misera mater nunc desolor
 Crucis per supplicium; ve mihi, quantus dolor!
 5390 Omnis homo mihi precor condoleat dolenti
 Filio compatiens meo patienti!
 Ve cur amantissimum solamen cordis mei
 Occiderunt filium miserimi Judei?
 Nulli fuit hominum molestus vel nocivus,
 5395 Sed fuit mitis, humilis, dulcis, compassivus.
 Erat autem utilis vita sua mundo,
 Doctrinam sanam populo dabat corde mundo.
 Ve mihi, ve de puerो meo cruciato,
 Ve mihi de dulcissimo piissimoque nato!
 5400 O si me cum eo mors eadem teneret,
 Ut pro eo morerer, mihi si liceret!
 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili!
 Tecum mori trade mihi, da mihi mori, fili!
 O fili, tempus gaudii, tempus illud letum
 5405 Nativitatis tue mihi nunc versum est in fletum.
 Ad me tuum angelum de celo cum misisti,
 Et in meum uterum tu deus introisti,
 Tu scis solus, quia virum nunquam affectavi
 Et carnis me libidine nunquam maculavi;
 5410 Sed virginitatem meam mundam conservavi,
 Caste vivens, coram te me humiliavi,
 Te concepi, virgo manens, nunquam violata.
 Te portavi, pregnans facta, nunquam adgravata,
 Sine dolore peperi te nihilque molestata,
 5415 Humanaque fragilitate nulla conturbata,
 Et mansi post partum virgo incontaminata.
 Dilecte fili, per te fui tunc letificata
 In angelorum partus mei administratione,
 Atque te laudantium iubilatione,
 5420 Et in stelle rutilantis coruscatione,

*

5420 G und Z coruscantis statt rutilantis.

- Ac in pastorum glorie tue visione,
 In triumquoque magorum adoratione,
 Et in eorum munerum presentatione.
 Mi dulcis fili, spiritu tunc nimium gaudebam,
 5425 Cum tue nativitatis sic gloriam videbam.
 Heu me! nunc gaudium hoc versum est in luctum,
 Atque tue passionis doloribus obductum.
 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili!
 Tecum mori trade mihi, da mihi mori, fili!
 5430 Ve mihi, persecutionis tempus inchoatum
 Est cito contra puerum meum nuper natum.
 Nam hunc iam natum voluit Herodes trucidare,
 Cur cogebat in Egyptum infantulum fugare.
 Ve mihi, tunc molestias multas sustinebam
 5435 Per desertum heremi, cum timens fugiebam;
 Sitim et penuriam magnam fui passa,
 Itineris laboribus sepe facta lassa;
 Una cum infantulo meo vagiente
 Sitim, famem, frigus, estum, ipso paciente,
 5440 In Egypto proprio te manuum labore
 Enutrivi, fili mi, magno cum merore;
 Tecum in exilio, dilecte mi, manebam
 Septem annis exulans paupercula degebam,
 Cum autem nos ab angelo vocati rediremus
 5445 Et in Judeam, care mi, cum te reduceremus.
 Rursum sustinuimus plurimos labores
 Transeuntes heremum, estum et algores.
 Una tecum sitim, famem magnam sumus passi,
 Per deserti devia sepe facti lassi.
 5450 Te viginti novem annis, mi dulcis, educavi
 Et manuum laboribus utcunque sustentavi.
 O quanta tunc dulcedine spiritus fovebar,
 Cum semper tuis dulcibus colloquiis fruebar.
 Eras enim mihi pius, mitis et mansuetus,
 5455 Benignus et amabilis, dulcis et discretus;
 Semper et obtemperans mee voluntati
 Fuisti, seu compatiens tunc necessitati.
 In omnibus obediens mihi tu fuisti,

- Cuncta sicut pius puer que volui fecisti.
 5460 Ve mihi, modo separor a consolatione
 Tua tam melliflua, tuaque visione.
 Dilecte mi, nunc moreris, me sola derelicta,
 Corporis et anime doloribus afflita.
 Quia senex ille Joseph, quem mihi provisorem
 5465 Bonum deputaveras et procuratorem.
 Ille nunc de medio per mortem est sublatus,
 Tu quoque, mi dulcissime, pendes neci datus.
 Quo me vertam, vel quid agam, penitus ignoro;
 Ergo dilectissime te deprecans exoro,
 5470 Ut mee nunc miserie tu miserearis,
 Post tuam mortem vivere me non patiaris;
 Sed mihi nimis misere concede modo mori,
 Nec me sinas magis esse expositam dolori.
 Fili mi, o fili mi, fili mi, o fili !
 5475 Tecum mori trade mihi, da mihi mori fili !
 Ve mihi de dulcissimo piissimoque nato,
 Cum tormentis variis crudeliter necato !
 Ve, ve mihi misere, de filio dilecto
 Coram me crudelibus nunc penis interfecto !
 5480 Ve mihi, ve de puerō meo sic occiso,
 Novo cum suppicio nunquam ante viso !
 O mi unigenite, o fili gracieose,
 Unice matris, unice mi nate speciose ;
 O proles amantissima, o puer amorose,
 5485 O mei germen uteri, o pater gloriose !
 Cito fac, quod promisisti, meique recordare,
 Meque nimis desolatum cito consolare
 Per tui sacri corporis resurrectionem,
 Et tue carnis mortue resuscitationem ;
 5490 Nam si resurrectionis me spes non sustentaret,
 Dolor meus maximus me centies necaret.
 Hec et his similia protulit Maria,
 Cum luctus misseribili plangens virgo pia,

Quod sanguinee lacrime fluxerunt ex oculis Marie.

Tantum autem planixerat affligens se lugendo,
 5495 Tantumque ploraverat lacrimas fundendo,
 Quod ipsius oculi iam sanguine rubebant,
 Et ipsius palpebre corroso iam tumbabant,
 Atque sue rosee gene iam pallebant,
 Et fuscata lacrimis facies marcebat;
 5500 Et lacrime sanguinee cuperunt iam manare
 Ex ipsius oculis flentis tam amare;
 Nam tantum quoque fleverat Maria lamentando,
 Tantum eiulaverat ad filium clamando,
 Quod pene iam defecerat vox debilitata,
 5505 Et vix loqui poterat raucedine gravata.
 Corruit deficiens tot malis involata,
 Viribusque corporis tota destituta;
 Velut amens ante crucem sedit et reflexit,
 Caput eius inter manus, sepeque respexit
 5510 Ad corpus unigeniti, cum anime dolore,
 In cruce pendens mortuum perfusum cum cruento.
 Sepe clamans: »Fili mi, fili mi, o fili!
 Tecum mori trade mihi, da mihi mori fili!
 O mi unigenite, o mi fili unice,
 5515 Matri tue misere tecum mori tribue!«

Planctus Marie Magdalene.

Stabat iuxta virginem Maria Magdalena
 Plangens, plorans, proferens lamenta luctu plena.
 Tam lamentabiliter ipsa quoque luxit,
 Quod astantes plurimos ad lacrimas induxit;
 5520 Sepe dicens acclamavit: »Ve mihi peccatrici,
 Ve ve mihi misere, ve nimis infelici;
 Ve mihi, ve de domino meo predilecto,
 A Judeis impiis tot penis interfecto!
 Ve de morte dulcis Jesu, mei creatoris,

- 5526 Spiritus et anime mee redemptoris!
 Ve, cur meum dominum ipsii Judei
 Occiderunt verum deum filiumque dei?
 Ve mihi, cur hunc populus occidit infidelis,
 Qui pro salute seculi descenderat de celis?
- 5530 Nam erat dei filius, deus incarnatus,
 Et ex Maria virgine me sciente natus;
 Esse mundam virginem suam scio matrem,
 Nullum nisi solum deum hunc habere patrem.
 Ad hoc autem venerat, ut Israel salvaret
- 5535 Atque regnum David regis rursum suscitaret,
 Et humani generis lapsum repararet,
 Atque peccatoribus peccata relaxaret.
 Nam benignus consolator erat peccatorum,
 Miserator condolens fuit miserorum;
- 5540 Ac misericordiam magnam mihi fecit,
 A me cum demonia septem hic eiecit.
 Per que peccatrix misera fueram obsessa.
 Et a cunctis peccatorum vitiis depressa.
 Me simul a demoniis ut vitiis purgavit
- 5545 Et ad penitentiam benigne me vocavit;
 A misericordia mihi relaxavit,
 Cum pena culpam spiritu me sua confortavit,
 Procumbens suis pedibus cum me flens adjunxi,
 Quos lavi meis lacrimis et confractos unxi.
- 5550 Non dignabatur a me tangi peccatrice,
 Qui natus est de virgine munda genitrice.
 Ve mihi, quis decetere consilium donabit,
 Quis mihi iam miserime solatium prestabit?
 Fuit enim mihi pius dulcisque consolator,
- 5555 Mee sponsus anime deus et creator.
 Ve mihi, nunc subtrahitur cum ipsius vita
 Eius consolatio dulcis et mellita!
 O, si me cum eo mors eadem teneret,
 Ut pro Jesu morerer, mihi si liceret;
- 5560 O, dulcis amor cordium, o mitis et amande,
 O animarum gaudium, o dulcor admirande!
 O, meum desiderium, o Jesu nominande,

O sola spes fidelium, o pater venerande!
 Concede, quod te videam cito resurgentem,
 5665 Que dolore tanto cordis te cerno morientem.«

Planctus Marie Cleophe et Marie Zebedei.

Sorores due virginis materterequ Christi
 Stabant quoque iuxta crucem plangentes luctu tristi,
 Et dicebant: »Ve, ve nobis de duplii dolore !
 Quem nos in dulcissima conspicimus sorore,
 5670 Et eius unigenito nostroque dilecto
 Nepote tam crudelibus penis interfecto !
 Ve, ve, quid de dulci nostra sorore faciemus,
 Quod ad mortem semetipsam precipitet timemus ?
 Amodo non poterit a nobis consolari,
 5675 Cum careat consortio filii sui cari.
 Nullam iam recipiet consolationem
 Post dulcis unigeniti sui passionem.
 Ve nobis, cur dulcissimus noster est occisus
 Jesus, cui similis a mundo non est visus
 5680 In verbis et in actibus et omni bonitate.
 In signis et miraculis, et vite sanctitate,
 In omni sapientia, sanaque doctrina,
 Cunctisque virtutibus et morum disciplina !
 A matris semper utero ceu angelus vivebat,
 5685 Vitam adhuc infantulus divinam exhibebat ;
 Infantum more nunquam gessit quicquam puerile,
 Sed habebat semper mundam cor, prudens et senile,
 Cum iaceret adhuc puer dulcissimus in cunis
 Fletu vel vagitibus nunquam importunis,
 5690 Néque matrem neque nos unquam molestavit,
 Tranquille sic infantie defectus toleravit ;
 Sed cum hic dulcissimus puer adolevit,
 In tanta sapientia virtutibusque crevit,
 Quod de sua parentela cuncti letabantur,
 5695 Omnesque qui noverant ipsum mirabantur.
 Omnes libros veteres sanctarum scripturarum

- Legemque Mosaicam et dicta prophetarum
 Scivit, legit, intellexit nullo predocente,
 Ipsoquoque litteras nunquam addiscente.
- 5600 Fuit autem vitiorum fervens obiurgator,
 Legis atque verbi dei dulcis predictor;
 Atque nostros filios sue discipline
 Fecerat discipulos vereque doctrine.
 Nos ipsum dei filium fore credebamus,
- 5605 Quod redempturus Israel esset sperabamus.
 Soror nostra mater sua per eum fit fecunda,
 Concipiens et pariens hunc mansit virgo munda.
 Heu! modo mori cernimus nepotem cum sorore,
 Hunc crucis per supplicium hanc nimio dolore.
- 5610 O soror amantissima, o domina Maria,
 O munda virgo virginum, o Jesu mater pia.
 Dolorem tuum maximum tempora pusillum;
 In nostram ne miseriam deficias per illum!
 Sed in tui filii promissis consolare,
- 5615 Qui te resurrectionem suam exspectare
 Jussit, atque dixit, se cito surrecturum
 A mortuis, nos una tecum dixit se visurum.«
 Ad Jesu conversa corpus Maria Zebedei
 Cum lamento lacrimarum multarum dixit ei:
- 5620 »Ve, ve mihi misere, ve mihi, Jesu bone,
 Ve mihi, mi dulcissime de tua passione!
 Ve, ve, calix hic est ille, quem mihi predixisti,
 Quod ipsum esses bibiturus, hunc modo tu bibisti.
 Huncque meos filios dixisti bibituros,
- 5625 Et per ipsum patris tui regnum possessuros.«
 Alpheique similiter Maria deplorabat,
 Et ad Jesum in cruce pendentem exclamabat:
 »Ve mihi, Jesu domine, dulcis et decore,
 Ut quid mori voluisti tanto cum dolore!
- 5630 Heu, tui discipuli mei quoque nati,
 Scio quod oportet eos pro te mortem pati.
 Nam adhuc cum viveres te tantum dilexerunt,
 Quod manere sine te nusquam poterant;
 A doctrina modo tua non potuerunt avelli,

6635 Suntque tibi similes ceu tecum sint gemelli.«

Planctus Marthe de morte Christi.

- Martha quoque dolorose flens lamentabatur,
 Quod Jesus dulcis hospes eius sic cruciabatur ;
 Igitur ad Jesum ait cum dolore mentis,
 Planctu miserabili multisque lamentis :
- 6640 Ve, ve mihi misere, ve mihi desolate,
 Et de morte domini mei tribulate !
 Ve mihi, nunc occisus est dulcis consolator,
 Pius hospes atque pater meus et salvator ;
 O domine dulcissime, o amor cordis mei,
 6645 O hospes amantissime, o salus mee spei !
 A me modo separaris per crudelem mortem,
 Tuoque solatio me facis iam exortem.
 Ve mihi, iam hospitium meum non intrabis,
 Amplius solatium nullum mihi dabis.
- 6650 Ve mihi, iam decetero pro refectione
 Tua non sollicitabor in ministratione.
 Heu me ! iam tui cogor, dilecte mi, carere,
 Et tuam dulcem faciem ultra non videre.
 Grates tibi refero, Jesu mi benigne,
- 6655 De multis beneficiis que mihi tam indigne
 Impendere dignatus es, nam verbo me curasti
 Ab immensis febris, a morte suscitasti
 Fratrem meum Lazarum, sororem revocasti
 Ad veram penitentiam eandemque mundasti
- 6660 Septem a demoniis, necnon hospitari
 Dignatus es in domo mea cibisque recreari,
 Que, mi dilecte, poteram tibi ministrare,
 Et sepe me dignatus es consolans visitare.
 Heu me ! modo tua mors me privat tanto dono,
- 6665 Et separat me miseram a te patre bono.
 O dulcis hospes anime mee, Jesu pie,
 O tu fili virginis castissime Marie,
 O rex regum omnium, o domine celorum,
 O consolator optime cunctorum miserorum,

5670 Rogo, quod me desolatam digneris consolari
 Per tuam resurrectionem, quam me prestolari
 Iusseras, cum gaudio nam credo surrecturum
 Fore te post triduum, et iterum visurum.«

Planctus Johannis evangeliste.

Evangelista Johannes, predilectus Christi,
 5675 Mortem sui domini luctu planxit tristi;
 Tantum enim fleverat lamentis inherendo,
 Quod pene iam defecerat cor eius affligendo.
 Dicebat: »Ve, ve misero, ve mihi, ve diei
 In qua dilecti domini mortem cerno mei!
 5680 Ve, ve mihi, pie Jesu, ve domine preclare,
 Ve, cur subis passionem mortis tam amare?
 Ve, ve, genus cur humanum creare voluisti,
 Cum pro eo tanta mala passurum te scivisti?
 Heu me, nunc impleta sunt, que dudum predixisti,
 5685 Quod mortem hanc passurus esses, nobis retulisti.
 Modo bibis calicem quem te bibiliturum
 Dixeras et nobis regnum per hunc te daturum.
 Heu me, nunc quomodo sine te manebo,
 Cum tua mellifluam doctrinam non habebo,
 5690 Atque consolatione tua cum carebo
 Et tuam piam faciem miser non videbo?
 Nam tu mihi pater eras dulcissimusque meus
 Magister atque dominus, salvator atque deus.
 Ego quoque fui tibi preceteris dilectus,
 5695 Et precordialiter ex omnibus electus.
 Secreta tue deitatis ostendere dignatus
 Es mihi, quia coram me tu transfiguratus
 Fuisti, tuam gloriam mihi demonstrando,
 Occultaque celestia mihi revelando,
 5700 Sero teum cum Paschalem cenam manducavi,
 Et me supra dulce pectus tuum reclinavi,
 Quam tuum proditorem mihi demonstrasti,
 Ibi me dulcedinem celestium potasti,

Et me majestatis tue sapore recreasti,
 6706 Occulta deitatis tue mihi revelasti,
 Sed tu mihi signa vere iam dilectionis
 Ostendisti sub hac hora tue passionis.
 Nam tuam dulcissimam matrem atque piam
 Virginem, ac dominam meam hanc Mariam,
 6710 Mee tu custodie pater commisisti,
 Meque pro te provisorem sibi statuisti.
 Ve mihi, ve depositum hoc quomodo servabo,
 Hoc dei sacrarium quomodo curabo !
 Qualiter sanctissimum hoc templum filii dei,
 6715 Matremque dulcissimam salvatoris mei
 Reverebor debite, mundique salvatricem,
 Et dilecti domini mei genitricem ?
 Quomodoque serviam regine angelorum,
 Et seculorum omnium ac domine celorum ?
 6720 O domine mitissime mi dulcis et fidelis,
 O Jesu clementissime, pater mi de celis,
 O unicum solatum et spes desperatorum,
 O miserator omnium et salus miserorum !
 Me tuamque tristem matrem cito consolare
 6725 Per tuam resurrectionem quam nos expectare
 Post tres dies cum adhuc viveres iussisti,
 Quod rursum visitares nos vivus promisisti.«

Planctus Petri apost. et penitentia eius.

Simon Petrus presens erat in Jesu passione ;
 Nam propter signa que fiebant in obscuratione
 6730 Solis, lune, terremotus multi concurrerunt.
 Petrus venit et cum eo reliqui venerunt
 Discipuli, qui usque tunc absconditi latebant,
 Pre timore Judeorum prodire non audebant.
 Sed cum illa fieri signa respexerunt
 6735 Confortati paululum cuncti convenerunt.
 Mortem sui domini cum gemitu videntes
 Super ipsum singuli planctum facientes.

- Sed Petrus plus his omnibus plangens, flens lugebat,
 Et cum multis lacrimis ad dominum dicebat:
- 6740 Ve, ve mihi, domine mi, dulcis et dilecte,
 Ve de tua passione mortis tam despecte!
 O quis mihi lacrimas tribuat ut flere
 Mortem mei domini possim et lugere?
 Ve, ve mihi misero, quomodo reliqui
 6745 Solum meum dominum in manibus iniqui
 Populi Judaici? cur non me captivum
 Cum ipso dedi? quis me timor fecit fugitivum?
 Heu me miserimo! cur fidem violavi,
 Cur dulci meo domino pactum non servavi?
- 6750 In sua neccessitate articulo negavi,
 Amicum atque dominum non nosse me iuravi,
 Cum tamen promiserim me secum velle mori
 Et pro eo vellem mortis me subdere dolori!
 Pre cunctis condiscipulis me solum extollebam,
- 6755 Nam presumptuose nimis ad ipsum hoc dicebam:
 »Et si omnes fuerint in te scandalizati,
 Ego non scandalizabor, pro te volo pati!«
 Ecce temeraria modo mea patet
 Presumptio, perfidia mea iam non latet,
- 6760 Quia pendet coram me morte condemnatus,
 Sed infidelis ego sum ab ipso sequestratus.
 Ve, ve mihi misero, cur apostatavi
 A Jesu Christo, deo meo; cur miser hunc negavi?
 Melius ipse novit me quam egomet me nossem,
- 6765 Ipse scivit melius quam egomet quid possem;
 Nam predixit quod eum forem negaturus,
 Et quod ab eo fugiens hunc essem relicturus.
 Ve, ve mihi, quod ad vocem vilis mulieris
 Negavi meum dominum verbis insinceris!
- 6770 Ve, quod per pontificis vilissimum ministrum
 Negare meum volui carissimum magistrum!
 Ve, cordi meo misero, quis me fascinavit
 Negare meum dominum, qui verbo me creavit?
 Infelix cur non dedi me cum ipso captivari,
- 6775 Ut ab hac vita misera cum eo liberari

- Possem, in qua vivere nunc cordis cum dolore
 Cogor et confusione vultusque rubore.
 Multo me beatior hic latro reperitur,
 Qui iam celesti gaudio cum domino potitur,
 6780 Quia fore verum deum Jesum est confessus,
 Quamvis suo pro reatu mortem sit perpessus,
 Quem ego corde perfido relinquens abnegavi,
 Iurans eum non novisse fidem violavi.
 Mihi plusquam omnibus ipse confidebat,
 6785 Pre cunctis condiscipulis me solum extollebat,
 Quoniam plus omnibus mihi committebat,
 Et suum secretarium me sepe faciebat.
 Sed nunc infidelior sum omnibus inventus,
 In summa nam necessitate fui fraudulentus;
 6790 Nam verus in necessitate probandus est amicus,
 Sic probatus ego nunc repertus sum iniquus.
 Indignus modo factus sum videre resurgentem,
 Quem negavi tribulatum atque patientem;
 Nec amplius accedere merebor ad viventem,
 6795 Quem tam infideliter reliqui morientem;
 Sed misericordie sue recordabor,
 Atque suam gratiam magnam prestolabor;
 Nam sepe mihi dixerat fore miserendum,
 Et plusquam septuagies peccati dimittendum.
 6800 Hunc spero quod suscipiat adhuc me penitentem,
 Quia nunquam deserit in se confidentem.
 O Jesu mi dulcissime, o domine preclare,
 In me tue passionis clementer recordare,
 Et mei facinoris non ultra memorare,
 6805 Sed me clementissime recipere dignare,
 Ut a morte resurgentem te merear videre,
 Et promissum regnum tuum tecum possidere.«

De signis que fiebant in passione domini.

Mortem dei filius cum patiebatur
 Tota mundi machina tremens movebatur,

- 5810 Signis et prodigiis concutiebatur,
 Pati suum creatorem natura testabatur.
 Nam sol obscuratus est per totum orbem terre,
 Convertitur in sanguinem luna nec sufferre
 Mortem Jesu valuit, tenebre fiebant
- 5815 Per totum mundum, cum planetis sidera pallebant,
 Et per universum orbem fit magnus terre motus,
 Nam ad mortem Jesu mundus contremescit totus.
 Petre quoque scisse sunt, montes corruerunt,
 Multe rupes rupte sunt, abissi patuerunt;
- 5820 Velum templi scissum est et interiora
 Per se tabernaculi patent in hec hora.
 Templi quoque scinditur superliminare
 Atque tunc pacificorum rumpitur altare.
 In templo vox audita est: »Has relinquamus sedes,
- 5825 Cedamus ab his sedibus, has dimittamus edes!«
 Et tunc patefacta sunt sepulchra mortuorum,
 Reviviscunt corpora multa defunctorum,
 Qui surgentes civitatem sanctam intraverunt
 Jerusalem, se notis suis vivos ostenderunt.
- 5830 Ex illis quidam in hac carne manserunt hic viventes,
 Et post annos aliquos rursum morientes;
 Quidam autem paradisum terrestrem intraverunt,
 Cum ascidente domino celos ascenderunt;
 Hac in ora passionis multe subvertuntur
- 5835 Civitates, oppida, castella destruuntur.
 Hec in diversis partibus orbis acciderunt,
 Nam civitates Asie tunc quinque corruebant.
 Infinitis vocibus infernus resonabat,
 Nam patrum universitas gaudens exultabat,
- 5840 Et magnus exultationis leticieque plausus
 Fiebat apud inferos, nam cetus ibi clausus
 Sanctorum patrum dominum venire cognoscentes
 Exultabant iubilum magnum facientes;
 Nam se cito liberandos sciebant letabantur
- 5845 Et Jesum desiderio magno prestolantur.
 Ante Christi passionem apparuit cometa,
 Illa mox disparuit morte iam completa.

Mos quidam inoleverat novus Judeorum,
 Quod secundum numerum tribuum eorum
 5860 Duodecim pulcherima fecerunt vexilla,
 In sollemnitatibus circumportabant illa
 Circa templum Salomonis et atrium psallendo,
 Vicibus duodecim illud faciendo;
 Sed cum circa templum hec portantur, cum ligatus
 5865 Jesus coram preside stabat flagellatus,
 Tunc versus locum in quo Jesus stetit simul illa
 Inclinabant baiulis invitatis se vexilla.
 Hoc Judei eum vidissent arguunt portantes,
 Cur hoc ipsi fecerint, ab ipsis sciscitantes.
 5870 Responderunt his, invitatis factum hoc fuisse,
 Et sese renitentibus vexilla se flexisse.
 Videntes hoc pontifices turbati mirabantur;
 Eligunt fortissimos et eos adhortantur,
 Ut caveant, in manibus ipsorum ne flectantur
 5875 Vexilla, sed erecta rursum ab ipsis deferantur.
 Sicut primo se vexilla demum curvaverunt,
 Velut adorando se baiuli flexerunt.
 Hec autem inconsutilis vestis, de qua prius
 Mentionem fecimus, quam portavit pius
 5880 Jesus ab infantia, que cum eo crevit,
 Quam nec vetustas aliqua consumpsit vel delevit,
 Sed hec cuidam militi per sortem est collata,
 Sicut evangelica sunt scripta protestata,
 Idem miles tunica cum hac indueretur,
 5885 Et ad Pilatum presidem cum ingredetur,
 Pilatus preses horruit et huic assurrexit,
 Et ei sine sponte caput inclinando flexit.
 Idem omnes faciebant, quos hic pertransiebat,
 Vel ad quos accedere proprius volebat,
 5890 Omnes enim quos transivit etiam nolentes
 Surrexerunt, inclinabant honorem exhibentes.
 Hec tunica tunc Cesari romano mittebatur,
 Et quicumque coram eo hac induebatur,
 Illi mox assurgere Cesar cogebatur,
 5895 Inclinando se prosternens hunc venerabatur.

Est quidam serpens maximus Tyrus appellatus,
 Ex illis unus fuerat captus et necatus
 In hora Christi passionis et stipiti appensus
 Juxta crucem, in quo Christus fuerat suspensus,
 5890 In Jesu contumeliam: ex tunc immutatur
 Natura talis serpentis et genus alteratur;
 Fuit nam serpentis huius venenosum ante
 Genus et a passione cepit esse tante
 Virtutis, quod est usque nunc antidotum veneni
 5896 Et efficax remedium toxicci obsceni.
 Arbor solis atque lune, qui tunc in oriente
 Responsa dabat, aruit Jesu paciente.
 Quando dei filius mortem passus fuit
 In multis orbis partibus de celo sanguis pluit.
 5900 In multis mundi partibus est visum apparere
 Signum velut rubre crucis et illud adherere
 Vestimentis hominum et frontibus eorum,
 Sicut scripta tradiderunt nobis antiquorum.
 Et super Jerusalem per annum videbatur
 5905 Signum crucis ignee, que sic figurabatur:
 Partes tres superiores velut crux habebat,
 Quarta pars inferior ut ensis apparebat.
 Per sacerdotes vitula tunc ad immolandum
 Ad templum ducta fuerat et sacrificandum,
 5910 Coram immolantibus enixa fuit agnum
 Candidum hec vitula et ad modum magnum.

Quod milites et centurio videntes signum confessi
 sunt Jesum.

Milites et centurio tunc custodientes
 Jesum hec que facta sunt singula videntes,
 Glorificabant dominum nimium timentes,
 5915 »Vere dei filius fuit hic« dicentes.

De milite qui perforavit latus Christi.

In cruce quod pendentium crura frangerentur,

Preceperunt Judei, quod cito morerentur.

Venerunt ergo milites, latronibus fregerunt

Crura, Jesum mortuum esse iam viderunt.

- 5920 Tunc crura sua non fregerunt, sed unus perforavit
Latus eius lancea, tunc statim emanavit
Cum aqua sanguis et seorsum quodlibet exivit,
Non commixtum, sed ab aqua sanguis se divisit.
Miles qui transfixit Jesum oculum habebat
- 5925 Unum oecum atque parum cum reliquo videbat,
Sed sanguis Jesu casu suos oculos aspersit,
Ab his omnem oecitatem caliginis detersit,
Unde factus postea fuit hic fidelis,
Credens Jesum verum dei filium de celis.

Quod Nicodemus et Josephus depositum corpus Jesu
de cruce involverunt syndone.

- 5930 Quidam homo nobilis, Joseph appellatus,
Corpus Jesu petiit, sed preses admiratus,
Si iam obisset, tumulandum corpus hoc concessit.
Evens ergo syndonem ad crucem hic accessit,
Nicodemo principe cum ipso veniente,
- 5935 Mixturam aromaticam illo deferente;
De cruce sacram corpus hoc hi deposuerunt
Conditum aromatibus in syndone volverunt.

De planctu Marie cum filius suus deponeretur de cruce.

- Maria corpus filii deponi cum respexit
Respirans mente paululum cum gemitu surrexit,
- 5940 Volens amminiculum aliquid prebere,
Sicut ipsa potuit se cepit exhibere.
Sursum tendit brachia volens adiuvare,
Auxilium quod potuit cepit gemens dare.
Crux pedum altitudinem quindecim habebat,
- 5945 Ad terram ergo primo poni lignum opporbebat,

- Deinde corpus recipi detractis primo clavis;
 Hec Marie cernere dolor erat gravis.
 Super corpus filii ruit amens facta,
 Iacuit exanimis mater incontacta.
- 5950 Vix resumpto spiritu cepit lamentari,
 Plus quam mille vicibus os eius osculari.
 Osculatur caput eius spinis coronatum,
 Totum ex aculeis spinarum vulneratum;
 Osculatur oculos, aures, nasum, genas
- 5955 Sputis atque lacrimis et cruento plenas;
 Osculatur frontem eius, maxillas, collum, mentum,
 Amarum super singula faciens lamentum;
 Osculatur manus suas clavis perforatas,
 Lividasque scapulas flagellis laceratas;
- 5960 Osculatur brachia, mammillas atque pectus,
 Nam sibi fuit unicus et filius dilectus;
 Osculatus lancea latus perforatum,
 Atque dorsum cruentatum verberibus sulcatum;
 Perfossos pedes ferreis clavis osculatur,
- 5965 Tibias et genua complectens lacrimatur;
 Universa vulnera lacrimis rigabat,
 Et super plagas singulas acerrime plorabat.
 Caput atque collum eius ulnis amplexatur,
 Comprimens ad ubera sua lamentatur.
- 5970 Dicebat: »Ve, ve fili mi, me unice mi nate,
 Ve, ve mihi matri tue, nam desolor a te!
 Ve, ve mea misera, cur ubera suxisti,
 Meo cur ex utero nasci voluisti,
 Cum tormenta talia scivisti te passurum
- 5975 Et te morte tam probrosa sciebas moriturum?«
 Sic filii corpusculo mater incumbebat
 Amplexens illud, et ab hoc avelli vix valebat,
 Clamans: »O mi unice, o fili amorose,
 Mori tue tribue matri dolorose!«

Quod corpus Jesu portabatur ad sepeliendum.

5980 Nicodemus et Josephus corpus involverunt,

- Conditum aromatibus, flebiliter planxerunt;
 Prope quidam hortus erat, in quo sub rupe lata
 Spelunca parva fuerat modicum cavata;
 In hac spelunca dominus horti preparari
 5985 Sepulcrum sibi fecerat, in quo tumulari
 Post mortem disposuerat sepulcrum hoc excisum,
 Ex ipsa rupis petra fuit manens indivisum.
 A loco suo nec remotum speluncam hanc emerunt
 Predicti viri, Jesu corpus in quo sepelierunt.
 5990 Portant ergo sacrum corpus ad sepeliendum,
 Plangens Jesu sequitur mater ad videndum,
 Ubi sui uteri corpusculum ponatur,
 Et de suo puerō diluto quid agatur.
 Multequoque femine cum ipsa sequebantur,
 5995 Dulcem Jesum magno planctu que lamentabantur.
 Sequebantur undecim discipuli lugentes,
 Pro morte sui domini planctum facientes,
 Ex septuaginta binis multi affuerunt,
 Qui magistri sui mortem flebiliter planxerunt.
 6000 Simul omnes dolorosum et amarum planctum
 Fecerunt super dulcis Jesu corpus illud sanctum;
 Planctus tunc tam flebilis non est auditus unquam;
 Sic lugentes atque flentes venerunt ad speluncam.

Quod sepulcrum Jesu munitum est custodibus.

- Hanc intrabant sacrum corpus hoc sepelientes,
 6005 Magnumque super tumulum lapidem ponentes,
 Quem signabant certa sua signa faciendo,
 Et sigilla varia saxis adponendo.
 Ad introitum spelunce claudendum revolverunt
 Ingens saxum, et eum sigillis munierunt;
 6010 Nam Judei miserant ministros ad videndum
 Et corpus ne subtraheretur sollicite cavendum;
 Postquam sepulturam hanc sacram perfecerunt
 Cum dolore singuli ad sua redierunt.

Quod Johannes evang. duxit Mariam ad hospitium suum.

Sed Johannes Jesu matrem in sua tunc recepit,
 6016 Et eius velut sue matris habere curam cepit.
 Ipsam ad hospitium in civitatem duxit,
 Que tamen flere non cessavit filiumque luxit.

Quod Judei statuerunt custodes ad sepulcrum.

Ex premissu presidis Judei statuerunt
 Custodes suos ad sepulcrum, qui hoc custodierunt;
 6020 Usque diem tertium ibi permanserunt,
 Neque die neque nocte ab illo recesserunt.

Quod anima Jesu descendit ad infernum.

Cum Jesus dei filius corpore iacebat
 In sepulcro, anima sancta descendebat
 Ad inferna, sanctos patres ad eripiendum
 6025 De tenebris et animas fideles educendum.

Quod vivens deitas non est separata a corpore in sepulcro, nec ab anima descendente ad infernum.

Utrobique deitas ipsius tamen mansit
 In tumulo cum corpore et ad infernum transit
 Cum ipsius anima, nec unquam deitatis
 Corpus vita caruit nec typo maiestatis.
 6030 Anima privata est sed deitatis vita
 Corpori et anime semper est unita,
 Et si persona filii quoddammodo divisa
 Per mortem Christi videbatur et separari visa
 Anima de corpore fuit et recisa

- 6035 Per mortem tamen deitas manens indivisa,
 Hec duo simul copulavit non sinens separari
 Animam de corpore nec alienari.
 Sic persona filii vivens deitate
 Mansit patri similis in una trinitate,
 6040 Sic coniunctus anime descendit ad inferna
 Filius auctoritate fulcitus cum paterna.

De gaudio sanctorum quum Jesus venit ad infernum.

- Cum ergo venit ad infernum diabolum prostravit,
 Sueque potentie catenis hunc ligavit.
 Claustraque tartarea divinitus destruxit,
 6045 Et ab his fidelium animas eduxit;
 Sed tunc omnes anime sanctorum prophetarum
 Atque patrum antiquorum et patriarcharum
 Ad se dei filium venire cum novissent,
 Vinctumque diabolum coram se vidissent,
 6050 Exultabant nimia letitia gaudentes
 Et elevabant iubilos laudantes et dicentes :
 »O desiderabilis nobis advenisti,
 Qui moriens per sanguinem nos tuum redemisti ;
 Te dudum expectavimus in tenebris sedentes,
 6055 Quem quondam prophetavimus venturum te scientes.
 Hinc Jesus dei filius demone prostrato
 Et in abisis baratri Leviathan ligato,
 Animas fidelium eduxit universas,
 Per multos annos in inferni caligine demersas.
 6060 In celestem paradisum has fecit transmeare
 Et ascensionem ibi suam expectare.

*

6060 G terrestrem statt celestem.

LIBER IV

Explicit liber tertius. Incipit prologus in librum quartum.

- Ecclesia katholica nequaquam universa
 Respuit apocrita, quia per diversa
 Loca sacre pagine multa reperimus,
 6065 Que quamvis sint apocrita tamen ea scimus
 Esse vera, quia sunt a sanctis approbata,
 Et libris in autenticis scriptis commendata,
 Ut est liber Danielis et Machabeorum,
 Ruth et liber Judicum et plurime sanctorum
 6070 Passionea, que per omnem ecclesiam leguntur;
 Tamen hec apocrita fore referuntur.
 Ad laudem ergo virginis dulcissime Marie
 Atque Iesu filii, dei prolis sue pie,
 Si aliqua conscripsero, que tamen in diversis
 6075 Sanctorum libris repperi, et ex universis
 Unum opus compilavi, nihil oberrare
 Me spero, sed quod gratiam eius impetrare
 Debeam, que nobis est semper collaudanda,
 Pia virgo Maria cum prole veneranda.
 6080 Viris ergo litteratis libellum hunc transmitto,
 Suppliciterque deprecans ipsis hoc committo,
 Ut hic si qua reppererint, que metam veritatis
 Excedant, necnon aliquid importent falsitatis,
 Precidant hec, vel debant, vel tradant combusture,
 6085 Vel placitum si fuerit remittant correcture;

Sic invidis precluditur via detrahendi
Et tollitur ab emulis occasio mordendi.

Incipit liber quartus.

Christi corpus deitas ab hinc glorificavit,
Ad hoc reducens animam hunc resuscitavit,
6090 Qui resumens animam a mortuis surrexit,
Et de clauso tumulo redivivus exit.

Quod mulieres venerunt ad sepulcrum.

Post hoc die tertia Maria Zebedei
Cum Maria Magdalena venit et Alphei,
Preciosa detulerunt aromata, volentes
6096 Jesu corpus ungere, sed invenientes
Custodes ante tumuli ianuam sedentes,
Magno saxo monumentum obstructumque videntes,
Dixerunt: »Nobis lapidem ab ostio quis volvet,
Et signa quibus est munitus quis nobis illa solvet?«
6100 Et ecce, statim factus est magnus terremotus,
De celis enim angelus ut fulgor splendens totus
Descendit, atque lapidem revolvens residebat
Super eum, ut nix eius vestis refulgebat;
Sed custodes territi sunt angelum videntes,
6106 Et ad terram corruunt velut morientes.
»Timere«, dixit angelus ad feminas, »nolite;
Jesus, quem vos queritis, non est hic, venite!
Locum, ubi positus fuit, videatis!
Surrexit enim; non est hic; hoc certum habeatis!«
6110 Ille vero visionem angeli stupentes
Intraverunt monumentum, paventes et timentes,
Ubi duos alios angelos viderunt,
Vestitos albis vestibus, ipsis qui dixerunt:

*

6087 G moriendi statt mordendi. 6089 G Ab hoc.

»Quid vultis hic, an queritis cum mortuis viventem?
 6115 Non est hic; surrexit enim, ut ipsum predicentem
 Aduistis sepius; sed ite, nuntiate
 Discipulis, quod dominus surrexit, indicate!«
 Exentes monumentum hec cito cucurrerunt,
 Quod surrexit dominus, discipulis dixerunt.

Quod Judei dederunt pecuniam custodibus, ut dicerent
 corpus Christi furatum.

6120 Sed custodes monumenti Jerusalem intrabant,
 Omnia que viderant Judeis enarrabant,
 Qui inito consilio custodibus dederunt
 Plurimam pecuniam et ipsos rogaverunt,
 Ut eis dormientibus dicerent sublatum
 6125 Corpus Jesu, quod sic est post hoc divulgatum.
 Tamen rei veritas Pilatum non latebat,
 Nam factum referentibus custodibus sciebat;
 De Jesu qui ad Cesarem epistolam scribebat,
 Omnia, que fecerat Christus, inserebat.

Quod Jesus primo apparuit matri sue Marie virginī.

6130 Jesus vero, cum surrexit, primo sue pie
 Apparebat genitrici, dulcissime Marie;
 Ipsam sicut decuit benigne consolatur,
 Corpus suum redivivum fore testabatur,
 Quod ab ipsa sumpserat et hoc glorificatum
 6135 Nunquam ultra moriturum; sed cum resuscitatum
 Maria suum filium unicum respexit,
 Et ipsum fore corpore vivum intellexit,
 Ultra quam narrari posset gaudens exultabat,
 Et adorans filium laudes deo dabat.
 6140 Tantoquoque gaudio cordis letabatur,
 Doloris quod preteriti nil recordabatur.

Quod Jesus apparuit Jeseph in carcere.

Joseph quoque clauerant in carcere Judei,
 Quod J esum sepelierat, im properabant ei.
 Huic et apparuit confortans Jesus eum,
 6146 Vivum fore se demonstrans hominem et deum.

Quod mulieres nuntiaverunt apostolis dominum surrexisse.

Tunc ad Johannem atque Petrum primo properabat Magdalena, dominum sublatum nuntiabat,
 Ad fideles reliquos alie venerunt
 Mulieres, dominum sublatum narraverunt.

Quod Petrus et Johannes venerunt ad monumentum.

6150 Petrus autem et Johannes concite currentes
 Ad monumentum veniunt, et hoc invenientes
 Apertum, tamen ingredi statim non audebant,
 Sed stupefacti foris stantes introspiciebant.
 Petrus intrat et Johannem intrare commonebat,
 6165 Quesitum corpus domini non inveniebat.
 Tantum linteamina posita viderunt
 Et capit is sudarium, sublatum crediderunt
 Dominum, et exeuntes ad se revertebantur,
 Quod aliquis abstulerit hunc suspicabantur.

Quod dominus apparuit Marie Magdalene in horto.

6160 Sed Magdalena rediit ad monumentum plorans,
 Quid de suo domino factum sit ignorans,
 Et cum foras monumentum eiulando staret,
 Atque corpus domini sublatum deploraret,

- Audivit rursum angelos querentes, quare fleret?
- 6166 Responditque quod domino sublato sic doloreret.
 Et conversa retro se vidi Jesum stantem,
 Atque causas sui fletus ab ipsa sciscitantem.
 Esse tamen hortulanum ipsum estimabat
 Et ad eum taliter dicens obsecrabat:
- 6170 »O domine, si dominum meum sustulisti,
 Dic, ut ego tollam eum ubi posuisti;«
 Quam Jesu vocans nomine dixit: »O Maria!«
 Mox quod esset dominus ex hac voce pia
 Novit atque propius statim accedebat,
- 6175 Se prosternens suos pedes tangere volebat.
 Jesus ait ad eam: »Me tangere nolito!
 Nuntiare fratribus meis vade cito,
 Dicens, quod surrexerim a mortuis et ergo
 Ad patrem meum atque vestrum deum ego pergo!«
- 6180 His dictis mox disparuit Jesus, et Maria
 Rursum ad discipulos currens, sed in via
 Redierunt ad Mariam femine priores,
 Ille due Marie virginis sorores,
 Et Johanna, Chuze uxor, ac relique matrone
- 6185 Que venerunt perscrutari de resurrectione.
 Illis tunc Maria dixit, quod dominum vidisset
 Eam quoque nuntiare discipulis misisset.
 Suam resurrectionem quod cum audiverunt,
 Cum Maria per viam gaudentes redierunt.

Quod dominus iterum apparuit Marie Magdalene cum
 ceteris feminis.

- 6190 Rursum his apparuit Jesus in hac via;
 »Avete!« dixit universas salutans voce pia.
 Que cuncte viso domino prosternunt se gaudentes,
 Adorant suos osculando pedes complectentes.
 Tunc ait illis dominus: »Metuere nolite,
- 6195 Sed iam meis fratribus nuntiantes ite,
 Ut ipsi vadant citius in terram Galileam,

Me vivum atque gloriam videbunt ibi meam !
 Ille mox ad universos discipulos iverunt,
 Omnia que facta sunt illis narraverunt,
 6200 Et quod ipse redivivum dominum vidissent,
 Ac mandatum ad eos ipse recepissent,
 Sed cum illi mulierum sermones audiverunt,
 Has errare reputabant, nec eis crediderunt.

Quod dominus apparuit Petro.

Surrexisse dominum nil tamen dubitabat
 6205 Petrus, ad secreta se recipiens orabat,
 Ut videre dominum vivum mereretur,
 Et Jesus Christus apparere sibi dignaretur.
 Ibidem sibi dominus iam glorificatus
 Apparuit in corpore, de morte suscitatus,
 6210 Huic consolationem tribuens divinam,
 Ne desperet propter suam negationem trinam.

Quod dominus apparuit duobus euntibus in Emmaus.

Ipso die Cleophas et Lucas perrexerunt
 Ad castellum Emmaus, in via contulerunt
 De factis Jesu. Mox ad eos dominus accessit,
 6215 Cum ipsis quasi peregrinus per viam hanc processit.
 Tamen non moverunt eum de eo conferentes,
 Nec per fidem in eum plenarie credentes.
 De quo sermonem facerent, Jesus inquisivit;
 Quod de Jesu Nazareno dicerent, audivit.
 6220 Jesus eos arguens probans ex scriptura
 Omnia que facta sunt, quod forent hec futura,
 Et quod dei filium opportuit subire
 Mortem, et in gloriam sic suam introire.
 Hinc ad castellum venerunt, ad quod declinabant;
 6225 Ut cum ipsis pernoctaret, Jesum invitabant.
 Ad cenam cum recumberent hi, benedicebat

Jesus panem, frangens eum, et illis exhibebat.

Statim cognoverunt eum in panis fractione,

Sed ipse mox evanuit ab eorum visione.

6230 Surgentes ad discipulos illi redierunt;

Omnia que viderant, ipsis retulerunt,

Qualiter noverunt Jesum in panis fractione,

Ac in sua consueta benedictione.

Quod dominus apparuit Jacobo apostolo.

Jacobus apostolus in Christi passione

6235 Votum fecit, se constringens cum adiuratione,

Quod nullum cibum penitus ipse manducaret,

Neque vite nutrimentum aliquod gustaret,

Donec videret dominum de morte surrexisse,

Quem per mortem suam scivit mundum redemisse.

6240 Sed hic in oratione cum perseveraret

Atque resurrectionem promissam exspectaret,

Huic dominus apparuit et hunc consolabatur,

Ostendens sua vulnera se vivum testabatur.

Quod dominus apparuit discipulis absente Thoma.

In domo cum discipuli simul essent clausi

6245 Et exire propter metum nequaquam essent ausi,

Venit Jesus ad eos in vultu claritatis;

»Pax vobis!« ait, »ego sum! nihil timeatis!«

Incepérunt omnes illi territi timere,

Estimabant aliquem se spiritum videre.

6250 Jesus ait: »Carne caret spiritus et osse,

Ut habere me videtis, sic me potestis nosse.

Videte manus atque pedes meos atque latus!

Ego idem ipse sum a morte suscitatus.

Ad manducandum an habetis aliquid hic cibi?«

6265 Mox favum mellis atque pisces obtulerunt sibi.

Coram ipsis comedens reliquias porrexit

Illis et eorum sensum aperiens erexit.

Ex hoc ipsum cognoverunt spiritu gaviso,
Adorantes letabantur. Magistro suo viso.

6260 Jesus ait ad eos: »Hec omnia futura
Vobis ante dixeram, probans ex scriptura;
Nam mori Christum opportebat et resuscitari,
Atque regnum patris mei mundo' predicari.«
Illa Jesus cum dixisset ipsis insufflavit,

6265 Atque sanctum spiritum his dicens inspiravit:
»Vos mitto, sicut misit me pater, ut eatis!
Per mundum predicantes, fidem palam faciatis!
Quorum remiseritis, peccata remittuntur,
Quorum tenueritis, in illis tenebuntur.«

Quod dominus apparuit discipulis presente Thoma.

6270 Unus ex duodecim, qui Thomas appellatur,
Non erat ibi, quando Jesus his manifestabatur;
Eique discipuli dixerunt, se vidisse
Dominum et ipsum vivum his apparuisse.
Thomas ait: »Nunquam illud ero crediturus,

6275 In latus nisi manum mittam vulnera visurus.«
Post dies octo venit Jesus hostiis seratis,
Dixit stans in medio: »Pacem habeatis!«
Deinde dixit ad Thomam: In meum mitte latus
Manum tuam atque crede, quod sim resuscitatus;

6280 Pedes meos digitis tangas atque manus,
Et non sis incredulus, sed esto fide sanus!«
Thomas ait: »Domine, credo quod es deus,
Et verus dei filius dominusque meus!«
Jesus ait: »In me credis, quia me vidisti,

6285 Atque mea vulnera manu tetigisti.
Utique beati sunt, qui nondum me viderunt,
Tamen, ut opportuit, in me crediderunt!«

Quod dominus apparuit discipulis ad mare Tiberiadis.

Postea discipuli in Galileam ibant,

- Ut dominus mandaverat, sed mare pertransibant,
 6290 Quod est Tiberiadis, ubi tunc habebat
 Petrus prope mansionem; in hac quiescebat,
 Atque de discipulis sex, quibus apparebat
 Rursum Jesus atque se vivum ostendebat.
 In navi nam discipuli cum Petro piscabantur,
 6295 Nil tota nocte capientes gratis vexabantur.
 Jesus, stans in litore, dixit: »An habetis
 Ad manducandum aliquid, vel pisces huc portetis!«
 Qui dixerunt, nil habere se. Jesus ait: »Rete
 In dexteram navigii laxantes hoc tenete!«
 6300 Hoc faciendo plurimos pisces concluserunt,
 In tantum, quod attrahere vix illos potuerunt.
 Johannes ait: »Jesus est!« hoc Petrus ut audivit
 Mox in mare se misit et per aquas ivit.
 Alii navigio ad terram descenderunt,
 6305 Ad prunas piscem positum panemque viderunt;
 Sed, quod ipse dominus foret, cognoscebant,
 Ab eo tamen querere nihil presumebant.
 Jesus ait ad eos: »Venite, prandeatis
 De piscibus, quos nunc cepistis, aliquos feratis!«
 6310 Petrus rete piscibus cum quinquaginta tribus
 Extraxit, sumens aliquos, de quibus illis cibus
 Fieret; sed Jesus panem piscemque sumebat,
 Benedicens fregit eum et his distribuebat.
 Ibi ter a Petro Jesus est querens sciscitatus,
 6315 Ipsum an diligeret; sed Petrus contristatus
 Respondit, quod diligeret ipsum mente pura.
 Jesus ait: »Ergo meas oviculas procura,
 Agnosque committo tibi meos ad pascendum,
 Ecclesiamque trado tibi meam ad regendum.«

Quod dominus apparuit discipulis in monte Thabor.

- 6320 Post hoc omnes discipuli Jesu convenerunt
 In montem Thabor Galilee, ibique manserunt,
 Jesus ut mandaverat, ipsum exspectantes,

- Atque sue visionis promissum prestolantes.
 Ibi se manifestavit omnibus apparet
 6326 In carne Jesus, omni iam mortalitate carens;
 Ipsumque discipuli videntes adorabant
 Et cum magno gaudio laudes sibi dabant.
 Inter illos quidam erant, qui non crediderunt,
 Sed visionem angeli fore putaverunt.
 6330 Horum incredulitatem Jesus exprobavit,
 Et se verum fore deum et hominem probavit,
 Dicens: »Mihi data iam omnis est potestas,
 In terris et in celis regnat mea iam maiestas!«
 Post hoc in Jerusalem omnes hos redire
 6336 Jussit Jesus, et in unum locum convenire,
 Et ascensionem eius ibidem exspectare,
 Volens coram omnibus ad celos remeare.

Quod dominus in die ascensionis apparuit discipulis
 in cenaculo.

- Hinc die quadragesimo simul convenerunt
 Omnes in Jerusalem et magnam intraverunt
 6340 Domum, ubi undecim discipuli manebant
 Cum Maria matre Jesu, ibique recumbebant
 Undecim apostoli cum virgine Maria,
 Et ceteri discipuli qui Jesum fide pia
 Adhuc viventem sequebantur; hi tunc convenientes
 6345 Exspectabant dominum simul recumbentes.
 Apparens illis dominus se manifestavit
 Et cum manducantibus ipse manducavit.
 In humana carne sua se vivum his ostendit
 Quorundam duritiam benigne reprehendit,
 6350 Quia tardi fuerant ad recipiendum
 Sue resurrectionis fidem et credendum.
 »In mundum«, ait, »universum ite predicantes
 Meum evangelium, credentes, baptizantes
 In patris atque filii spiritusque sancti
 6355 Nomine; statutum hoc sit omni baptizanti,

Cuncta que mandavi vobis dicentes observare,
 Et credatis semper me yobiscum habitare.
 Omnis homo salvus erit, qui credens baptizatur,
 Qui vero non crediderit in evum condemnatur.

- 6360 Ego vero modo sum a vobis recessurus
 Ad deum vostrum atque patrem sum meum ascensurus;
 Remittamque paraclitum, qui vos loco mei
 Docens consolabitur, qui spiritus est dei;
 In civitate prestolantes ergo sedeatis,
 6366 Donec sanctum spiritum vos recipiatis.«

Quod dominus eduxit discipulos in Bethaniam.

Post hoc in Bethaniam extra civitatem
 Eduxit hanc fidelium universitatem,
 Et iussit, quod ascenderent montem Oliveti,
 Ipseque disparuit, illi vero leti

- 6370 Ascenderunt super montem cum virgine Maria
 Ac sanctis mulieribus, cum laudis hymnodia;
 Erant autem ibi viri viginti supra centum
 Preter sanctas mulieres sequentes hunc conventum.

Quod dominus iterum apparuit et consolabatur ma-trem suam.

- Apparet Jesus iterum et per vocem piam
 6376 Salutavit universos, dulcemque Mariam,
 Matrem suam, virginem, benigne consolatur,
 Et, ne pro recessu suo doleat, hortatur,
 Promittens, quod ad eam sit ipsemet venturus
 In morte sua, necnon eam in celos assumpturus.
 6380 Maria vero filium adorans deprecatur,
 Ut ab eo corpus eius semper tueatur,
 Ut nec hoc ab impiis Judeis rapiatur,
 Nec in vita nec in morte huic illudatur.
 Jesus ait: »O mi dulcis, o mater amorosa,

6386 O genitrix castissima, o virgo gloriosa,
 Licit meum fuerit corpus adtractatum
 A diversis, quando fuit morte condemnatum.
 Tamen sacrum corpus tuum, claustrum partus mei,
 Non patiar, quod quicquam fiat indecenter ei ;
 6390 Sed quod tu secura sis, indigne ne tracteris,
 Tam corpore quam anima in celum assumeris.«
 His dictis valefaciens matri benedixit :
 »Sit tibi pax et gaudium, o pia mater!« dixit.

Quod dominus ascendit in celum.

• Hinc omnibus discipulis manibus levatis
 6395 Benedicens ait eis : »Pacem habeatis !«
 Sic elevatis manibus in celum ferebatur,
 Cunctisque videntibus sursum vehebatur ;
 In humano corpore fuit elevatus,
 Et in dei patris sui dextera locatus.
 6400 In deitatis gloria celos hic ascendit,
 Quod homo foret atque deus palam hic ostendit.
 Sed cum in aera iam sursum ascendisset
 Ac elevatus longius a terra iam fuisset,
 Ab eorum oculis per nubem est susceptus,
 6405 Quod iam in eum dirigi non potuit aspectus
 Discipulorum, post eum cum admiratione
 Oculos intendentium et stupefactione ;
 Sed ecce ! duos prope stantes angelos viderunt
 Vestitos albis vestibus, illis qui dixerunt : .
 6410 »In celum quid aspicitis, viri Galilei ?
 Quid vos admiramini de facto filii dei ?
 Nam Jesus, qui assumptus est a vobis hic in celum,
 Iterum sic veniet ob iudicandi zelum,
 Quemadmodum vidistis hunc celum ascendentem,
 6415 Ita vos videbitis illum venientem.«
 Hec videntes universi deum adorabant
 Et cum magno iubilo laudes deo dabant.

Quod discipuli reversi sunt in Jerusalem.

Euntes in Jerusalem cenaculum intrabant,
In quo cenam antea cum Jesu manducabant;
 6420 Ibique perseverabant in oratione,
Manserunt in apostolorum congregazione,
Et cum dulci matre Jesu virgine Maria
Glorificantes dominum cum laudis hymnodia.
In eodem vero loco cuncti permanserunt,
 6425 Orantes simul, donec decem dies transierunt.

Quod Jesus in ascensione sua transivit Paradisum
terrestrem.

Jesus autem paradisum terrestrem pertransivit;
Sanctorum patrum animas, quas exspectare scivit
Ascensionem ibi suam, assermens secum duxit,
In celum et in gloriam suam introduxit.

Quod Jesus suscipiter ab angelis.

6430 Celi patefacti sunt eius in adventu,
Convenerunt universi gaudentes cum concentu
Angeli, Archangeli, Troni, Principatus,
Cherubin et Seraphin, Virtutes, Dominatus,
Ac universi spiritus trine hierarchie
 6435 Conveniunt in iubilo celestis harmonie,
Suscipientes regem suum filiumque dei,
Laudem atque gloriam decantantes ei.

Quod filius suscipitur a patre et spiritu sancto.

Pater atque spiritus sibi coequalem
Filium suscipiunt, honorem triumphalem

6440 Sibi dantes ; nam in sua persona deitatem
 Communem decoraverat per humanitatem,
 Et in dextera dei patris est digne collocatus,
 A quo nec unquam antea fuit separatus.

Quod filius rogavit spiritum sanctum mitti in mundum.

Hinc Jesus patrem interpellat suis pro dilectis
 6445 Discipulis, et universis fidelibus electis,
 Rogans, sanctum spiritum pro consolatione
 Ipsis mitti, neconon vere pro fidei doctore.
 Sanctus ergo spiritus procedens ab utroque
 In hunc mundum mittitur a patre filioque.

De adventu spiritus sancti.

6450 Cum autem dies Pentecostes ex lege complerentur,
 Orantes in cenaculo cunctique morerentur,
 Maximus de celo sonus factus est repente,
 Super domum spiritu sancto veniente,
 Venit enim spiritus cum sono vehemente,
 6455 Totum hoc cenaculum gloria replete,
 Et sedit supra singulos lingua tanquam ignis ;
 Sanctus enim spiritus apparuit his signis.
 Missus ergo spiritus munere divino
 Descendit super domum hanc, sono repento,
 6460 In qua cuncti residebant in oratione,
 Et replevit totam domum coruscatione ;
 Atque super singulos in igneis resedit
 Linguis, atque gratiam suam illis dedit.
 Inde domum illam omnes egrediebantur
 6465 Atque linguis variis cuncti loquebantur,
 Pro ut sanctus spiritus illis loqui dabat,
 Igne sui flaminis qui cunctos inflammabat.
 Ex hac voce repentina contremescit tota
 Civitas Jerusalem, stuporeque commota;

- 6470 Diversarum nationum gentes convenerunt,
 Illos loqui variis linguis audiverunt.
 Omnes ergo stupefacti stantes mirabantur,
 Quod nationum omnium hi linguis loquebantur;
 Nam audivit unusquisque linguam sue terre,
 6475 De qua natus fuerat, loquentes hos proferre.
 Postea discipuli per mundum sunt dispersi;
 Euntes per circuitum orbis universi
 Predicabant undique, domino iuvante,
 Signisque sequentibus sermonem confirmante.

De statu vite virginis Marie post ascensionem filii sui.

- 6480 Tunc mansit in Jerusalem Maria mater dei,
 Cunctis recedentibus discipulis, et ei
 Evangelista Johannes devote serviebat,
 In cuius hec hospitio iugiter manebat.
 Semper erat perseverans in oratione
 6485 Et celestis gaudii contemplatione.
 Vigiliis, ieuniis ac devotioni
 Intenta semper extitit et meditatione
 Sepe libros perlegebat sanctorum scripturarum,
 Legis et decalogi sive prophetarum,
 6490 Doctrinam sui filii semper recolendo,
 Dictis, factis, monitis eius inherendo.
 Cum vite castimonia semper ieunabat,
 Nunquam ante nonam horam cibum manducabat.
 Fuit in eloquio dulcis et discreta
 6495 Omnibus virtutibus et gratia repleta.
 In sermone verax erat atque circumspecta,
 Verba vitans vanitate vel otiosis infecta.
 In omnibus sermonibus semper intendebat
 Edificare proximos de fide quam tenebat.

De eloquentia virginis Marie.

- 6500 Raro tamen loquebatur, sed cum opportebat
 Loqui suos sic sermones semper convertebat,

Quod de suo filio Jesu loquebatur,
 Nec sue dulcedinis obliviscebatur.
 Et sicut suum filium corde semper gessit,
 6506 Ita gerens eum ore verbis hoc expressit.
 Sed a multiloquio retraxit se frequenter,
 Nisi forte de sua fide condescenderet
 Loqueretur, aliquid ignaros instruendo,
 Vel fidem evangelii Christi defendendo.
 6510 Tantam eloquentie gratiam habebat,
 Quod ad fidem plurimos hortando convertebat.
 Nam qui semel virginem loquentem hanc audivit,
 Vel hic statim credidit, vel corde diffinivit,
 Se cito fidem recepturum vel saltem hic cessavit
 6515 Impugnare veram fidem, quam virgo predicavit.
 In eius lingua tanta fuit gratia diffusa,
 Quod multa gens incredula per ipsam est confusa.

Quod angeli frequenter visitabant Mariam.

Frequenter autem angeli de celis mittebantur,
 Qui Mariam visitabant et consolabantur,
 6520 Et panem angelicum sibi detulerunt,
 Victum quoque celicum administraverunt.
 Nam angeli cottidie de celo venientes
 Confortabant virginem, sibi deferentes
 Celestem panem, quem ad horam nonam sibi dabant,
 6525 Et ei sicut domine sue ministrabant.
 Alio Maria cibo tunc non utebatur,
 Nisi pane qui de celo sibi mittebatur
 Manus per angelicas de mensa sui nati
 Qui matrem suam non sinebat defectum ullum pati.

De vestitu virginis Marie.

6530 Maria semper vestibus mundis utebatur,
 Tam lineis quam laneis, et in duebatur

Camisia cum tunica, et supra tegebatur
 Religioso pallio, suumque velabatur
 Caput velo candido; sed proprii coloris
 6536 Omnes eius vestes erant et debiti decoris.
 Cuncta sua vestimenta nunquam sunt adtrita
 Post ascensum filii, sed manserunt ita,
 Sicut ea induit in prima novitate,
 Et nequaquam ulla sunt consumpta vetustate.

De caritate et bonitate virginis Marie.

6540 Plena fuit caritate quam omnibus impendit,
 Prout ipsa potuit ac dulciter ostendit.
 Circa tribulatos erat multum compassiva,
 Pia circa pauperos et caritativa.
 Dulcis quoque consolatrix fuit affictorum,
 6545 Et auxiliatrix erat benigna miserorum.
 Omnibus amabilem se mitem et devotam
 Et desiderabilem exhibebat totam.
 Nam fuit amicabilis, dulcis et benigna,
 Atque venerabilis et omni laude digna;
 6550 Humilis, affabilis, prudens, verecunda,
 Hilaris, tractabilis, pia, mente munda;
 Sapiens et patiens fuit et pudica,
 In bonis factis omnibus hominibus amica.
 Omnibus hominibus exhibuit honorem,
 6560 Cunctis semper reputans se inferiorem.

Ubi Maria virgo manserit post ascensionem filii sui.

Mansit in Jerusalem aliquibus annis
 Jesu mater, in domo theologi Johannis.
 Johannes devotissime sibi ministravit,
 Eique necessaria cuncta procuravit;
 6560 Sed post mortem Stephani cum discipulorum
 Est facta persecutio et omnium eorum

Fiebat iam dispersio, adhuc cum matre dei
 Johannes in Jerusalem mansit et Alphei
 Jacobus, cum ipsis quidam discipuli occulte,
 6665 Atque sancte femine manserunt ibi multe,
 Que possessiones cunctas reddituum suorum
 Vendiderant et pretium omnium eorum
 Ad pedes deposuerant iam apostolorum,
 Ut possent in collegio vivere sanctorum.
 6670 Iste post dispersionem Jerusalem manserunt
 Et in egestate maxime penurie vixerunt.

**Quod Maria virgo misit Johannem evangelistam ad
 predicandum.**

Tandem dei genitrix Johannem adhortatur
 Ad predicandum, quod et ipse tunc profiscatur ;
 Sed hic difficulter matrem domini dimisit,
 6675 Quam in cruce Jesus sue custodie commisit.
 Non sine dolore cordis ab ipsa separatur
 Quam Christus sibi commendavit, cum moriebatur.
 Mandato tamen virginis discipulus obedit,
 Ut verbum dei predicit, ad tempus hic recedit.
 6680 Ipsam tamen Jacobo Alphei commendavit,
 Ut pro se curam ipsius ageret, mandavit,
 Mariam devotissime Jacobus suscepit,
 Curam eius agere devota mente cepit.

**Quod Johannes locavit Mariam in domo sanctissimi
 viri nomine Syon.**

Fuit in Jerusalem vir sanctus et devotus,
 6685 Qui deditus operibus bonis erat totus ;
 Nam Christianis multa bona frequenter impendebat,
 Et largas elemosynas egenis tribuebat.
 Hic in Christum credidit fuitque baptizatus,
 Fidem factis adimpevit, Syon appellatus.

6590 In huius domo Mariam Johannes collocavit,
 Et Syon habitaculum sibi preparavit,
 Cuncta necessaria sibi procurando,
 Ipsi velut domine sue ministrando.

Quod Johannes profectus est ad predicandum.

Sumpta benedictione Johannes de Maria

6595 Ad docendum fidem Christi profectus est in via,
 Et se cito reversurum iterum promisit,
 Hoc ipsum ei Maria sollicite commisit.
 Ab hinc ergo Jesu mater in domo Syon mansit,
 Donec per assumptionem de hoc mundo transit.
 6600 Fuit ibi perseverans in oratione,
 Vel in iugi sacrorum librorum lectione,
 Aut eloquiorum dei meditatione,
 Vel legendo psalmodiam cum devotione,
 Secretaque celestia vel contemplabatur,
 6605 Vel spiritus in iubilo sursum ferebatur,
 Vel manuum operibus insistens laborabat.
 Sic a bonis actibus nunquam hec vacabat ;
 Angeli cottidie de celis mittebantur,
 Mariam benignissime qui consolabantur,
 6610 Et celestem ei panem frequenter deportabant,
 Ac ipsis spiritum in deo confortabant.

Regula beate virginis secundum quam vixit post
 ascensionem filii sui.

Maria sibi regulam statuit vivendi
 Et sub quodam ordine deo serviendi.
 Nam a noctis tempore hore matutine
 6615 Psalmis et orationi vacavit hec divine,
 Usque dum iam oriretur dies, et hec hora
 A nobis que vulgariter dicitur Aurora;
 Tunc se dedit ab hac hora meditationi,

- Verborum evangelii ac recordationi
 6620 Dulcis sui filii, facta recolendo,
 Ipse que sustinuit pro mundo patiendo,
 Quod ab eius utero fuit incarnatus
 Et sine doloribus ab ipsa baiolatus,
 Et ab ipsa virgine permanente natus
 6625 Et suis virgineis uberibus lactatus,
 Qualiter triginta secum annis morabatur
 Et sua dulcedine semper fruebatur,
 Qualiter ab impiis tandem est Judeis
 Captus, vinctus, et amare cesus est ab eis.
 6630 Qualiter ad statuam fuerat ligatus,
 Et a Pilato preside morte condemnatus;
 Atque crucifixus est mortuus et sepultus,
 Quod erat ei gemitus atque dolor multus;
 Et quod die tertia de morte resurrexit,
 6635 Ipsum quando redivivum cum gaudio respexit;
 Et quod ascendit coram ea celorum in sublime
 Istam meditationem implevit hora prime.
 Ab hinc usque tertiam contemplationi
 Vacabat et celestium delectationi.
 6640 Post hoc usque nonam horam operi vacabat,
 Atque suis manibus intente laborabat;
 Vel pannos purpureos de serico texebat
 Vel, ut solent femine, cum acu consuebat.
 Nam omnem artem muliebrem optime sciebat,
 6645 De lino, lano, serico, sicut hanc decebat.
 Sed loqui si opportuit vel cuique respondere
 In hac hora debita studuit implere.
 Ad templum ibat in hac hora, si volebat ire,
 Ut ibi quoque dei laudes posset expedire.
 6650 A domo tamen rarius egrediebatur,
 Nunquam ipsa per plateas vel domos vagabatur;
 Sed ire cum opportuit ad templum Salomonis
 Causa legis preceptorum, vel orationis,
 Per viam ibat capite decenter inclinato,

*

6635 G divinum statt redivivum.

- 6655 Atque cum velamine mundissimo velato;
 Ad terram vultum, oculos modicum reflexit,
 Transeuntes homines rarissime respexit.
 Ipsam autem aliquis si forte salutavit,
 Illi multum reverentes statim inclinavit
- 6660 Dicens: »Deo gratias, tibi pax!« habebat
 Illum semper respondendi modum cum vivebat.
 In templo nihil aliud exercuit Maria,
 Nisi quod orationi sive psalmodia
 Vacavit et celestium contemplationi,
- 6665 Atque dei mandatorum meditationi.
 Non in turba populi solebat apparere,
 Sed in loco sequestrato consuevit residere,
 Nec ibi cum aliquo colloquiis vacavit,
 Sed peractis omnibus domum remeavit,
- 6670 Postquam autem iam diei venit hora nona
 In oratione sua mansit virgo bona,
 Ad ipsam donec angelus venit hanc confortans,
 Panem quoque celicus missum sibi portans.
 Alio Maria cibo tunc non utebatur,
- 6675 Nisi pane qui de celo sibi mittebatur.
 Quicquid autem manuum laboribus lucrari
 Valuit, hoc ordinavit pauperibus donari.
 Post refectionem eius rursum in labore
 Mansit, tempus vespertine donec venit hore.
- 6680 A cunctis tunc laboribus manuum cessavit,
 Psalmis et oratione deinceps vacavit.
 Hora completorii cuncta consummavit,
 Septies in die laudes sic deo decantavit.
 Postea dulcius se devotioni
- 6685 Dedit et celestium contemplationi,
 Secretaque celestia corde meditando,
 Ac elevato spiritis iocunde iubilando.
 In virginis consortio femine fuerunt
 Dumque caste virgines ex illis extiterunt.
- 6690 Tres et due vidue Marie conunantes,
 Sibi cum obsequia solatum prebentes.
 Veste quoque virginis non multum preciose

- Erant, neque colorate, neque curiose.
 Semper autem vestibus his in duebatur
 6695 Camisia cum tunica, supraque tegebatur
 Religioso pallio, proprii coloris,
 Sicut erat feminis diebus illis moris.
 Erantque mundissime bene condecentes,
 Sicut eam decuit, scissuras non habentes;
 6700 Nemo tamen scrupulosus vel ipsius causetur
 De Marie vestibus, vel scandalizetur.
 Quoniam mundissimam virginem decebat
 Uti mundis vestibus, ipsa nec habebat
 Causam, cur cilicium, vel sagulum portaret,
 6705 Vel vestem penitentie; nam quod emendaret
 Per luctum penitentie, nunquam hec peccatum
 Fecit, innocentie semper servans statum.
 Eiusquoque vestimenta nunquani sunt attrita
 Jesu post ascensionem, sed manserunt ita,
 6710 Sicut ea induit, in prima novitate,
 Nec scissa sunt nec aliqua consumpta vetustate.
 Peploque mundissimo semper utebatur
 Circa caput, desuper quod tamen tegebatur
 Velo cum mundissimo, quod modicum dependit,
 6715 Nuda colli sui tegens ad scapulas descendit;
 Et a frontis medio se modicum reflexit
 Versus aures, tempora cum maxillis texit.
 Non tamen aures, vel maxillum, vel mentum arcabatur
 Illo velo, sed cum peplo subtus stringebatur,
 6720 Sic quod tota facies libera manebat;
 Ita se Maria semper honeste componebat.
 Trice capillorum eius semper dependebant,
 Tecte tamen pallio vel tunica manebant;
 Et quandoque cingulum portabat de retorta
 6725 Zona, sicut femine solent, sive corda.
 Utebatur calceis, sed tunc se calciavit
 Ire cum opportuit quoquam, quia cavit,
 Ne nudi sui viderentur pedes ulla vice,
 Se semper tenens verecunde nimis et pudice.
 6730 Lectusquoque virginis non habuit ornatum

Ullum, sed mundissimum erat atque stratum
 De sago super stramina positum habebat,
 Et cervical modicum in quo quiescebat.
 Juxta lectum locus erat, orare quo solebat,
 6735 Vel in quo contemplabatur scripturasve legebat,
 Et ad partem alteram fuerat locata
 Sedes, in qua residebat ad opus hec beata.
 Nunquam erat otiosa Maria, sed intente
 Laboravit et oravit, vel devota mente
 6740 Psalmodiam ruminavit, vel contemplabatur,
 Vel in mentis iubilo deliciabatur.

De signis que fiebant per Mariam dum adhuc viveret.

Signis et miraculis Maria dum vivebat
 Claruit, que dominus per ipsam ostendebat,
 In infirmis plurimas virtutes demonstrando,
 6745 Egros atque debiles innumeros curando.
 Ad ipsum enim languidi multi convenerunt,
 Sanitatem pristinam qui cuncti receperunt.
 Multi demoniaci per ipsam curabantur,
 Ab obsessis demones ejiciebantur.
 6750 Nam Marie demones nomen audientes
 Ab obsessis recesserunt, sufferre non valentes
 Dulce nomen virginis, sed qui restiterunt
 Audito suo nomine, tandem exiverunt
 Ad virginis intuitum, horride clamantes,
 6755 Videre vultum dei matris non posse se testantes.
 Tres Maria mortuos, cum vixit, suscitavit,
 Quos ad vitam pristinam sanos revocavit.

Quod Maria suscitavit filium vidue.

Ad Mariam virginem venit eiulando
 Vidua paupercula, luctu miserando,
 6760 Quoniam obierat filius ipsius,

Qui sibi fuit unicus atque per illius
 Sustentabatur filii genitrix laborem;
 Unde sibi fecerat mors duplēm dolorem;
 Nam filium perdiderat pium et dilectum,
 6766 Pati quoque cogebatur victus iam defectum.
 Rogavit ergo Mariam, ut misereretur
 Eius atque suscitare suum dignaretur
 Filium. Miserta sui Maria lacrimatur,
 Et verbis benignissimis ipsam consolatur,
 6770 Ut Jesum suum filium invocet, hortatur;
 Orante quoque Maria defunctus suscitur.

Quod Maria suscitavit virginem defunctam.

Quidam ex fidelibus Simon appellatus,
 Discipulus apostolorum, ab hisque baptizatus,
 Innuptam adhuc virginem filiam habebat
 6775 Unicam, que subita morte decebat.
 Mortem ergo filie dolorose plorans
 Pater currit ad Mariam, hanc fletibus exorans
 Ut Jesu Christi filii sui manifestet
 Fidem atque filie sue vitam prestet.
 6780 Maria sibi condolens eius invocavit
 Filium et virginem ad vitam revocavit.
 In Marie virgo hec consortio remansit,
 Donec ipsa dei mater ab hac vita transit.

Quod Maria suscitavit mulierem in partu defunctam.

Matrona quedam Christiana, Judith appellata,
 6785 Nimio dolore partus est exanimata.
 Nam geminos cum filios simul parturiret,
 Contigit, ut moriens vitam hec finiret.
 Mariam ergo, Jesu matrem, invocant parentes,
 Et amici sui nimis dolentes atque flentes,
 6790 Ut ipsam suis meritis dignetur suscitare,

Ac ipsius animam ad corpus revocare.
 Maria quia semper esse compatiens solebat,
 Benigna, mitis, miserans ipsis condolebat,
 Ad defuncte femine corpusculum porrexit,
 6795 Invocansque Jesum eius vivam hanc erexit.

Quod Maria diversas infirmitates curavit.

In diversis febribus qui fuerant gravati,
 Per Mariam restituti sunt omnes sanitati.
 Oculorum lumine qui fuerant privati,
 Per Mariam Jesu matrem sunt illuminati.
 6800 Et qui surdi fuerant auribus obtusis,
 Per Mariam sunt curati vocibus refusis;
 Et qui lingua caruerunt fuerantque muti,
 Claustris lingue reseratis per ipsam sunt locuti.
 Caducum morbum patientes et epilepsiam,
 6805 Recepérunt sanitatem per virginem Mariam.
 Ad ipsamque frenetici venerunt et insani,
 Qui resumptis sensibus sunt reversi sani.
 Et per eam plurimi leprosi sunt curati,
 Qui solum ad intuitum eius sunt mundati;
 6810 Quorum ex hydropisi corpus atque cutis
 Tumebat per hanc receperunt remedium salutis.
 Quorum ex paralysi fuerant contracta
 Membra, vel aruerant, mox sunt sana facta.
 Per Mariam virginem claudi sunt erecti,
 6815 Artetici, podagrī sani sunt effecti.
 Qui defluxu sanguinis diu vexabantur,
 Venientes ad Mariam per eam curabantur.
 Quotquot vero convenerunt per ipsam sunt curati
 Curvi, claudi, debiles, atque ceci nati.
 6820 Leprosi, paralytici, contracti, surdi, muti,
 Tumentes ex hydropisi sunt redditū saluti.
 Ex omnique provincia multi venientes
 Infirmos suos ad Mariam duxerunt et languentes,
 Qui per eius gratiam cuncti curabantur

- 6826 A morbo vel infirmitate, quacumque tenebantur.
 Per eam quoque femine plurime pregnantes
 De partu liberate sunt, cum periclitantes
 Nomen eius invocabant, que statim pepererunt,
 Auxiliumque virginis citissime senserunt.
 6830 Fuerunt in carceribus et in vinculis detenti
 Multi qui per merita Marie sunt redempti.

Quod puer natus est de mortua matre per merita
 Marie virginis.

- Per partum quedam mulier intantum gravabatur,
 Quod prius hec quam pareret per mortem plectebatur.
 Mansit tamen adhuc puer in ipsum alvo
 6835 Vivus atque palpitans, exitu non salvo;
 Astantes ergo mortuam scindere volebant,
 Ut puerum eriperent; sed illud metuebant;
 Si quoquo modo mulier hec incideretur,
 Infantulus in utero mox suffocaretur
 6840 Ex cruento vulneris; sed quedam obstetricum
 Ait his: »Non faciamus factum tam iniquum!
 Sed Mariam Jesu matrem omnes invocemus,
 Et eius beneficium statim sentiemus,
 Ut nascatur iste puer mortua de matre;
 6845 Nam ipsa virgo peperit prolem sine patre.«
 Omnes ergo dominam Mariam invocabant,
 Ut per eam salvaretur partus exorabant.
 Statim ad Marie nomen infantulus est natus
 Mortuo de corpore et Jonas appellatus.

Quod leo reportavit filium paupercula mulieris.

- 6850 Mulier paupercula quedam et devota,
 De numero fidelium Marie quoque nota,
 Unicum ac parvulum filium habebat,
 Quem in agro rapiens leo deferebat.

Hec cum notis et amicis flens et eiulando
 6856 Sequebatur bestiam hanc, investigando,
 Si saltem ossa pueri posset invenire,
 Querendo diu non valebat quicquam reperire.
 Reversa domum flens et lugens solum hoc habebat
 Solatium, quod dominam Mariam adiebat,
 6860 Suamque miseriam sibi querebatur.
 Sed Maria dulciter hanc consolabatur
 Dicens: »O tu mulier fiduciam in deum
 Jesum Christum habeas filiumque meum;
 Est enim potens filium tuum conservare
 6865 Et ab ore bestie vivum liberare.«
 His auditis mulier reversa domum venit,
 Sanum et incolumem puerum invenit.
 Nam Marie meritis leo reportavit
 Puerum et ante fores matris collocavit.

Quod Maria liberavit tres iuvenes.

6870 Innocentes iuvenes tres orant condemnati
 Atque per calumniam ad mortem iudicati.
 Hi cum per satellites vincti ducerentur
 Ad mortem atque plurimi post illos sequerentur,
 Ad eos quidam Christianus clamans invocare
 6875 Dominam Mariam iussit, ut ipsos liberare
 Dignaretur atque vere se profiterentur,
 Velle Christum credere, sic statim salvarentur.
 Hi audito nomine Marie suspirabant
 Ipsamque cum lacrimis simul invocabant,
 6880 Ut eos eripere de morte dignaretur,
 Nam ipsa fore dei mater, vere crederetur.
 Mox eorum vincula cuncta solvebantur,
 Atque qui duxerunt eos in fugam vertebantur,
 Maligno rapti spiritu, et qui sequebantur
 6885 Luminis acrisia percutiebantur.
 Illi autem detinente nullo abierunt,
 Laudentes deum ad Mariam virginem venerunt,

Hanc adorantes et ei gratias egerunt,
Fidemque sui filii Christi receperunt.

Quod Maria liberavit quandam feminam.

6890 Matrona quedam phariseis fuit accusata,
Et propter adulterium morti condemnata;
Que Mariam invocabat dum deduceretur
Ad mortem, ut lapidibus hec obrueretur.
Statim accusantes eam testes obmutescunt,
6895 Et qui mitebantur eam occidere mansuescunt.
Illaque dimissa gaudens venit ad Mariam;
Per ipsam nam evaserat mortis agoniam.

Quod Maria liberant quandam detentum pro furto.

Propter furtum pauper quidam in carcere manebat
Vinctus et exspectans mortem, nec aliam habebat
6900 Spem vite, nisi quod Mariam frequenter invocabat,
Sibi que celerius auxilium prestabat.
Nam cuncta sua vincula per se solvabantur,
Ostiaque carceris aperiebantur.
Ille vero resolutus liber est egressus
6905 Et se fore per Mariam salvatum est confessus.

Quod multi Neophyti venerunt Jerusalem videre
Mariam.

Venerunt tunc Jerusalem ex gentibus diversi,
Sanctis ab apostolis qui fuerant conversi,
Cupientes cernere sanctam et felicem
Mariam semper virginem, dei genitricem:
6910 Et ab ea receperunt confirmationem
Fidei, quam susceperant per predicationem
Apostolorum et ab ea cuncti confortantur,

Servareque catholicam fidem informantur,
 In eiusque colloquio dulci delectantur,
 6915 Ex eiusque presentia bene consolantur.
 Multique Jerusalem secum permanserunt,
 Eiusque consortio se dulci coniunxerunt.
 Alii vero consolati domum redierunt
 Et Mariam genitricem dei laudaverunt.

Quod Paulus apostolus venit Jerusalem videre Mariam.

6920 Paulus tunc apostolus a domino prostratus,
 Et in evangelium fidei vocatus,
 Venit in Jerusalem Mariam visitare,
 Et fideles reliquos ibidem salutare.
 Cum gudio suscipitur Paulus a Maria,
 6925 Et a sanctis reliquis cum laudis hymnodia ;
 Et fideles universi tunc inhabitantes
 Jerusalem convenient nimis exultantes
 Apostoli sanctissimi de conversione,
 Et ex eius inter gentes predicatione.
 6930 Ad Mariam veniens Paulus confortatur
 In fide, quam suscepérat, nec non informatur
 Ab ea de misteriis incarnationis
 Et de cunctis sacramentis Jesu passionis,
 Atque sui corporis resurrectionis
 6935 Et ad celos iterum transmigrationis.

Quod Lucas scripsit evangelium ex ore virginis Marie.

Lucas Pauli socius, qui fuit in hac via,
 Omnia que dicta sunt de virgine Maria
 Diligenter audiens scripto commendavít,
 Et unum evangelicum librum compilavit.

Quod Paulus recessit a Maria.

6940 Post Marie virginis benedictionem
 Eiusque mellifluam consolationem

- Paulus, vas electionis, bene consolatus,
 Et ab ea plurimum in fide confortatus,
 Recessit a Jerusalem ad evangelizandum
 6945 Gentibus et fidem Christi mundo predicandum.
 Sed nationes plurimas hic cum transivisset,
 Et ad fidem Jesu Christi multos convertisset,
 Non est oblitus pauperum fidelium illorum
 Jerusalem manentium fratrum et sororum,
 6950 Ibi quos reliquerat in magna paupertate
 Famis et penurie, cum societate
 Jesu matris, universas qui suas facultates
 Et res expendiderant in necessitates
 Apostolorum, quum simul Jerusalem manserunt,
 6955 Fideliumque ceterorum cum illis qui fuerunt.
 His Paulus per ecclesias collectas faciebat
 Et eis elemosinas nutire monebat;
 Et fideles universos hic deprecabatur
 Cunctosque neophytes adhuc exhortabatur,
 6960 Pauperum Jerusalem ut recordarentur
 Et de facultatibus his suis largirentur
 Victus in subsidium et necessitatem,
 Ibi quia sustinebant magnam paupertatem.

Quod apostoli fecerunt collectas pro pauperibus.

- Similiter apostoli reliqui fecerunt,
 6965 In populo qui fieri collectas statuerunt
 Sanctis pro pauperibus, qui magna paupertate
 Manserunt in Jerusalem et rerum egestate.
 Ex quibus unus extitit Jacobus Alphei,
 Qui mansit in obsequio Marie matris dei;
 6970 Nam cum per sanctum spiritum apostoli dispersi
 Fuerunt per circuitum orbis universi,
 Mansit in Jerusalem Jacobus Alphei,
 Et sociati plurimi fideles erant ei,
 Qui cunctas suas facultates dominum sequendo
 6975 Jam dudum expendiderant et huic adherendo,

Et illi qui possessiones vendiderant eorum,
 Et pretium posuerant ad apostolorum
 Pedes, ut communiter vivere liceret
 Sanctis cum apostolis, nec aliquis auderet
 6980 Habere quicquam proprii, sed cuiquam dabatur,
 Prout esse cuilibet necesse videbatur.

Quod post dispersionem apostolorum solus Jacobus
 frater domini remansit in Jerusalem.

Illi tunc Jerusalem in magna paupertate
 Manserunt et penuria cum rerum egestate;
 Nam post mortem Stephani maxima fiebat
 6985 In sanctos persecutio, que multos compellebat
 Fideles a Jerusalem discedere; dispersi
 Fuerunt per circuitum tunc orbis universi
 Apostoli per totum mundum, quod fidem predicarent
 Et credentes in Jesum Christum baptizarent.
 6990 Sed Jacobus apostolus, filius Alphei,
 Qui frater dictus fuerat Jesu filii dei,
 Remansit in Jerusalem et nusquam est profectus.
 Nam sibi quidam inerat corporis defectus;
 Claudus enim fuerat, crure suo fracto;
 6995 Hoc ei contigerat ex impiorum facto
 Judeorum, qui per gradus templi dieicerunt
 Illum, multo verbere crus eius confregerunt.
 Igitur Jerusalem in episcopatu
 Mansit et in virginis Marie famulatu;
 7000 Ac ibi secum plurimi fideles permanserunt,
 Atque suam per doctrinam in fide substiterunt.
 Ibique quidam permanserunt ob dilectione
 Marie matris et ob eius consolatione,
 Ut ex suis documentis hi confortarentur,
 7005 Et dulcibus colloquiis eius fruerentur,
 Suamque presentiam ut iugiter haberent,
 Et dulcem suam faciem frequenter ut viderent.
 Hi Jesu post ascensionem Jerusalem manserunt,

Et se plures infideles credentes his iunxerunt.
 7010 Sed multi de provinciis Jerusalem venerunt,
 Sanctis ab apostolis conversi qui fuerunt,
 Cernere Mariam matrem atque confortari
 In fide, quam susceperant, ab hac et consolari,
 Et videre Jacobum qui frater dicebatur
 7015 Jesu, nam simillimus huic esse videbatur,
 Sed tunc magna fames fuit orta per Judeam,
 Unde magnam sustinebant penuriam per eam
 Fideles in Jerusalem, ideo fecerunt
 Apostoli per populum collectas et miserunt
 7020 Pauperibus Jerusalem in subventionem
 Victus atque corporis sustentationem.

Quod sanctus Ignatius scripsit epistulam beate virginis Marie.

Ignatius discipulus Johannis Zebedei
 Scripsit tunc epistolam Marie matri dei ;
 Sed et hec epistola tenorem hunc habebat,
 7025 Sanctus quam Ignatius virginis scribebat.

Tenor epistole.

Virgini Christifere, Marie matri dei,
 Ignatius discipulus Johannis Zebedei,
 Et adhuc Neophytus in fide Christiana,
 Salutem, pacem, gaudium ! tenere mente sana :
 7030 O domina dulcissima, per te consolari
 Deberem et in fide tui Jesu confortari.
 Audivi nam de Jesu tuo plurima miranda,
 Et cunctis nationibus posteris narranda,
 Ipsum quod conceperis manens incontacta
 7035 Virgo, de solius dei verbo carne facta,
 Et quod multis fuerit signis de te natus,
 Multisque miraculis mundo demonstratus,

- In nove stelle sidere coruscatione,
 Psallentium ac angelorum iubilatione,
- 7040 Quod plurimis miraculis claruerit in mundo,
 Doctrinam suam tribuens cunctis corde mundo,
 Infirmitates varias ab egris repellendo,
 Infirmis multis sanitatem pristinam reddendo
 Et defunctos fetidos a morte suscitando,
- 7045 Multos demoniacos leprososque curando.
 Mente stupefactus sum hec cuncta cum audirem,
 Que sine deo fieri nequaquam quia scirem.
 Sed tamen a te certior fieri deposco,
 Nam suam secretariam te fuisse nosco.
- 7050 Et tu familiarior utique fuisti
 Sibi, nam secreta sua cuncta tu scivisti.
 Idcirco tibi placitum si fuerit, et meus
 Magister hoc concessit Johannes Zebedeus,
 Ego cum Neophytis plurimis venire
- 7055 Ad te volo veritatem a temet audire.
 Ante tibi scribens hec eadem mandavi,
 Et hoc ipsum postulans dulcissima rogavi.
 Vale, pia domina, per te consolemur,
 Ut in fide tui filii Jesu confortemur.«

Quod Maria rescripsit epistulam sancto Ignatio.

- 7060 Maria virgo dei mater Ignatio rescripsit
 Epistolam, quam ipsa virgo manu sua scripsit.
 Tenor autem talis erat epistole, quam pia
 Virgo dei scripserat et genitrix Maria :

Exitum sive tenor epistole.

- »Suo condiscipulo Ignatio dilecto,
 7065 Ad fidei catholice gratiam electo,
 Humilis ancilla Christi Maria salutem,
 Et ad vere fidei proficere virtutem!

- Universa vera sunt de Jesu que audisti
 A Johanne, vel ab eo quecumque didicisti.
- 7070 Per fidem his inhreas et firmiter hec credas,
 Et ab his nullatenus incredulus recedas.
 Vitam tuam atque mores voto tu conformes,
 Exemplis bonis et doctrinis incredulos informes,
 Instanter et viriliter stes in via Christi,
- 7075 A via nihil devies ire quam cepisti.
 Nil moveat austeritas te persecutionis,
 Nec te turbet multitudo tribulationis.
 Ad vos cum Johanne meo cito sum ventura,
 Neophytoς qui tecum sunt utque te visura.
- 7080 Salvus sis et valeas in deo salutari,
 In eo tuus spiritus possit ut letari!«

Quot annis Maria virgo vixerit super terram.

- Sanctus Epiphanius scribit quod Maria,
 Virgo dei genitrix, misericors et pia,
 Septuaginta duos annos in hac mortali vita
- 7085 Manserit, et annos hos computat hic ita:
 Per septem annos mansit infans in domo sui patris,
 Et fruebatur dulcibus fomentis sue matris.
 Post hoc in Jerusalem hec transferebatur,
 Et in templo Salomonis associebatur
- 7090 Virginibus, que iugiter ibi serviebant
 Deo, sed et sacra templi que custodiebant.
 Cum illis ergo septem annis in dei servitute
 Vixit et in gratia profecit et virtute.
 Circa quintumdecimum annum desponsatur
- 7095 Joseph, et in Nazareth ad patrem mittebatur,
 Eodem anno dominus huic adnuntiatur,
 Quem peperit in civitate que Bethlehem vocatur.
 In Bethlehem cum filio per unum annum mansit,
 Post hoc Herodem fugiens ad Egyptum transit.
- 7100 In Egypto septem annis mansit cum infante,
 Deinde reddit Nazareth angelo mandante.

Annos ibi per viginti duos morabatur,
 Dulcique consortio cum Jesu fruebatur.
 Tribus annis sequebatur Jesum predicantem,
 7105 Et per suam passionem mundum liberantem.
 Ipsa vero post ipsius filii passionem,
 Atque suam gloriosam post ascensionem,
 Bis binis annis et viginti mansit in hoc mundo,
 Incontacta virgo manens semper corde mundo.
 7110 Johannis in hospitio tempus hoc peregit,
 Ac in domo sancti Syon, quem ad hoc elegit
 Deus, ut ipsius matrem hospitio servaret,
 Atque necessaria digne prepararet.
 Si queretur, cur dominus matrem in hac vita
 7115 Tam diu sustinuerit, respondetur ita ;
 Ut in mundo fides Christi per hanc dilataretur,
 Per ipsam incarnatio facta probaretur,
 Et quod hec Neophyto in fide confirmaret,
 Necnon evangelium mundo propalaret.

De obitu et assumptione Marie virginis.

7120 Sed cum tempu venerat, quod Jesus, rex celorum
 Atque dei filius, creator seculorum,
 Ab hoc mundo matrem suam assumere volebat,
 Et hanc in celi curia locare disponebat,
 Ad ipsam misit angelum, hanc qui confortaret
 7125 Sibique suum obitum instare nuntiaret.
 Igitur hic angelus ad Mariam venit,
 Intra suum cubiculum orantem hanc invemit.
 Ad eam ait angelus : »Ave tu beata
 Virgo dei genitrix incontaminata !
 7130 O felix virgo virginum, semper tu salveris,
 Benedicta tu pre cunctis in eternum eris ;
 Nam deus dei filius seculi creator,
 Tuus unigenitus, celorum gubernator,
 Cito tuum incolatum vult abbreviare,
 7135 Et tui vult exilii tempus adcurtare,

Ex huius mundi tenebris te quia vult vocare,
 Ac in celestis glorie sede collocare.
Tu enim die tertia vitam hanc mutabis,
 In celumque per filium assumpta transmigrabis.
 7140 **In** huius rei signum tibi palmam hanc portavi,
 Tibi quam a filio missam assignavi;
 Et hanc vestem manibus angelicis consutam,
 Quam tuis in exequiis habeas indutam;
 Et ut tuus obitus cum observatione
 7145 **Fiat** atque debita veneratione,
 Atque sacrum corpus tuum indigne ne tractetur,
 Nec a Judeis impiis hoc dehonestetur,
 Mittet tibi filius tuus universos
 Apostolos, per totum mundum longe iam dispersos,
 7150 **Ad** tuum omnes exitum qui congregabuntur,
 Et digne tuum obitum hi venerabuntur.
 Ipse dei filius Jesus incarnatus,
 Atque de sanctissimo ventre tuo natus,
 Ad te personaliter veniens descendet,
 7155 **Atque** sanctam animam tuam apprehendet,
 Et ad celestem curiam ipsam transportabit,
 Super choros angelorum eamque locabit.
 Post hoc die tertio animam reducet
 Et coniunctam corpori rursum introducet,
 7160 **In** celestem gloriam ut simul iocundentur,
 Et in eternis gaudiis semper consolentur.«

Quod angelus dedit Marie palmam et vestimentum.

Post hos sermones angelus Marie presentavit
 Palmam atque vestimentum, ad celosque migravit;
 Et ex dictis eius virgo Maria consolatur
 7165 **Ac** domini cum gudio promissum prestolatur.

Quod Maria narravit sodalibus suis angeli legationem.

Tamen cunctas feminas Maria convocavit,
 Que cum ea morabantur et illis indicavit,

**Angelus que dixerat, ac ipsis demonstravit
Palmam atque vestimentum, quod sibi presentavit.**

Quod socie Marie virginis planxerunt obitum eius.

7170 Ille vero virginis discessum audientes
Ceperunt flere singule, cum gemitu dicentes :
»Ve, ve nobis, mater nostra, ve nobis veneranda
Maria virgo virginum, clemens et amanda !
Heu ! nobis nunc subtraheris, a nobis separaris,
7175 A nostroque consortio ve nobis amputaris,
Et a consolatione nos tua viduamur,
A tuaque melliflua dulcedine privamur.
Eras enim nostra spes et dulcis consolatrix,
Tu nostrum sustentaculum et auxiliatrix.
7180 Tu quoque nobis extitisti semper loco matris,
Pro nobis sollicita fuisti vice patris.
A tuis heu ! uberibus maternis nunc orbamus,
A tuisque colloquiis benignis desolamur.«

Quod Maria flevit ex compassione sociarum suarum.

Maria virgo cum audivit suarum sociarum
7186 Planctum propter obitum eius tam amarum,
Ex compassione magna cum ipsis cepit flere,
Illisque dolentibus cepit condolere.

**Quod Johannes evangelista supervenit et invenit
Mariam lacrimantem.**

Evangelista Johannes statim supervenit
Et Mariam lacrimantem virginem invenit.
7190 Territus et admiratus nimis, cur doleret
Virgo dei genitrix, et cur ita fleret ;
Continere se non valens, et ipse lacrimari

- Cepit, et pro Maria virgine turbari.
 Johanni dei genitrix cuncta recitavit,
 7195 Sibi que per angelum filius mandavit.
 Palmam atque vestimentum demonstravit ei,
 Quod angelus portaverat huic de manu dei.
 Cartam quoque dedit ei, in qua fuerunt multa,
 Que manu sua scripserat filius occulta,
 7200 Sibi que reliquerat ante passionem
 Quorundam ad misteriorum revelationem.
 Maria dixit: »O Johanne, frater et amice,
 Tibi me commisit Jesus, ut ipsius vice
 Pro me curam ageres et mihi sicut pater
 7205 Essem, necnon ego tibi forem quasi mater.
 Ergo precor, ut in morte meum custodire
 Corpus velis, et non sinas illud pervenire.
 Ad manus infidelium horum Judeorum,
 Nec ad aspectum principum nec phariseorum,
 7210 Quia mihi sepius minati sunt dicentes
 »Si nos super terram tunc fuerimus viventes,
 Cum Jesu seductoris huius mater morietur.
 Tunc a nobis corpus eius statim rapietur,
 Ipsi quod illudere possimus impudenter,
 7215 Que se dixit virginem tam irreverenter
 Johannes ait ad eam: »O domina Maria,
 O virgo dei genitrix, o clemens et misericors pia,
 In tuo dilectissimo filio confide,
 In suisque fidelibus promissis non diffide,
 7220 Qui se promisit ad tuum abitum venturum
 Et tuum sanctissimum corpus protecturum,
 A Judeis impiis hoc ne rapiatur,
 Et ab infidelibus indigne ne tangatur.

Quod apostoli omnes convenerunt in Jerusalem ante
 ostium domus beate virginis.

Tunc ecce! sanctus spiritus assumpsit universos
 7225 Apostolos et reliquos discipulos dispersos

Per omnes mundi terminos et eos transportavit
 Per aera Jerusalem, et simul collocavit
 Ante fores ubi Jesu mater morabatur,
 Atque suum transitum iam prestolabatur.

- 7230 Apostoli se mutuo videntes mirabantur,
 Quomodo convenerint et nimis letabantur,
 Alterutrum quod invicem sese conspexerunt,
 Cum osculo suscipientes se salutaverunt.
 Tunc Johannes a Maria domum exiebat
 7235 Et ante fores congregatos apostolos videbat,
 Quos cum vidit maximum gaudium concepit,
 Et ad pacis osculum singulos suscepit.
 Illi vero a Johanne cur venerint, querebant
 Et adventus sui causam ab ipso cognoscebant.
 7240 Ergo domum ad Mariam pariter intrabant
 Et eam flexis genibus omnes adorabant.

Quod Maria gavisa est in adventu apostolorum.

- Maria virgo lectulo decumbens cum vidisset,
 Quod ad suum obitum omnis convenisset
 Apostolorum multitudo, spiritu gaudebat;
 7245 Nam a suo filio transmissos hos sciebat.
 Singulos suscipiens benigne salutavit,
 Ut proprius accederent ad eam postulavit.
 Ipsiisque per ordinem cuncta revelavit,
 Que filius mandaverat et eos tunc rogavit,
 7250 Ut corpus eius custodirent, hoc ne raperetur,
 Nec a Judeis impiis huic illuderetur,
 Et usque diem tertium illud observarent,
 Nec non hoc custodiendo nocte vigilarent.

De planctu apostolorum in obitu Marie virginis.

- Apostoli Marie matris discessum audientes
 7255 Ceperunt omnes lacrimari, plangentes et dicentes:

- »O virgo dei genitrix, o mater veneranda,
 O intacta Christi parens, o domina laudanda,
 O redemptrix hominum, o decus angelorum,
 O regina seculi, o gloria celorum,
 7260 O spes et desiderium omnium sanctorum,
 O quies laborantium, o salus miserorum,
 O lily convallium, o rosa sine spina,
 O lumen lux et splendor solis, o stella matutina,
 O desiderabilis, o virgo gloriosa,
 7265 O dulcis et amabilis, o mater amorosa,
 A nobis modo tolleris, a nobis separaris,
 A nostroque consortio, ve, nobis sequestraris !
 Tu eras nostre fidei firmum fundamentum,
 Noveque doctrine nostre verum argumentum ;
 7270 Nobis quoque tu fuisti regula vivendi,
 Atque nobis exstitisti formula credendi.
 Nostrique naufragii tu portus exstitisti,
 Et nobis in exilio solatium fuisti.
 Nostre tribulationis tu auxiliatrix
 7275 Eras et vastationis nostre reparatrix.
 Te quam diu super terram cognovimus viventem,
 Ac in isto seculo te scivimus manentem ;
 Nos ad te refugium semper habebamus
 Et te sicut anchoram in mari tenebamus.
 7280 Heu ! nobis nunc subtrahitur tua reveranda
 Presentia, fidelibus cunctis diligenda,
 Et a te dulcissima matre nunc orbamus,
 A dulcique solatio tuo viduamus ;
 A tuis colloquiis benignis desolamus,
 7285 A tuoque consortio, ve, nobis separamus.
 Ergo benignissima, te, mater imploramus
 Tuamque mellifluam clementiam rogamus,
 Ut cum assumpta fueris ad Jesum tuum natum
 Atque cum tenueris celi principatum,
 7290 Tunc pro nobis tu digneris deum exorare,
 Atque suam gratiam nobis impetrare,
 Ut nos ab hoc exilio cito liberare
 Velit et in gloria sua collocare.« .

Sic usque noctis medium apostoli sederunt
 7296 Transitumque virginis orantes deplanxerunt.

Quod plures virgines et alie mulieres aderant in
 obitu beate virginis.

Virgines et mulieres multe vigilantes
 Sederunt circa virginis lectum, prestolantes
 Transitum et exitum anime felicis
 Sancte Marie virginis, dei genitricis.
 7300 Ipsa vero dei mater in lectulo pausabat,
 Psalmos et orationes attente ruminabat.

Quod Jesus apparuit matri sue in obitu sue.

Circa noctis medium maximus fiebat
 De celo sonus, atque Jesus Christus descendebat,
 Domum quoque sue matris ingrediebatur,
 7305 Angelorum multitudo ipsum sequebatur.
 Odore suavissimo tunc domus replebatur,
 Splendore magno virginis lectusque circumdatur.
 Maria suum filium videns exultavit,
 Et cum magno gaudio dicens exclamavit:
 7310 »Te domine glorifico, te pater benedico,
 O creator, et mi fili, laudes tibi dico !
 Nam a desiderio me meo non privasti,
 A te cuncta que petivi mihi non negasti.
 Sed universa que tu mihi dilecte promisisti,
 7315 Illa tu fideliter mi clemens implevisti !«

Quod Jesus invitavit matrem suam et assumpsit eam
 in celum.

Jesus ait matri sue: »Venias, dilecta
 Amica mea, soror mea, pre omnibus electa !

Veni, veni, sponsa mea, virgo gloriosa;
 Venias regina mea mater amorosa!
 7320 Veni, mater, fruere bonis tui nati,
 Et sedem regni posside tibe preparati!
 Veni, dulcis mater mea, mecum, ut leteris
 Et in celesti gloria semper iocunderis.
 Post hec dicta filio Maria se commisit
 7325 Et in manus suas eius animam emisit,
 Quam assumens filius secum transportavit
 In celos, et in dextera sua collocavit.

Quod Michael commendavit apostolis corpus Marie
 ad sepeliendum.

Sed Michael, archangelus, corpus commendavit
 Virginis apostolis et ipsis imperavit,
 7330 Ut hoc cum reverentia magna sepelirent,
 Usque diem tertium illud custodirent,
 Donec ipse dominus ad illud assumendum
 Rediret et in gloriam suam traducendum.

Quod apostoli tulerunt corpus Marie ad sepeliendum.

Tunc virgines et femine sancte, que presentes
 7335 Erant, corpus virginis honeste componentes,
 Quam angelus portaverat huic vestem induentes,
 Ponebant super feretrum plangentes et lugentes.
 Apostoli cum corpore tunc archam sustulerunt
 Et versus vallem Josaphat egredi ceperunt.
 7340 Johannes ante feretrum palmam deportavit,
 Jesus quam per angelum Marie destinavit.
 Et exeuntes psalmum hunc Petrus inchoavit,
 Ac apostolorum ceterus cum ipso decantavit:
 »In exitu domus Israel de gentium Egypto«
 7345 Psallentes psalmum perfecerunt hunc, sicut est in scripto.

Quod Judei volebant corpus Marie dejicere.

- Judei tunc psallentium voces audientes
 Querebant, quidnam esset hoc, invicem dicentes :
 »Jesu seductoris mater est mortua Maria,
 Quam deportant ad sepulcrum cum tali symphonia !
- 7350 Eamus ergo citius, portantes occidamus,
 Et deiectum corpus hoc ad terram confundamus.
 Igitur velociter pessimi currebant
 Et corpus sanctissimum dejicere volebant.
 Sed ceteris protervior unus mox accessit,
- 7356 Et manus suas feretro sagrilegas ingessit;
 Qui cum manus impias ad archam extendisset
 Sanctumque dejicere corpus voluisse,
 Ambe manus riguerunt statim arefacte
 Et adheserunt feretro paralysi contracte.
- 7360 Reliqui percussi sunt omnes cecitate ;
 Sic cessare cogebantur a cepta pravitate.
 Cui etiam aruerant manus ibi stabat
 Et cum multis lacrimis plorans eiulabat,
 Ut sui misererentur apostolos rogabat,
- 7366 Attamen precipue beatum invocabat
 Petrum, dicens : »O tu Petre, nunc memento mei !
 Ego te nam excusabam olim, cum Judei
 Volebant interficere te, cum accusabant
 Ad fores hostiaria teque condemnabant,
- 7370 Quod esses ex discipulis illius Galilei
 Jesu, qui se filium dixit esse dei.«
 Petrus ait : »O tu miser in Jesu Christo crede,
 A tuaque perfidia Judaica recede !
 Crede dei filium Jesum incarnatum
- 7376 De Maria virgine fuisse quoque natum ;
 Crede quod sit virginis corpus hoc intactum,
 In quo dei patris fuit verbum caro factum ! «
 Ille mox se credere Christum exclamavit
 Necnon ad apostolorum pedes se prostravit,

7380 Statim quoque sanitatem recepit, quam optavit,
Et Jesum dei filium esse predicavit.

Quod Judeus portavit palmam ad civitatem.

Petrus ait: »Ecce! nunc rehabelas sanitatem;
Ergo tolle palmam hanc et intra civitatem,
Et pone super debiles infirmos et languentes,
7386 Cecos, mutos atque surdos, et gressum non habentes;
Hanc palmam qui tetigerit resumet sanitatem,
In Christum si crediderit et eius maiestatem.
Assumens ergo palmam hic intravit civitatem,
Multisque restituit per illam sanitatem.
7390 Nam quicumque Christum Jesum credere volebat,
Et si palmam illam semel vel leviter tangebat,
Ab infirmitate sua quacumque tenebatur,
Per virtutem virginis Marie curabatur.

Quod alba nubes protexit archam et apostolos.

Post factum hoc apostoli dominam Mariam
7395 Deportantes porrexerunt, quam ceperant per viam;
Sed alba nubes super archam ab ipsis est extensa
Que protexit ambulantes, hec erat ita densa,
Quod nullus infidelium hos poterat videre,
Nec accessum ad eos quis valuit habere.

Quod apostoli sepelierunt corpus Marie.

7400 Ad vallem ergo Josaphat cum funere venerunt
Et sepulcrum preparatum mundum invenerunt,
In quo corpus virginis Marie posuerunt
Et cum aromatibus illud condiverunt.

*

7399 G und Z poterat statt valuit.

De dispositione sepulcri.

Huius autem monumenti sepulcrum erat tale,
 7405 In quo locatum fuerat corpus virginale :
 Lapis quiddam pulcher erat politus et quadratus,
 Et ad mensuram hominis longus et cavatus.
 Parte fuit patulus in superiori
 Ex se fundum suum habens in inferiori,
 7410 Latus et quadrangulus lapis ponebatur
 Desuper et hoc sepulcrum ita tegebatur,
 Ut nec terra neque pulvis intus laberetur,
 Per quod hoc sanctissimum corpus fuscaretur.

Quod apostoli excubabant circa sepulcrum Marie virginis.

Corpus ergo virginis pannis involutum
 7415 Necnon aromatibus conditum et imbutum,
 Predictum in sarcophagum apostoli ponebant,
 Atque latum lapidem desuper tegebant.
 Ipsiquoque circa tumbam sederunt excubantes
 In orationibus et hymnis prestolantes,
 7420 Usque diem tertium, ut angelus veniret,
 Et reducens animam rursum hanc uniret
 Corpori, sic iterum Mariam redivivam
 Suam Jesus gloriam reduceret in divam,
 Nec etiam a tumulo nubes recedebat,
 7425 Apostolis manentibus, et ipsa permanebat.

Quod Jesus assumpsit corpus Marie in celum.

Post hoc autem in aurora tertie diei
 Apostolis sedentibus ad tumbam matris dei,
 Ipsique cum nimio sopore premerentur
 Et eorum oculi somno gravarentur,
 7430 Tunc cum multitudine venit angelorum

- Jesus dei filius, creator seculorum,
 Reducens matris animam corpori coniunxit,
 Archangeloque Michaeli precipiens iniunxit,
 Ut suam matrem sumeret et eam transportaret
 7435 In celum et in gloriam suam collocaret.
 Igitur Archangelus Michael felicem
 Mariam sumens virginem, dei genitricem,
 Cum angelorum cantibus et iubilatione
 Laudisque tripudio, cum exultatione,
 7440 Super choros angelorum in celos transportavit
 Et eam suo filio Jesu presentavit.

Quod assumptio corporis Marie revelata est Thome apostolo.

- In hora quando sacrum corpus assumptum est Marie
 Et transvectum super choros celestis hierarchie,
 Cum apostolorum cetus adhuc demorabatur,
 7445 Ad tumulum ex ipsis unus, Thomas qui vocatur,
 Ab aliis apostolis modicum recessit
 Et in locum alium non alonge secessit,
 Et transferri vidit ibi virginis Marie
 Ad celum corpus, cum concentu celestis harmonie,
 7450 Et audivit angelos plurimos psallentes,
 In celum corpus virginis Marie deferentes.
 Ad orationes suas mox convertebatur
 Atque Jesum filium Marie precabatur,
 Ut sibi signum aliquod a deo traderetur,
 7455 Per quod illi visio talis crederetur,
 Et quod nullus dubitaret ipsum conspexisse
 Translatum corpus virginis ad ethera fuisse.
 Tunc ad eum cecidit ex nubibus velamen,
 Quod Marie corporis fuerat ligamen.
 7460 Nam est ad eum linteum desursum devolutum,
 Virginis quo fuerat corpus involutum.
 Thomas statim apprehendens pannum hunc letanter
 Ad reliquos discipulos cucurrit festinanter.

Omnia que facta sunt ipsis recitavit

- 7466 Et corporis assumptionem Marie nuntiavit.
 Ipsi quoque demonstravit demissum sibi velum,
 Translatum corpus virginis asserens in celum.
 Apostoli mirati sunt, hoc factum audientes,
 Velum quo procincta fuit virgo cognoscentes,
 7470 Et aperientes tumulum nihil invenerunt,
 Nisi manna positum in medio viderunt,
 Clauserunt ergo tumulum, Jesum commendantes,
 Et Marie matri sue laudes decantantes,
 Scientes, quod tam corpore quam anima translata
 7475 Esset et in gloria filii locata.
 Post hoc sanctus spiritus discipulos levavit,
 Ad terram, de qua venerat, quemlibet portavit.

De diversis celis quos transivit Maria.

Traducta tunc ab angelis in celos est Maria
 Cum iubilationibus et dulci symphonia.

- 7480 Primo nam' aereum celum penetravit,
 Celum hinc ethereum exultans transvolavit.
 Post hoc ad sidereum celum ferebatur,
 Ubi per hanc obscurari lux solis videbatur,
 Quia solis atque lune splendorem precellebat
 7485 Splendor magne claritatis, Maria quam habebat.
 Cunctarum quoque planetarum lumen obfuscabat,
 Pre cunctis nam sideribus Maria radiabat,
 Et totius firmamenti stellarum claritatem
 Obfuscabat Maria per suam puritatem.

Quod Maria venit ad celum empyreum.

- 7490 Celum hinc empyreum ascendit mater dei,
 Ubi multis laudibus occurrerunt ei,
 Suscipientes eam chori novem angelorum,
 Ac universi spiritus et ordines sanctorum.

Occurrerunt etiam ceteri prophetarum,
 7496 Mariam ut susciperent et patriarcharum.
 Sic ab universis sanctis suscipitur Maria
 In iubilationibus et laudis hymnodia.

Quod Maria suscipitur a primo choro angelorum.

Ascendens ergo pertransivit Maria primum chorum,
 Qui vocatus est in sanctis scripturis »angelorum«.
 7500 Illius chori spiritus omnes convenerunt
 Ac ipsi singulariter Mariam suscepserunt;
 Laudes atque cantica sibi decantabant
 Et cum multis vocibus dicentes resonabant:
 »Progredere, progredere, celorum imperatrix,
Darauf sendet Cabeza eine kleinere schaar unter befehl des Hernando Rivero den Paraguay weiter hinauf. Dieser gelangt zu einem anderen stamm der Sarigues und alsdann zu den Acares. 64.

Beschreibung des sogenannten basilisken. 65.

Rivero zieht weiter zu den Jarayas, die in verschiedene stämme zerfallen. 66.

Der kaziqe eines dieser stämme empfängt die Spanier in feierlicher weise. 67.

Rivero gibt als ziel seines unternehmens das aufsuchen des goldlandes an, worauf der kaziqe alle seine goldwaaren ausliefert, die nach seiner versicherung von den Amazonen erbeutet waren. 68.

Beschreibung der Amazonen. 68.

Rivero fasst den entschluss, zu diesem volk zu ziehen, trotz des abratens des kaziken der Jarayas, welcher einen marsch dorthin während der überschwemmungsperiode für höchst schwierig erklärt. 69.

Rivero dringt durch das überschwemmte gebiet zu den Paresis vor und von da zu den Urtueses. 69.

Hier sieht sich Rivero in folge einer durch heuschreckenschwärme verursachten hungersnot zur umkehr veranlasst, nachdem er von diesem stamme vorher goldene geräte gegen Nürnberger waaren eingetauscht hatte. 71.

Der rückmarsch erfolgt wiederum durch das gebiet der Paresis und Jarayas. 71.

1544.

Rivero kommt wider bei Cabeza an (20 Januar), der ihn wegen überschreitung seines auftrages ungnädig empfängt und ihn verhaften lässt und gleichzeitig der mannschaft die unrechtmäßiger weise gemachte goldbente abverlangt. Ein in folge dessen drohender aufstand der kriegsleute nötigt jedoch den adelantado zur zurücknahme seiner anordnungen. 72.

Cabeza unternimmt nunmehr selbst einen zug und gelangt bis zu den Sarigues, woselbst er wegen erkrankung auf die persönliche leitung des unternehmens verzichten muß. Er befiehlt von seinem krankenlager aus die völlige vernichtung der verschiedenen stämme dieses volkes, welcher auftrag an den ahnungs- und wehrlosen in grausamer weise vollzogen wird. 73.

Da auch bei seiner mannschaft die gesundheitsverhältnisse sehr ungünstig werden, so führt Cabeza dieselben nach Asuncion zurück. 74.

Während er hier noch an das lager gefesselt ist, wird er in folge einer verschwörung seiner würde entthoben und gefangen gesetzt, um nach Spanien geführt und daselbst wegen seiner amtsverwaltung angeklagt zu werden (25 April). 75.

Bis zur ernennung eines neuen adelantado durch den kaiser betraut die kriegsgemeinde Irala zum zweiten mal mit dieser würde. 76.

1544. 1545.

In den ersten zwei jahren seiner verwaltung hat Irala die anhänger Cabezas, welche sich gegen ihn auflehnen, zu bekämpfen. Erst an-

gesichts einer drohenden äusseren gefahr tritt zwischen den feindlichen parteien ein friedliches verhältnis ein. 77.

1546.

Den Carios und Agazes erscheint die gelegenheit günstig, um sich gegen die Spanier zu empören. Letztere erhalten bundesgenossen an den Yapurus und Guatatas. 77.

Beschreibung des skalpierens. 78.

Irala greift die aufständischen an, schlägt sie in die flucht und erstürmt nach kurzer belagerung einen ihrer flecken. 79.

Ein zweiter flecken wird mit hilfe verrats eines kaziken eingenommen. 81.

Irala kehrt hierauf nach Asuncion zurück und unternimmt von da einen neuen zug' den Paraguay aufwärts, um den kaziken Tabare in Hieruquizaba, zu welchem sich die reste der besieгten Carios geflüchtet hatten, ebenfalls zur unterwerfung zu bringen. 82.

Irala fordert vergeblich den kaziken zur unterwerfung auf, worauf er trotz des widerstandes der gegner den Jejai überschreitet und den flecken nach kurzer belagerung einnimmt. 82.

1547.

Die geflohenen Carios unterwerfen sich und werden von nun an zuverlässige unterthanen der Spanier. Auf diese weise tritt nach einem kampfe von anderthalbjähriger dauer wider ein friedlicher zustand im mittelpunkt der kolonie ein. 84.

1548.

Irala beschließt, gleich seinem vorgänger, das goldland aufzusuchen. 85.

Er zieht mit einer starken schaar Spanier und Guarani's den Páraguay hinauf bis St Ferdinand, lässt hier bei den schiffen eine bedeckungsmannschaft mit proviant für zwei jahre zurück und zieht landeinwärts weiter. 85.

Marsch zu den Aperues, von diesen zu den Mbayas. Diese machen auf die Spanier einen angriff, nachdem sie dieselben vorher, um sie sorglos zu machen, mit goldsachen beschenkt hatten. Sie werden besiegt und ohne unterlass verfolgt, statt der flüchtlinge wird jedoch ein anderer, ganz unbeteiliger stamm dieses volkes ahnungslos überfallen und von den Spaniern gröstenteils niedergemacht. 85.

Marsch zu den Chanes, von diesen zu den Taños, darnach zu den Guanas, darauf zu den Maiehonas, von diesen zu den Morronos, dann zu den Perronoß., den Sunennos, den Borkenes, den Leichonos, den Karchkonos und darauf zu den Paresis. 88.

Der bei diesem stamme herrschende wassermangel macht bei dem einzigen brunnen eine wache nötig, welche Schmidel übertragen wird. 89.

Die entscheidung des looses, welches jetzt befragt wird, fällt auf weitermarsch, der nunmehr zu den Payzunos angetreten wird. 91.

Diese leisten widerstand, werden aber überwunden. 92.

Darnach wird der weitermarsch angetreten zu den Maigenos, die sich ebenfalls vergeblich widersetzen. 92.

Die hilfsschaar der Carios will die geflohenen Maigenos auf eigene faust vernichten, gerät aber in großes gedränge und wird nur durch das rasche eingreifen Iralas vor dem untergange bewahrt. 92.

Weitermarsch zu den Chiriguanois über eine salzlagune hinweg. 93.

Ankunft bei den Machicuya. Schwieriger übergang über den Rio Guapay. 94.

Beschreibung des sandflohes. 95.

Rückblick auf das ende des Gonzalo Pizarro in Peru. 96.

Der vicekönig de la Gasca von Peru verbietet Irala ein weiteres vorrücken 97.

Irala schickt eine gesandtschaft nach Lima, die zwar wohl aufgenommen wird, aber aufs neue die fröhre weisung erhält. 98.

Irala unterwirft sich den anordnungen de la Gascas und kehrt unter großer unzufriedenheit seiner mannschaft wider um. 99.

Rückmarsch zu den Chiriguanois, die aus ihrem flecken entflohen waren und sich in den wäldern verborgen hatten, wo sie von den Spaniern großenteils niedergemacht werden. 100.

1549.

Weiterer rückmarsch auf dem hinwärts eingeschlagenen wege bis zur schiffsstation bei St Ferdinand, wo Irala nach anderthalbjähriger abwesenheit wider ankommt (Februar). 100.

Hier vernimmt Irala die usurpation des Abrigo. Dieser hatte sich in der zwischenzeit zum stellvertretenden adelantado aufgeworfen, da er der meinung war, Iralas unternehmen sei in gleicher weise gescheitert, wie das seines früheren vorgängers Ayolas; den von Irala zum befehlshaber von Asuncion ernannten Francisco Mendoza, der ihm die anerkennung versagte, hatte Abrigo hinrichten lassen. 101.

Auch nach Iralas rückkehr weigert sich Abrigo zurückzutreten und wird nunmehr in Asuncion belagert. 101.

Da sich jedoch bald der größere teil der besatzung für Irala erklärt, so flüchtet der empörer mit 50 anhängern in die wälder, worauf Irala in Asuncion einzieht. 102.

1550. 1551.

Abrigo führt zwei jahre lang einen parteigängerkrieg gegen Irala, bis ein convenio diesen streit beendet. 102.

1552.

Schmidel erhält seitens seines bruders brieflich die aufforderung, heimzukehren (Juli). 103.

Irala bewilligt Schmidel mit schwerem herzen den abschied und beauftragt ihn, einen brief bei der casa de las Indias zu übergeben. 103.

Schmidel verlässt Asuncion mit 20 trägern aus dem Carios-stamme (26 Dezember). 103.

1553.

Schmidel fährt in zwei kanoen den Paraguay hinauf, darnach in das thal des Jejui nach Hieruquizaba und von da über Barey und Gebareche nach Barode. Von hier aus wird abermals eine fahrt zu wasser unternommen, den Parana hinab nach Gienge. 104.

Von hier an wird wider landeinwärts gezogen und das portugiesische besitztum betreten, in welchem die Tupis angetroffen werden. 105.

Einer dieser Tupis-stämme tritt feindselig auf. Zwei der begleiter Schmidels, welche sich unvorsichtig in den flecken Karieseba gewagt hatten, werden daselbst aufgezehrt und die übrige schaar darauf mit großer übermacht angegriffen und zur schleunigsten flucht genötigt. 105.

Weiterer marsch zu den Biessae am Uruguay. 106.

Ankunft im flecken Scherebethueba. Beschreibung der hängematten. 107.

Ankunft auf der ansiedlung des Portugiesen João Ramalho. 107.

Ankunft in S. Vincent (Juni). 109.

Abfahrt am 24 Juni. Ein sturm nötigt das schiff im hafen von S. Espiritu zufucht zu suchen. 109.

Beschreibung der meeresfauna. 110.

Nach kurzem aufenthalt auf den Azoren gelangt Schmidel nach Lissabon. 111.

Fahrt nach Sevilla und von da über San Lucar und Puerto Santa Maria nach Cadiz. 111.

Durch den untergang eines schiffes in der nähe dieser stadt kommt Schmidel um seine auf jenem befindliche habe. 114.

Abfahrt von Cadiz am 30 November, im gefolge einer handelsflotte von 24 schiffen. 114.

1554.

Heftiger sturm im kanale, in folge dessen acht schiffe zu grunde gehen. 114.

Aufenthalt auf der insel Wight, von da fahrt über Arnemuiden nach Antwerpen. Ankunft daselbst am 26 Januar. 114.

BERICHTIGUNGEN.

- Seite 15 zeile 12 v. u. lies notationibus statt natationibus.
- , 17 , 2 lies uyt't statt ny't.
 - , 17 , 14 lies Reysbeschrijving statt Reysbeschrijbing.
 - , 21 , 18 lies notturff statt notturft.
 - , 23 , 6 , innsel statt innse.
 - , 31 , 22 , wasserbueg statt wasserburg.
 - , 37 , 6 , mandeoch [und] statt [und] mandeoch.
 - , 43 , 11 , perry statt perroy.
 - , 44 , 5 , muaternackhet statt mueter nackhet.
 - , 44 , 14 , Teuschslanndt statt teuschslanndt.
 - , 48 , 8 , zu verpringen statt zuverpringen.
 - , 48 , 12 , Vorddelesso statt Vordelesso.
 - , 62 , 11 ist zu streichen: sich.
 - , 74 , 6 v. u. lies 27° statt 20°.
 - , 76 , 8 lies Marxentag statt Marxen tag.
 - , 83 , 8 v. u. hat anmerkung 1 folgendermaßen zu lauten:
Wahrscheinlich gebrauchte Schmidel hier den bavarismus sie's (d. i. sie sie), den der abschreiber misverstand und verbessern zu müssen glaubte.
 - , 110 , 26 lies hinderaich statt hinder sich.
 - , 110 , 26 , fürsich statt für sich.
 - , 113 , 33 , almirando sein statt almirandos ein.

BIBLIOTHEK

DES

LITTERARISCHEN VEREINS

IN STUTTGART.

CLXXXVI.

TÜBINGEN

GEDRUCKT AUF KOSTEN DES LITTERARISCHEN VEREINS

1889.

PROTECTOR
DES LITTERARISCHEN VEREINS IN STUTTGART:
SEINE MAJESTÄT DER KÖNIG.

*

VERWALTUNG:

Präsident:

Dr W. L. Holland, professor an der k. universität in Tübingen.

Kassier:

Kanzleirath Roller, universitäts-actuar in Tübingen.

*

GESELLSCHAFTSAUSSCHUSS:

Professor dr Barack, oberbibliothekar der kais. universitäts- und landesbibliothek in Straßburg.

Dr Bechstein, ordentlicher professor an der g. universität in Rostock.
Professor dr Böhmer in Lichtenthal bei Baden.

Dr Fischer, ordentlicher professor an der k. universität in Tübingen.

Dr Hertz, professor an der k. technischen hochschule in München.

Bibliothekar dr Klüpfel in Tübingen.

Director dr O. v. Klumpp in Stuttgart.

Dr Martin, ordentlicher professor an der kais. universität in Straßburg.

Dr K. v. Maurer, ordentlicher professor an der k. universität in München.

Dr Sievers, ordentlicher professor an der k. universität in Halle.

Geheimer regierungsrath dr Wattenbach, ordentlicher professor an der k. universität in Berlin.

Geheimer hofrath dr Zarncke, ordentlicher professor an der k. universität in Leipzig.

FRATRIS FELICIS FABRI
TRACTATUS
DE CIVITATE ULMENSI,
DE EIUS ORIGINE, ORDINE,
REGIMINE, DE CIVIBUS EIUS ET STATU

HERAUSGEGBEN

VON

GUSTAV VEESENMEYER,
DR MED., PROF. A. D.

GEDRUCKT FÜR DEN LITTERARISCHEN VEREIN IN STUTTGART
NACH BESCHLUSS DES AUSSCHÜSSES VOM JULI 1889
TÜBINGEN 1889.

ALLE RECHTE VORBEHALTEN

DRUCK VON H. LAUPP IN TÜBINGEN.

Vorwort.

Der tractatus de civitate ulmensi sollte eigentlich das letzte kapitel des Evagatorium Fratris Felicis Fabri bilden. Dieses wurde von der societas litteraria, dem litterarischen verein in Stuttgart, schon in den Jahren 1843 bis 1849 veröffentlicht, nach der von Frater Felix eigenhändig geschriebenen urschrift, welche auf der stadtbibliothek in Ulm sich befindet, bearbeitet von dem verstorbenen professor Cunrad Dieterich Hafslер. Ultimo loco, sagt Frater Felix selbst, habe er geben wollen eine descriptionem Alamanniæ, Sueviæ et civitatis ulmensis, aber weil der tractatus duodecimus et ultimus zu lang geworden wäre, habe er ein besonderes buch daraus gemacht. S. Evagat. herausg. von Hafslер I, s. 7. 8; II, s. 329; III, s. 468.

Dieser codex s. liber proprius, quem evagatorio non adjunxit F. F. F., ist zum teil schon zu anfang des siebzehenten jahrhunderts gedruckt erschienen: in den Suevicarum rerum scriptores aliquot veteres . . . ex bibliotheca et recensione Melchioris Haiminsfeldii Goldasti, Francoforti 1605. 4º. Und über ein jahrhundert später erschien ein neuer abdruck des goldastischen Werkes, eine editio secunda, emendatior, Ulmæ, impensis Danielis Bartholomaei. 1727. fol., als anhang zum zweiten teile des von demselben gelehrtten buchhändler herausgegebenen thesaurus antiquitatum theutonicarum von Schilter, in ganz gleicher form wie dieser, aber mit eigener seitenzahl. Beide, die historiæ Suevorum der Frankfurter ausgabe, und die historia Suevica, wie sie auf dem titel der Ulmer ausgabe heißt, enthalten mit ganz unbedeutenden abweichungen den gleichen text; wir bezeichnen denselben daher im folgenden

mit Gold. ut. (uterque); wo varianten vorkommen, jene ausgabe mit Gold. Franc., diese mit Gold. Ulm. Beide bestehen aus zwei büchern; liber I enthält eine beschreibung des deutschen landes, und eine anzahl kapitel, welche die geschichte zumal Alamaniens, dann einiger kaiser und der herzoge von Schwaben und Österreich behandeln, liber II beschäftigt sich bloß mit der stadt Ulm und ihrer umgebung.

Das erste buch ist erst vor einigen Jahren von dr Hermann Escher neu bearbeitet erschienen, im VI bande der quellen für die Schweizergeschichte 1884, mit vortrefflichen erläuterungen, in sorgfältiger auswahl namentlich der für die geschichte der Schweiz bedeutsamen abschnitte, und mit einem nachwort, welches fein und unparteiisch die bedeutung unseres schriftstellers so ganz ins rechte licht setzt. Escher hat offenbar den freimütigen, vielgewanderten und viel und eifrig schreibenden mönch lieb gewonnen und schätzen lernen, wie Goldast; ungeachtet seiner wunderlichen wortableitungen (die sprachwissenschaft und namentlich die etymologie lag damals noch in ihren windeln), und trotz seinem mangel an kritik bleibt er doch für das, was er selbst gesehen und erlebt hat, ein wichtiger schriftsteller.

Das zweite buch enthält nun den tractatus de civitate ulmensi, der mit dem ersten buch nur ganz äußerlich zusammenhängt. Hierbei ist vor allem zu bemerken, dass nur die eine Münchner handschrift, welche der berühmte und gelehrt Nürnberger arzt, dr Hartmann Schedel, im jahr 1502 mit eigener hand geschrieben hat, nach umfang und inhalt mit dem goldastischen texte zusammenstimmt. Alle andern handschriften, die zweite ebenfalls von dr Schedel herrührende Münchner handschrift und die zehn Ulmer handschriften, stimmen im ganzen mit einander überein; sie haben eine andere einteilung und anordnung; und eine ganze reihe zum teil sehr wichtiger ganzer hauptstücke (principalia heissen sie in den handschriften, mit unterabtheilungen, welche den capita bei Goldast entsprechen) fehlt ganz und gar bei Goldast und in der genannten ersten Münchner handschrift, ist aber in allen andern erhalten. Das nähere hierüber s. in den von mir schon vor bald zwanzig Jahren geschriebenen „Prolegomena

VII

zu einer neuen ausgabe des tractatus de civitate ulmensi von Frater Felix Fabri“, in den verhandlungen des vereins für kunst und altertum in Ulm und Oberschwaben. Neue reihe II. Ulm 1870.

Hier mögen noch die sämmtlichen handschriften verzeichnet sein, welche unsern tractatus ganz oder zum theil enthalten.

1. Der codex Monacensis I, in der kön. hof- und staatsbibliothek in München, nach dem dortigen verzeichnis cod. lat. 462, welcher wie bereits bemerkt, das enthält, was Goldast gibt, und zwar sowohl das erste, als auch das zweite buch.

2. Cod. Monacensis II, ebendaselbst, cod. lat. 848 schließt sich an den vorgenannten an, denselben ergänzend, gibt also namentlich das was Goldast, nicht hat. Das sagt die bemerkung am ende der ersten abteilung (des liber I Gold.): sequitur nunc tractatus ultimus de civitate ulmensi et de eius regimine, statu et civibus eius, quae in alio priori libro ultimi et duodecimi tractatus omissa sunt, deinceps per singula capitula completur per F. F. F. Beide cod. Monacenses sind noch vor dem tote Felix Fabris (1502) abgeschrieben.

3. C. Schad., der früheren schadischen bibliothek, jetzt der stadtbibliothek in Ulm angehörig (Ulmens. 6300. 4. IV. D. 15), aus dem ende des 16 jahrhunderts, enthält das 1 und 2 buch mit den ergänzungen des cod. Monac. 2.

4. C. Schmid., aus der sammlung des prälaten v. Schmid, jetzt ebendaselbst wie die schadische handschrift (Ulmens. 5849. 4. VI. B. 2), vorne defekt, hat das 1 buch nicht, und beginnt abgerissen mitten im Principale I verum etsi mulierculæ illæ etc. S. 24 meiner abschr.). Wohl so alt wie die schadische handschrift.

5. C. Ehinger., ebendaselbst (Ulmens. 4951. 4. V. A. 16.), sehr zierlich und sorgfältig geschrieben im Jahre 1593, enthält nur den tractatus de civ. ulm. wie alle folgenden.

6. C. Wollaibii, ebendas. Ulmens. 5850. 4. VI. B. 3.), am 1 mai 1727 vollendet von dem gelehrten pfarrer Marcus Wollaib, enthält vorzugsweise das principale IV und V, von den vorangehenden nur wenig.

7. C. Gockelii, in der ulmischen chronik von Eberhard Gockelius, M. D., ebendas. (Ulmens. 12. 4. VI. B. 3.). Sie

VIII

ist aus dem j. 1678 und kündigt sich selbst als eine abschrift aus der schadischen handschrift an, enthält aber die damals längst gedruckten theile nicht, dagegen das noch nicht gedruckte sorgfältig und vollständig.

8. Ebenfalls aus dem Schad'schen exemplar ist eine von meinem seligen vater für den eifrigen sammler für die ulmische Geschichte, hauspfleger Neubronner, gefertigte abschrift, auch nur das ungedruckte gebend, ebendas. Ulmens. 6301. 4. IV. D. 16.

9. Ferner eine kopie des wollaibischen auszugs, eben-dasselbst Ulinens. 1679. 4. I. D. 13. Diese drei letzten abschriften, namentlich aber 8 und 9, sind weniger bedeutend als die vorangehenden, von welchen keine als eine abschrift der andern sich ausweist. Ob irgend eine vom original abgeschrieben ist, wird schwer zu entscheiden sein, am ehesten sind es die Münchner 1 und 2.

10. Hierzu kommt noch c. wiblingensis, aus der bibliothek des abts Meinrad von Wiblingen in den besitz des rektors dr Moser in Ulm und dann in den meinigen gelangt, enthält den ganzen tractatus, wie die ältern handschriften, auch die kapitel Goldasts, den er kennt und nennt, und stimmt vielfach mit dem c. Schmid überein, ist aber jedesfalls von kundiger hand geschrieben.

Bis hierher sind die handschriften auch in den oben angeführten verhandlungen des kunst- und alterthumsvereins aufgeführt. Seitdem habe ich noch folgende erworben.

11. C. Klapp., dieser soll früher im besitz einer mit der patrizierfamilie von Schad verwandten frau von Klapp gewesen sein, und wurde von einem abkömmling derselben meinem ehmaligen schüler, dem polytechniker Heyl, überlassen, welcher die handschrift mir brachte. Es sind 2 bände; der erste enthält das erste buch Goldasts, aber unvollständig, der zweite ist eine vollständige abschrift des tractatus de civ. ulm., mit dem schadischen codex am meisten übereinstimmend, doch nicht immer, und wenigstens ebenso alt.

12. C. Besserer., ein manuscript, geendet im Jahre 1666, auf dessen erstem blatt am rande wie von kinderhand geschrieben steht, „Besserer von Dahlplingen 1846“, erkaufte ich im Jahre 1886

IX

von dem antiquar A. Stargardt in Berlin, der es in seinem lagerkatalog nr 159 angeboten hatte. Er stimmt im ganzen mit Gockel und Schmid und zeigt mehrfach dass der schreiber mit dem gegenstande wohl bekannt ist und besonderes interesse daran hatte; davon zeugt unter anderem namentlich die schlussbemerkung, die er Gockel nachschreibt und mit welcher auch dieses vorwort schliessen mag: *Quinto principali membro, nimirum de politia s. regimine civitatis Ulmæ, XVII tribuum enarratione finita, agit m. sc. de profectu civitatis ulmensis, et quomodo dominia acquisiverit. Quo F. F. F. historia Suev. typis excusa cap. IV. libr. 2. absolvitur. Sextum principale, scil. de regionibus conterminis, principatibus et comitatibus etc. enodatur cap. V. dict. libr. 2; monasteriorum vero Ulmam cingentium descriptio a cap. 6 usque ad finem dictae historiae Suev. extenditur. De septimo principali, nempe chronica antiquae civitatis cum nova continuatione etc., neque manuscriptum, neque typis excusa Suev. historia quicquam exhibit, nisi contenta dicti capit is IV de profectu civitatis ulmensis etc. pro laudatis accipere vel agnoscere velis.*

Inhaltsübersicht.

MSS.	Goldast und Mon. 1. Historiæ Sueviæ liber secundus.
(mit ausn. v. Mon. 1.)	
Tractatus de civitate ulmensi.	
Proœmium.	fehlt.
Principale I. De ulmensis civitatis origine et antiquitate.	fehlt.
Principale II. De mensura antiqui oppidi et eius parvitate.	fehlt.
1. De antiquo oppido.	fehlt.
2. Quomodo Ulma data fuit Owiæ Magnæ.	Caput II.
Principale III. De eius destructione, reædificatione, ampliatione et magnitudine.	
1. Quomodo civitas destructa et reædificata fuit.	Caput III.
2. Forma vel facies civitatis.	Caput I.
Principale IV. De populi eius in septem ordines et societates divisione.	
1. De sacerdotibus.	fehlt.
2. De nobilibus.	
3. De principali ordine.	
(Die regierenden geschlechter, patricier.)	
4. Ordo civium quartus.	
(Die von der guten gemein.)	
5. Negotiatores.	
6. Laboratores.	
7. Forenses.	

MSS. (ausgen. Mon. 1.)	Goldast und Mon. 1.
Principale V. De politiæ communiatis ordinatione.	fehlt.
1. De singulis zunftis.	fehlt.
2. De prefectu civitatis et quomodo dominia sua acquisivit.	Caput IV.
Principale VI. De regionum et monasteriorum per eius gyrum nominatione.	Caput V.
1. De principatibus et comitatibus conterminis ulmensibus.	
2. Nomina describendorum monasteriorum hic exprimuntur, et plagæ situationis.	Caput VI.
3. Descriptio monasterii egregii Elchingen secundum subiectum ordinem.	Caput VII.
4. De monasteriis Medlingen et Medingen.	Caput VIII.
5. De Roggaburg monasterio.	Caput IX.
6. De Ottenburen monasterio.	Caput X.
7. De Wiblingen monasterio.	Caput XI.
8. De Hegbach monasterio.	Caput XII.
9. Demonasteriis ad plagam occidentalem civitatis ulmensis situatis. Sequitur Urspringen.	Caput XIII.
10. De locis inter Urspringen et Burronem (et de Wilerio inclusorio).	Caput XIV.
11. De reclusorio Wiler.	
12. De Blauio flumine et eius origine et de loco Blauburensi et de monasterii institutione et aliis condependentibus.	Caput XV.
13. Via a Burrone in Seflingen et Ulmam.	Caput XVI.
14. De locis prope Ulmam extra mœnia civitatis.	Caput XVII.

Abkürzungen in den varianten.

Bess. bedeutet die bessererische handschrift.

Eh. " die handschrift von Ehinger.

Gok. " " " von Gockel.

Gold. Fr. bedeutet die Frankfurter ausgabe von Goldast. 1605. 4°.

Gold. Ulm. bedeutet die Ulmer ausgabe. 1727. Fol.

Gold. ut. bedeutet diese beide gedruckten ausgaben.

Kl. bedeutet die klappische handschrift.

Mon. 1. bedeutet die Münchner handschrift cod. lat. 462.

Mon. 2. " " " " " 848.

Sch. od. Schad bedeutet die schadische handschrift.

Schm. bedeutet die schmidische handschrift.

Wibl. " Wiblinger handschrift

Vees. bedeutet Veesenmeyers abschrift für Neubronner.

Woll. bedeutet die wollaibische handschrift u. abschrift.

Tractatus de civitate ulmensi, de eius origine, ordine, regimine, de civibus eius et statu.

Ultimo loco describenda mihi venit Ulma civitas iuxta promissa in prima parte, quia est terminus a quo evagatio mea incepit et ad quem terminata est. Difficilis est autem mihi huius oppidi descriptio, cum neminem ante me reperiam qui vel modicum de eo scripserit, et affectus magnus in me sit clare de eo disserere. Scio enim teste Jeronymo in prologo ante librum de illustribus viris, quod pessimus magister est homo met sibi in compositione librorum et maxime cronicarum, nova enim cudere formido etiam ex veteribus verbis. Verum quia aliter faciendum non invenio, cum indulgentia id aggredi præsumo. Porro indifferenter, cum de Ulma loquor, nominabo eam urbem, civitatem, oppidum, villam, castrum, castellum, burgum et vicum, cum ei omnia illa nomina convenient.

Est enim Ulma urbs, prout urbs ab orbe dicitur, quia tam antiqua quam moderna Ulma orbiculata et rotunda est et quasi in circulum deducta. Non tamen debet urbs simpli citer sine additamento dici nisi sola Roma, quæ semper intelligitur quando urbs tantum ponitur (ut habetur de pœnitentia et remissione c. significavit¹). Si autem urbs ab urbare dicitur, Ulma bene urbs nominatur, quod aratro sicut aliae urbes diffinita creditur, urbare enim dicitur aratro diffinire per

*

1 ut habetr de pe et re c significavit. Mon. 2. de penit. et remiss. Gok. et Wibl. Das citat haben nicht Schad. Eh. Kl.

sulcum circularem ad designationem circuitus murorum erigendorum. Ab antiqua enim consuetudine cum urbs aliqua fuit ædificanda, circuitus eius designabatur aratro ad imperium principis, sine cuius iussu nemo civitatem aedificare potest. Et quia res in ea resolvitur, ex quibus constituitur, ideo mori dicitur civitas quando per imperatorem condemnatur ad aratum propter demerita, et circumducto aratro desinit esse urbs et perdit omnia privilegia. Sic legitur Fridericus primus Mediolanum condemnasse et per plateas aratum duxisse. Quia in urbe condenda fiat urbatio patet ff de verborum significazione l. urbis.

Demum sicut Ulma urbs dici potest, sic et civitas, quod civitas et urbs idem sunt. Et si oppidum aliquod aut castrum non sit civitas, ipso facto efficitur civitas si papa vel imperator scribat ei ut civitati (Innocentius et Ioannes in c. cura ecclesiarum de officio ordinarii). Notum autem est ex antiquis et novis Ulmensium literis quod papa et imperator semper scripsit Ulmae ut civitati. Dicitur etiam civitas quod non saxa nec muri nec fossata, sed unitas civium civitatem facit (de rescript. communitatum, de sentent. ex communi civitas). In Ulma autem est civium pulchra unitas. Dicitur insuper civitas communitas gubernata legibus latis ab eo qui solvere et instituere civitatem potest scilicet principe. Talis autem communitas est in Ulma, ergo est civitas.

Opidum etiam, scriptum per simplex p ab ope vel opibus dictum, est Ulma, quod opem et protectionem suis inhabitatoribus fert et opes ac divitias non modicas continet. Oppidum insuper per duplex pp quasi oppositum dicitur propter murorum opositionem, quia murus stat contra murum, sicut menia interiora stant contra domorum muros a parte interiori et contra muros exteriorum meniorum. Ex alio oppidum dicitur terra murata non habens episcopum, sicut Ulma (Bald. l. I, c. quæ sit longa consuetudo)¹.

Dicitur etiam castrum quasi casa alta, sic et Ulma antiqua in eminenti loco posita dicitur castrum; vel a castrando,

*

¹ Sieh cod. lib. VIII tit. 53. (II s. 766. corp. jur. ed. Gothofr. Lips. 1705.)

quia in eo castrantur i. e. arcentur homines ne evagantes captiventur.

Deinde etiam burgus nominari potest propter fortē armaturam ejus. inde cives ejus in vulgari locutione dicuntur burger i. e. domini burgi. Nam Germania subacta per Romanos posuerunt Burgundionum gentes in castris a quibus sortita sunt nomen, quod castra, oppida et civitates dicuntur burgi.

Villa etiam dicitur Ulma, non quidem simpliciter, quia sic villa dicitur quae non est muris circumdata (Bart. post gloss. in l. Si heres est viæ)¹, sed villa dicitur imperialis, quae additio super oppidum et civitatem Ulmam extollit, est enim una de quatuor imperii villis supra quas imperium fundatum dicitur in Karolina Karoli quarti, quae villæ sunt² Babenbergia³, Schletstat⁴, Hagnowia et nostra Ulma. Sed et Karolus primus, qui magnus dicitur, in litera donationis, quae Ulmam donavit abbatи Owiæ magnæ, dicit: dono donamus regalem villam nostram Ulmam etc., non utique intelligendum villam undique apertam, nullo muro clausam sed locum regali et imperiali titulo dignum. Nec valet obiectio qua dicitur: Karolus magnus primus et Karolus quartus nominant eam villam, ergo villa est immunita et misera; cum dicant villam imperiale et regalem. Sic etiam Galli maximas urbes villas nominare consueverunt, ut urbem Parisiensem, Turonensem etc.

Dicitur etiam Ulma vicus, improprie tamen. Vicus enim nulla civilitate regitur, nec muris aut fossatis protegitur, et viis undique pervia habetur, et respectu ultimi Ulma vicus dicitur, non respectu duorum primorum; ab omni enim plaga publicæ stratæ transeunt per Ulmam.

Sic patet Ulmam esse urbem, civitatem, oppidum⁵, villam, castrum, burgum et vicum.

*

1 bar post glo in L si heres est viæ Mon 2. Bart. gl. in l. si heres . . Gock. Bess. Die stelle konnte ich nicht finden. Die übrigen handschriften lassen das citat weg. 2 Bambergia Schad. Eh. Wibl. Gok. Kl. Babemberga Bess. 3 Schlettstat Mon. 2. Schlettstat Wibl. 4 Hagenia Eh. Hagenowia Schad. Kl. Hagenow Bess. Hagenau Wibl. 5 opidum, oppidum Mon. 2 Sch. Kl. Bess.

De qua septem in sequentibus erunt dicenda, in quibus totus ejus status includitur:

- I. De Ulmae civitatis origine et antiquitate.
- II. De mensura antiqui oppidi et eius parvitate.
- III. De eius destructione, reædificatione, ampliatione et magnitudine.
- IV. De populi eius in septem ordines et societates divisione.
- V. De politiæ communitatis totius urbis ordinatione.
- VI. De regionum et monasteriorum per eius gyrum nominatione.
- VII. De cronica antiquæ civitatis ulmensis cum nova continuatione.

Principale I.

De origine civitatis ulmensis eiusque vetusta antiquitate.

Ulmam esse antiquissimum oppidum sequentia manifeste demonstrabunt. Sed quis conditor eius fuerit si nesciam, nemo miretur nec condemnnet imperitiæ, quia, ut inquit Isidorus l. 15 Etymologiarum in c. 1, de autoribus conditarum urbium plerumque dissensio invenitur, adeo ut nec urbis quidem Romæ origo possit agnoscî; nam Salustius dicit urbem Romam a Trojanis primo ædificatam et inhabitatam, Virgilius ab Emando, Eusebius a Romulo, Orosius¹ a primo Latinorum rege Proca; omnibus autem notum est, quod ante hos omnes Janus pater et deus deorum nominatus in Janiculo monte haud longe a Roma civitatem condidit, in qua primus Italî rex regnavit, et Saturnum regem Cretæ a Jove pulsum hospitio suscepit, qui et ipse non longe a Jani civitate urbem construxit. Manet ergo sub dubio, an Romulus Romam primo construxerit, quamvis dubium non sit urbem a se denominatam, ex quo fundationis honorem faciliter usurpare potuit, etiamsi fundator non extitit. De clarissima etiam totius orbis civitate Troja, etsi sciatur eius initium et finis, locus tamen suæ situationis nulli umquam pro certo compertum est. Sed et Thebanæ, Lacedaemoniæ, Atheniensis, Corinthi, Mycenæ, Larissæ et aliarum Græciæ maximarum et nominatissimarum urbium, si nunc requiras muros, nec ruinas invenies, imo solum in quo jacuerunt, nemo queat ostendere, antiquitate

*

1 Honorius Wibl. Horatius Gok. Bess.

causante errorem. Nihilominus tamen omnes locorum et temporum descriptores suas expresserunt opiniones, quos nos imitamur, et legimus et s^ep^ee firmiter tenemus, quod ipsi cum formidine et opinative dixerunt de temporibus et locis. Ea ergo quæ de origine civitatis Ulmensis dicam, sanctorum auctoritate roborare nequeo, aut antiquorum philosophorum dictis, sed ex apparentibus nobis et præsentibus et notis originem eius oppinari rationabiliter possumus.

Originem ergo civitatis Ulmensis et antiquitatem eius investigare ex duobus possumus, scilicet ex nomine et ex situatione eius.

Ex nomine quidem, quia constat nomina civitatibus imposta non casualiter sed ex deliberatione fundatorum, nominantes eas suis vel filiorum nominibus. Sicut ante diluvium Cain primam fundans in India civitatem eam nomine filii sui Enoch nominavit¹, et post diluvium Nimroth tyrannus in loco confusionis linguarum civitatem ponens eam Babylon i. e. confusionem nuncupavit, sic Salem civitatem Salem quæ nunc Jherusalem dicitur, nominavit, quam destructam penitus Helius [Ælius] Adrianus imperator reedificans eam Heliam [Æliam] a se denominavit, sic Dionysius Nysam, Medius Medam, Perseus Persam, sic Julius Juliacum. Et aliquando nomina ab aquis adiacentibus civitatibus sunt imposta, ut Susa dicitur a Susa flumine eam praeterfluente.

Aliquando ab aliquibus eventibus accepta sunt nomina civitatum, ut Gaza civitas sic est dicta quia Cambyses ibi thesauros repositos habuit, nam gaza idem est quod thesaurus. sic Argentina propter argentum collectum in ærarium Romanorum, et Basilea sic dicta quia in regio loco sit constructa, nam apud Græcos basilei dicuntur reges, vel dicitur a basis, quod est fundamentum, et le, quod est firmitas, et a sine: quasi civitas fundata sine fimo fundamento, vacillans terræ motibus, vel dicitur a basis, quod est populus, et lea ecclesia: quasi ecclesia populi. Vulgus tamen dicit sic eam nominari a basilisco ibi latitante olim et plurimos sua inspectione inficiente, post cuius defectum civitati nomen sordidum reliquit. Legimus quod

*

11 Mos. 4, 17.

quidam iuvenis arietum pastor de floribus coronam sibi causa ornatus et lætitiae contexuit, contra quem basiliscus ex caverna consurgens eum petiit, sed pastor forti conamine contra eum pugnavit. hoc ut vidit Pæan Apollinis filius, miratus valde quod pastor non mortuus fuit visu basilisci, et accedens sertum de eius capite tulit, statimque exspiravit. Pæan autem singulos flores in mortui os posuit, et tandem per contactum unius floris revixit. Colonia etiam sic vocata non ab incolatu Francorum, sed Romanorum, a Claudio cæsare condita, et ab eius coniuge Agrippina nomen accepit Agrippina. Thuregum oppidum in finibus duorum regum situatum et hinc dicitur Duregum et per abusum Thuregum, quod metas Germaniæ et Galliæ regnum per sui fluminis videlicet Lindemati cursum dividit, et antiquitus vulgariter dicebatur zwirich, duo regna, nunc vero Zürich vocatur. Et Alexander magnus in loco, ubi mortuus fuit equus suus dilectissimus sibi, nomine Bucephalus, ædificavit civitatem, cui nomen equi sui dedit, quæ dicitur Bucephala. Et senatus Venetus navem grandem deauratam, in qua dux et senatus pro tempore ad spectacula procedunt, nominant Bucephalum vel Buccatum et Bucentaurum ab equo prædicto. Scimus etiam ex historiis quandam gravissima bella orta in constructione urbium ex contentione de nomine impnendo. Unde ob hanc causam Romulus occidisse dicitur fraterem suum Remum, quia Romulus volebat urbem a se Romam denominari (de hoc legitur et notatur in l. VI tr. ff. de rerum divisione in textu et glossis)¹, Remus vero Remam dici voluit, et in una litera differentes facti sunt. Augustinus etiam 18 de civitate dei narrat deorum in nominatione civitatis Atheniensis item, quæ id nomen accepit propter olivam de terra crescentem, sicut etiam Jhericho dicitur civitas palmarum 2 Paralip. c. 28, quia ibi in habundantia palmæ crescunt. et alia quam plurima loca a terra nascentium nominibus nomina sortita sunt, ut monasterium Wingarta a vineis et vitibus,

*

1 De hoc. le et no in l. VI tr. ff. de rerum diuisione in sex et glo. Mon. 2. De hoc l. vlt. ff. de rer. diuis. in text. et in gl. Gok. Bess. Das citat fehlt bei Schad. Eh. Wibl. Kl. Siehe Instit. II. tit. 1. Digest. lib. I. tit. 8. Novell. Just. 107.

monasterium Carthusiensium prope Memmingen a buxo arbore Buxhaim dicitur, et civitas Stockgardiensis dicitur a trunco et horto, quia dum oppidum erigi debuit, arbores multæ ibi stantes detruncabantur, et vulgus nomen loco imposuit dicens Stockgarten, sicque oppidum nomen retinuit. Alii dicunt quod sic nominetur ab equabus, de quo non est vis, sive ab illo vel isto dicatur. Sunt etiam quam plurima nomina civitatum et villarum quorum nulla ratio suspicari potest, et tamen sine ratione minime sunt imposita. De his nominum rationibus late habetur in Isidoro (Etymolog. lib. 15 in cap. 1 per totum), qui ex nominibus communiter venatur origines civitatum. Sic et in proposito nostro faciendum censeo.

Ulma enim est nomen non barbaricum sed latinum, declinabile, omnibus familiare et ad exprimendum facile, oppido imperiali impositum, ex causa, haud dubium, proportionata nomini, area namque civitatis Ulmensis uliginosa ex natura est et locus totus humidus et aquosus, quod uliginosum dicitur vel ulinosum nominant, tum ex concursu aquarum de tribus fluminibus, tum etiam ex uliginosa vel ulinosa humo, de qua fontes quam plurimi scaturiunt et ubique in ea aquæ vivæ reperiuntur, ita quod humus per se sine civitate in suo nomine ex natura præfert nomen civitatis, sive dicam humus uliginosus vel ulinosus, quorum utrumque invenitur. Nam uligo est naturalis humor terræ nunquam ab ea recedens, viridem et fecundam eam reddens, et talis est area civitatis Ulmensis. Ex illa autem uliginositate terræ præ ceteris arbores crescere solent in magna multitudine quæ latine vocantur ulmi, vulgariter vero et theutonice dicuntur felba vel erla vel aulber¹, et quamvis sint distinctæ arborum species felba scilicet et erla, tamen forte habent idem nomen quod utrumque reperi in theutonicis bibliis super illo Esaiæ 41²: ponam in deserto abietem ulmum et buxum, et in vocabulariis. nec in illo vis latet aliqua, sive unam solam, sive ambas vel omnes tres species significet, ex humo enim areæ ulmensis utrumque genus arborum copiose

*

1 Felbe ist *Salix alba* L.; Erle *Alnus glutinosa* Gärtn. und incana Dec., letztere bei Ulm an der Donau und Iller häufig; Alber ist *Populus alba* L.; allerdings recht verschiedene bäume. 2 Jes. 41, 19 Gok. Bess.

crescit scilicet ulmi felba et ulmi erla et ulmi aulber, et ante constitutionem civitatis erat ibi, nulli dubium, silva ulmorum et densem ulmerium et delectabilis Ulma i. e. ulmorum silva. Sicut ergo ab uligine terræ arbores crescentes dicuntur ulmi et silva ulmorum ulmerium vel ulma, sic civitas in uligine inter ulmos vel in loco ulmorum fundata Ulma congruissime nominatur, quia locum ulmorum occupat. Sed quis Ulmam in ulmam [ulmorum] silvam fundaverit, deprehendere poterimus, si veterum superstitiones et alibi facta ad memoriam reduxerimus. Tradunt autem veterum gesta Amazonas fortissimas feminas e nostra Bohemia ortas, cum iracundo regimine Asiam domassent et Europæ non minimam partem, hanc habuisse suæ sacratæ superstitionis consuetudinem, quod in locis uliginosis inter ulmos et super ulmos Dianæ sagittiferæ templa exstruerent, in quibus sacra sua gentili ritu perficere solitæ erant, nec alibi quam in locis uliginosis inter ulmos et in ulmorum lucis Dianam sibi placatam reddere posse credebant, quam æstimatabant lunæ currum gubernare, quæ utique mater aquarum et frigidi et humidi genitrix, ideoque in uliginosis respectum eius esse singularem iuxta mysteria theologiae poeticalis. Dum autem in minori Asia tyrannizarent, in quodam loco ad littus maris invenerunt nemus ulmorum, in quo super truncum ulmi erexerunt templum mirabilis artificii in stuporem et admirationem cunctis gentibus et sæculis, eiusque in circuitu ingentem condiderunt urbem Ephesum, quam simul cum templo Dianæ dedicarunt perhenni ritu, unde usque ad apostolorum tempora in religione illa mansit, ut patet act. 19, ultra duorum milium annorum tempora, quibus ante incarnationem Amazonarum regimen incepit. Erat autem templum illud Dianæ adeo magnificentum, ut cum Xerxes Persarum rex omnia Asiatica templa igni cremaret, huic uni pepercit, sed post modicum Herostratus, ut nomen memoria sceleris extenderet, nobilem fabricam incendit, sicut ipse fassus est, voto adipiscendæ famæ latioris, ut rem ageret, quo eius memoria apud mortales maneret, sed senatus decretum tulit ne quis ejus nomen literis mandaret, sed minime paritum est, quando usque ad nostram æstatem sacrilegi nomen pervenit, sed cum infamia et dedecore, cuiusmodi nec Neronis nomen, nec Judæ proditoris ulla unquam

conticescet posteritas. In loco vero combusti templi aliud præstantius templum construxerunt, ad cuius decorem sectatrices¹ Amazonarum feminæ ornamenta sua obtulerunt et opulentissimum factum fuit. Non solum autem in Asia cultum Dianæ Amazones induxerunt, sed in cunctis locis bello obtentis, unde domata Asia Europam petunt et florentes Macedoniam, Illyricum, Pannoniam devastant, et inde penetratis Alpibus usque in Sueviam pervenerunt et Vindelicorum urbem nunc Augustam in suam redegerunt potestatem, ut eiusdem civitatis cronicæ docent. Pervagantes autem prædandi causa Sueviæ viciniora loca cum nemus ulmorum in loco ubi nunc est Ulma invenissent, suæ superstitioni nemus illud aptissimum iudicaverunt, moxque eum Dianæ consecraverunt, lucum tenebrosum consecrantes, templum erigentes et eunuchantes ad sacerdotium viros, quibus choros virginum adjunixerunt juxta ritum cultus Dianæ. Insuper Nympharum sacra tam juxta flumina coeuntia, quam secus fontium cavernas et latices in ulmerio illo celebrabant, et Suevos captos in lucis et umbraculis in sui concubitum invitabant, ut conceptis foetibus in suas remigrarent sedes. Ingens illis Amazonibus cura erat Dianæ et Nympharum celebrem perficere ritum et augere cultum præcipue in eis locis ritui aptis, nisi enim hoc agerent, nequaquam, ut opinabantur, terras subjicere, reginas præficere regnis potuissent. Ut autem perhennis maneret in loco inchoata religio, civitatem ibi fundaverunt, relinquentes ei nomen proprium a nomine appellativo loci et arborum. Harum feminarum regimen ante tempora Abrahæ incepit et usque ad Alexandri magni tempora duravit. Et nihilominus debilitato et sedato earum cursu per mundum, in insula quadam usque tempora clarissimi Arturi regis Britonum, qui fuit post domini incarnationem quadringentis octoginta novem annis², duraverunt et forte hodie perdurant. Ad curiam enim præfati regis formosissimus venit iuvenis enutritus inter Amazonas pro femella per quindecim annos³, sed dum celari amplius sexus non posset, ejectus

*

1 factatrices Mon. 2. Sch. Kl., sectatores Amazonarum feminæ Mon. 2. 2 489 annis Mon. 2. Bess. 3 Wie heißt dieser jüngling? Parcival? Tristan oder Gawein, wie ein gelehrter vermutet?

extra insulam in curiam præfatam devenit et miles factus arduissima gessit, maternæ bellicositatis hæres effectus. Creditur autem tempore Amazonum sacrum maximum fuisse Ulmæ juxta fontem, qui dicitur ad antiquas cannas (zun alten röhren) et olim densissimum lucum ibi fuisse, nam iuxta aquarum eruptiones et fluminum confluentias exercebant auguria et quærebant a diis responsa, quia errantes cum Thale philosopho putabant aquam esse rerum principium, et oceanum omnium patrem et deum, et omnia flumina et fontes eius esse filios et filias, et habere animam et vitam aquam credebant, et inesse eis divinam mentem, quia videbant quod in omnibus, cessante humiditate et deficiente uligine, cessabat vita, et absque humore nil gigni cernebant nec nasci posse. Ideo in potestate humiditatis omnia dicebant consistere. Quapropter, ut dixi, in eruptionibus aquarum stabant eamque emanantem tamquam dei filiam vivam alloquebantur et responsa petebant, quæ nonnunquam agente diabolo recipiebant et visiones videbant. Unde, ut taceam antiquorum errores, ævo nostri temporis deliræ mulierculæ asserunt absque rubore vultus, ex hiatu fontis antiquarum cannarum formosissimas mulieres prodire et ascendere per gradus noctu, Ulmamque pervagari, sed quo vadant et quid agant non publice prædicant, sed occulta fide poetizant dicentes, eas in obsequium liberi patris Bacchi cubilia lustrare, ut ubi Bacchi virtutem imminutam¹ invenerint, ministrando humiditatē venerem adjuvent. verum etsi mulierculæ illæ non ita clare exprimant mysteria poetica, rem tamen magis turpiter enodant. Has feminas dicebant antiqui esse filias Nerei et Doridis, prolium Oceani. et nominabantur Nereides Nymphæ, quas Amazonæ colebant, ut dictum est. Ex hiis ergo habetur naturale principium loci civitatis Ulmensis et opinatum ipsius civitatis initium.

Ulterius aliud principium civitatis ulmensis quidam ex nomine ejus posuerunt, dicentes olim fuisse gentes oram Balthei maris incolentes et utrasque ripas Vistulæ et Hystulæ. Dice-

*

1 virgam inmunitam Mon. 2. virtutem immunitam Schad. Eh. Kl. virtutem imminutam Wibl. Gok. Bess. Hier beginnt cod. Schmid.

bantur autem gentes illæ Ulmerigi¹ ut habet Michael de insignibus orbis². Gothi ergo ab insula Scandavia in continentem descendentes Ulmerigos³ e terra sua repulerunt condescendentes in eorum loca. Ulmerigi⁴ vero alias sibi sedes quærere coacti in diversas dispersi sunt regiones, quorum aliqui per Danubii ripas ascendentibus in loco, ubi fluvius navigabilis esse incipit, conserderunt, et villam constituentem ipsam Ulmam a suo nomine nuncupaverunt. Aliquando inveni nomen illius gentis scriptum per aspirationem h. Hulmerigi⁵, et sic etiam in antiquissimis litteris invenitur Ulma per h. scriptum Hulma. Et circa hoc incidit mihi quoddam divinum, quod forte Hulmerigi⁶ dicti sunt a Hul, vetustissimo filio septimo Sem filii Noe, ut habetur prima paralipom. I⁷, procreati, et a fratribus de oriente divisi, septentrionem obtinuerunt in parte maris Balthei, quod mare Prutenicum vocant, et ab eo diffusi usque huc Ulmam vel Hulmam erexerunt. Scimus autem Sem fuisse nobilissimum Noe filium a quo ingenuitas diffusa orbem decorat universum, cui dictum est genes. 9⁸: Benedictus dominus deus Sem, sit Chanaan servus eius, dilatet deus Japhet et habitat in tabernaculis Sem, sit quoque servus ejus Chanaan. tabernacula Sem sunt civitates, in quibus filii Japhet i. e. cives habitant, quibus Chanaan i. e. rustici servi sunt. haec ad oculum sic fieri cernimus. Ex hoc autem non parva nobilitas civitatis Ulmae et civium suspicari potest, sed et longæva

*

1 Vlmægeri Schad. Kl. Ulmigeri Wibl. Gok. Bess. Vlmegeri Mon. 2. Eh. Schmid. [• Taciti Bructeros Ulmigeros quoque dictos tradit Glareanus. So Abr. Ortelii synonima geographicæ. Antwerp. 1578. s. 70. Glareanus im commentariolus in P. Com. Taciti Germaniam sagt: iuxta Tencteros Bructeri, hodie Pruteni et Prussi vocantur: forsitan a Tencteris pulsi in Sarmatiā concessere. Sidonius: Bructerus ulmosa quem volucer abluit unda. Ulmigeri quoque dicti sunt. (Schardii, Simon.) historicum opus. Basileæ 1574.] 2 Michael de insignibus orbis ein schriftsteller den ich nirgends finden konnte. 3 Incontinenter descendentes Schad. Eh. Vlmerigæ Schad. Kl. Vlmerigos Mon. 2. Vlmerigeros Eh. Wibl. Vlmerigæros Schmid. Vlmerigos Gok. Bess. 4 Vlmigeri Schad. Kl. Eh. Schmid. Wibl. Gok. Bess. Vlmegei Mon. 2. 5 Hulmigeri Schad. Kl. Schm. Eh. Wibl. Gok. Bess. 6 Hulmigeri Schad. Kl. Eh. Schm. Wibl. Gok. Bess. 7 1 Chron. 1, 17. 8 Genes 9 (v. 26) Bess. [eigentlich Gen. 9 v. 26. 27.]

antiquitas, nam Gothorum sævitia tempore Constantini magni incepit, qui fuit anno domini 334, in qua Hulmerigi dispersi loca alia occupavere.

¹ Alii initium civitatis ulmensis sic dicunt esse. Quidam nobilis castrum et oppidum dicitur habuisse in valle, quæ est ad latus occidentate montis sancti Michaelis, quæ vulgariter dicitur Kruogtal ². hic proficisci volens ob causas ad transmarinas partes, alteri sibi familiari nobili curam omnium dereliquit et profectus est, nobilis autem curam sibi creditam in suam convertit voluptatem et tam uxore quam aliis rebus peregrini abusus felicitatem adeptam sibi retinere cogitabat, unde revenientem nec cognoscere volens nec in sua intromittere. Exul autem collectis armatis amicis infidelem tutorem cepit et digna peremit poena, et in detestationem tanti sceleris in eum commissi castrum et oppidum funditus destruxit, et sublatis lapidibus ac omni substantia, omnia in locum inter Danubium et Blauum transtulit et ibi sibi castrum novum et oppidum construxit. Hunc nonnulli ulmensium existimant fuisse unum de genealogia Strölinorum, quam ingenuam et vetustissimam dicunt, sicut patebit in sequentibus ³.

Alii dicunt oppidum Ulm a nobilissimis baronibus de Klingenberg ⁴ constitutum, qui olim in omnibus fere Sueviæ partibus oppida et castra ac monasteria construxerunt, relinquentes in constructis aliqua signa vel sui nominis vel arborum, ut oppidum Klingnaw ab eis constructum ab eis nomen habet, et castrum Klingen et castrum Klingaberg, et monasterium in minori Basilea Klingental, et castrum prope Ulmam Klingenstein, a quo Ulmam initium sumpsisse autemant per nobiles de Klingenberg in eo manentes. In cuius rei signum dicunt eos Ulmensibus dedisse sua insignia: arma, vexillum

*

1 Incipit Tractatus Ultimus de civitate ulmensi de eius origine. Quidam initium . . so fängt die handschr. Wollaibe an. 2 kruog (krüg)-thal Schad. Schm. Kl. Eh. kruegthal Wibl. Krugthal Gok. Woll. Bess. 3 Von den Strölin a. princ. IV. c. 3. Das folgende fehlt bei Woll. bis Tertium signum vetustatis . . . & s. 16. 4 Schad. setzt am rande bei: malim Klingen, nam Klingenbergii nunquam ad baronum dignitatem pervenere; cuius familie ultima adhuc superest uxor Philippi de Remerstal, mihi amicissimi, cui multos liberos peperit.

et clypeum duobus nobilissimis coloribus nigro et albo ornata, quo hodie et domini de Klingenberg et ulmenses utuntur sub æqualibus coloribus, differentia tamen est in eo quod domini de Klingenberg habent clypeum galeatum rota aratri ornatum ad torneamentum et utrosque colores sine eorum mutatione hedera perfusos, ulmenses autem super clypeum [non]¹ habent galeam ad hastiludia et bella ornatum et utrosque colores cancellatos sine inductione alterius coloris. Dicunt tamen quidam alio modo nigrum et album Ulmensibus datum ab imperatore scilicet Karolo, qui eos abbati Owiæ approprians dedit eis colores tegumenti illorum monachorum nigrum supra, album infra. Alii dicunt quendam abbatem Owiæ eis dedisse hos colores in honorem suæ progenie et perpetuam rei memoriam, quia ille abbas erat unus de progenie Klingenberg. Alii dicunt quod cum Ulmenses suam villam in muros inclusissent et oppidum in dies augmentaretur, petierunt ab imperatore insignia vexilli et clypei multis annis, tandem autem imperator victus cum impacientia fasciletum quod manu gerebat in lutum projectit, pede panniculum luto infigens, cuius tamen inferior pars casu, non industria, extra mansit. Assumens ergo imperator fasciale in parte sordidatum obtulit potentibus, »Insignia!« dicens, »et quid aliud merentur rustici sordidi nisi tale insigne sordidum?« accipientes ergo nigrum et album distincta invenerunt et secundum hoc vexilla, clypeos et arma depinxerunt.

Alii dicunt, quod in tempore illo, quando Suevi senensem civitatem construxerunt, ut supra dictum est, Ulmenses memorabili labore consensu omnium principum insignia eiusdem urbis inversa habere meruerint. Habent enim Senenses album supra et nigrum infra, sed ulmenses contrario modo.

Alii dicunt de nomine oppidi Ulm quod ideo sit ei nomen impositum, quia in ea comprehendatur numerus anni sue constitutionis, habet enim MLV et esset fundata civitas anno MLV, sed an ante vel post Christi nativitatem tot anni fluxerint, non dicunt, nam si ante Christi nativitatem anno 1055 est ædificata, habuit initium tempore Salomonis vel modicum post, si post nativitatem, initiata fuit tempore Heinrici secundi².

*

1 Dieses non fehlt bei allen. 2 So alle.

quorum utrumque habet instantias, quas pertranseo. Alii tenent quod Ulma civitas a Romanis antiquis latinis sit condita et cum industria sic nominata propter etymologisationem literalem et sillabalem, in quibus perfecte continetur bonae civitatis celebris politia, habet enim Ulma quatuor literas, prima est u significans unitatem et concordiam, secunda est l legum observationes representans, tertia est m modum in omnibus indicens, etiam in legum quarumlibet observantia, quarta est a ad principium, scilicet deum, dirigen, et ad divina sectanda inducens, sine quo alia stare non possunt, ut patet. Demum duas sillabus ul et ma continet hoc nomen, pro eo quod Ulma constituta est ad ulciscendum malum et quasi ultrix malorum per antiquos ordinata. Vel, ut alii putant, post ejus constitutionem ab effectu est Ulma nuncupata. Sicut enim ulmus in palude fixus non putrescit et e contra in lapidem durescit, sic videntes antiqui oppidum hoc proficere et habundare non obstante rigiditate terræ, Ulmam nominaverunt propter sui permanentiam. Vel ideo Ulmam eam vocaverunt, quia muros super ulmorum palos fundaverunt, non existente fundamento solido in uliginoso solo, unde ante renovationem murorum in parte orientali videbantur pali in aqua, super quos moles turrium et onus murorum erant posita.

Aliud initium civitatis ulmensis vulgares referunt, quod dum quondam in loco civitatis tunc silvoso quidam venaretur, cepit ingentem cervum in loco, ubi nunc est ecclesia sanctæ crucis, in cuius fronte auream reperit crucem, unde ibi sanctæ crucis capellam¹ erexit et quedam habitacula iuxta eam fundavit et ita successu temporis in oppidum profecit. Creditur autem ibi fuisse ecclesia parochialis, quia ubicunque fodiatur per circuitum, reperiuntur in copia congesta ossa mortuorum hominum.

Quocunque autem initium sumpserit hoc oppidum Ulma, notum est consideranti singula, quod est vetustissimum, quamvis ex infamia ignarorum prædicetur esse novum, eius vetustatis plura signa accipere possumus.

*

1 Sie stand auf dem Weinhof, an der stelle des schwörhauses. Vergl. Verhandlungen des vereins für kunst u. altert. in Ulm, N. R. II, s. 35.

Primum ex aquarum confluentia. Confluit enim Hylarus¹ et Blauius in Danubium et fit quasi crux ex fluminibus, nam Danubius ab occidente stipitem extendit in orientem, Hylarus² a meridie dextrum facit brachium, Blauius vero a septentrione sinistrum, statque Ulma quasi super ipsam affixa, et sicut per crucem accipimus omnia bona et terrenis iunguntur celestia, sic per Ulmam mediante flumine apportantur bona patriæ, et superiores inferioribus iunguntur. Nam supra Ulmam Danubius cum sit innavigabilis, pæne inutilis est, sed in Ulma auctus fluminibus prædictis fit utilis navigatione Sueviæ, Bavariæ, Austricæ, et peregrinæ merces vicissim terra advehuntur. Ideo terrarum et aquarum descriptores omnes ponunt Ulmam esse in capite Danubii, quia judicant Danubium ibi incipere ubi incipit utilis et navigabilis esse. ex hiis ergo infero quod quamdiu Suevia, Bavaria, Austria inhabitatæ sunt, tamdiu Ulma civitas fuit, quia caput tanti fluminis, a quo præfatæ terræ alluuntur, sine civitate esse non potuit, cum homines ab initio simul communicaverint, ratione ergo communionis humanis contractibus et necessitatibus requirebatur in loco illo ab initio civitas.

Aliud antiquitatis signum est convenientia publicarum viarum et stratarum. Jacet enim Ulma quasi punctum in medio circuli, a quo protractæ viæ quasi lineæ cernuntur ad omnem circuli i. e. mundi locum. Notum autem est quod quamdiu fuerunt homines, tamdiu ambulaverunt per terras, et ita in Ulma, ubi tot viæ coeunt de Alemaniæ regionibus in Italianam et ceteras, necesse est fuisse ab initio, quo homines ambulare coeperunt, in loco habitationes ad minus pro hospitiis peregrinantium.

Tertium signum vetustatis est antiquitas ædificiorum. Nam murus antiquæ civitatis vetustissimus et spissus est, valde firmus de lapidibus compactus, quos moderni artifices nesciunt de quibus locis allati sint, sic ecclesia sanctæ crucis vetusta valde est, et capella sancti Georgii et sancti Ægidii et domus antiqui plebani, et plura alia ædificia vetustatem civitatis demonstrant.

¹ Hylarus so hat Sch. verbessert, statt Hylaris Mon. 2. Schm. Eh. Kl. Wibl. Gok. et Bess. ² Hylarus Schad, wie oben, hylarus Mon. 2.

Quarta ratio vetustatis sumitur ex inventione murorum et ossium humanorum. Nam quasi ubique per civitatem, quando foditur, muri reperiuntur et in multis locis ossa mortuorum, ex quibus suspicari potest stetisse ibi ecclesias. Unde circa portam novam supra ad sinistram anno præterito quidam textor subterraneum habitaculum fodere voluit prout requirit texturæ opus, mirabilem cumulum ossium reperiit. Sic in hospitali dum foderent pro columnis ponendis ad testudinem stuphæ¹ sufferendum, congeriem ingentem ossium reperierunt sic et alibi in plurimis locis, sed et in clivo et loco, ubi domus macellariorum sunt, et supra ubi iam vicus est sub foro, per quem ad portam gregis pontis itur, mirabiles reperiuntur testudines et habitacula sub terra, in quibus credunt olim percussa fuisse numismata.

Quinta racio efficax est ad probandum vetustatem oppidi. Nam anno domini 1348 dum Ulmenses combussissent Judæos et eorum res lustrarent, reperierunt literas missas a Jherosolymis Judæis in Ulma datas tempore Christi, hunc tenorem continentes :

Fratribus qui sunt in transmarina regione Sueviæ in civitate Ulmensi Judæis salutem dicunt fratres, qui sunt Jherosolymis et in regione Judæa, et pacem bonam. De tribulatione magna liberati magnifice gratias agimus denunciantes vobis impium seductorem Jhesum Nazarenum filium Joseph fore de medio sublatum. Cum enim eius insultus et blasphemias amplius sustinere non possemus, accusationem contra eum ad præsidem tulimus. Qui auditis causis, nostræ quoque calamitati compatiens, plurimum castigatum crucifigi jussit et interfici prout meruit, discipulos quoque ejus dispergi. Valete.

Et hodie Judæi fatentur se tales literas habere. Insuper non multi anni sunt quod in cœmitorio fratum minorum repertus fuit longe sub terra lapis hebraicis literis inscriptus, adductus autem Judæus ut scripturam legeret, dixit lapidem illum titulum sepulcri Judaici fuisse, et ante Christi mortem scripturam illam exaratam. hæc ego audivi a fide dignis viris,

¹ stupha = stube, nam. heizbare, badstube; auch die capitelstube in klöstern.

qui a suis antecessoribus audierunt, nec obviat obiectio, qua quis dicere posset, Judæos præfato tempore nondum fuisse per Titum et Vespasianum dispersos, quod verum est, fuerant tamen ante sæpe dispersi in omnes regiones, et quidam eorum etiam licentia habita redeundi in terram suam, nolebant, itaque semper manserunt per regiones Judæi, et hodie si licentia renunt redire Jherosolymam, plurimi si eis optio daretur, remanerent vel remearent, quia divitias, quas hic possident, non reperirent, unde sæpe post revocationem eorum in terram sanctam sponte redierunt in terras, in quibus nati fuerant.

Sextum signum antiquitatis civitatis Ulmensis est manifestissimum. Nam Karolus magnus qui fuit circa annos domini octingentos, donavit regalem villam Ulmam monasterio Owiæ et sunt iam quasi septingenti anni. Manifestum autem est Ulmam ante Karolum fuisse aliquid magni, non villam illo modo dictam sicut nos loquimur de villis, nominantes villas sine muris stramineas habitationes, sed prout Franci et Galli loquuntur de villis, qui maximas urbes et munitissima oppida villas appellant, et hoc innuitur cum in Karolina prædicta nominatur villa regalis.

Septima ratio ponitur in tempore constructionis parochiæ ad omnes sanctos.

Errant ergo illi qui Ulmam putant esse novam civitatem, cum multis veteribus sit vetustior, ut patet de Eslinga, quæ antiquæ reputatur civitas, quam tamen Fridericus primus muro cinxit, qui longe post Karolum magnum fuit.

Ultimum signum vetustatis eius est modus structuræ eius, nam antiquæ civitates in circulum ædificabantur et omnia tumultuosa extra urbes gerebantur, et per omnia sic erat cum antiqua Ulma, ut ex sequentibus patebit.

Principale II.

De mensura antiqui oppidi et eius parvitate.

Cap. 1.

De antiquo oppido Ulm.

Antiquum oppidum ulmense, cuius muri hodie apparent, et circuitum liberum per gyrum in ipsa nova civitate habet, habuit in gyro duo milia et centum passuum, eratque oppidum rotundum fortissimis muris de quadratis sectisque lapidibus munitum. Et duas portas habuit, unam ad orientalem plagam sub turre balistarii quæ nunc turris et custodia malefactorum est et antiquitus dicebatur porta balistarii vulgariter dz schützenstor¹, quia in ea balistarius residebat, unde adhuc hodie in ejus pariete, quæ contra hortum prædicatorum est, balista depicta cernitur. Alia porta erat ad plagam occidentalem, quæ dicebatur porta leonum, sub turre quam nunc nominant turrim minorum, in cuius signum adhuc in parte exteriori portæ sunt duo leones sculpti in lapides, portam observantes. Murus autem gyrans oppidum trahebatur a turre malefactorum contra aquilonem per vicum qui est inter murum coemiterii prædicatorum et inter domum Nicolai Besserers et Sancti Nicolai capellam, et ulterius protendebatur contra chorum capellæ Sancti Petri per locum in quo nunc domus Johannis Giengers stat, ita quod paries alta eiusdem domus orientalis stat super antiquum murum prout optime cernitur, et inter caput capellæ Sancti

*

1 Dz schnitzer tor Mon. 2. Schnitzer thor Schad. Kl. Schmid. Eh. Gok. Schnützerthor Wibl. Daß Schnitzerthor Bess. Dz Schützenthor hat nur Woll.

Petri¹ et murum erat angustus transitus, sicque murus extensus per locum medium illarum domorum Joannis Giengers, Sebastiani Liebers usque ad domum dicti Wick, quæ est ultima in illo domorum ordine ex opposito domus Conradi Rentz et domus dominarum de congregatione Büren². Et in loco domus Wick reflectebatur ulterius murus contra occidentem, declinans contra locum ubi nunc domus Caspari Liebharts³ ex opposito domus Ulrici Ehingers, et ita consequenter protendebatur murus per locum illius ordinis domorum usque in plateam occidentalem ecclesiæ beatæ virginis, et in plateæ loco recurvabatur murus ab occidente paululum in meridiem per locum ubi nunc est conventus fratrum minorum usque ad turrim vel portam leonum. A porta autem illa descendebat murus per locum ubi nunc est ordo unus domorum quasi usque ad Blauium fluvium, et conclusit domum Georgii Ströllins, quæ tunc castrum⁴ erat, sicut hodie patet rem perspicienti, et in cornu illius domus reflectebatur murus totaliter contra meridiem inter civitatis collem et Blauium fluvium quem exclusum habebat, et ita gyrabat inferius forum vini supra habitacula piscatorum descendens usque ad littus Danubii. Attingens autem Danubium paulatim recurvabatur contra orientem usque ad turrim balistarii, quæ porta erat, a qua dimensionem incepimus.

In tempore autem illo quando oppidum sic stabat, tunc ante portam balistarii non erant nec muri nec fossata sicut nunc sunt, sed suburbium ibi erat super littus Danubii, in quo piscatores fullones et cerdones residebant, et balnea sive æstuaria stabant in fossatis infra conventum prædicotorum per quæ nunc latrina eorum emittitur et hospitaliorum in Danubium. Locus vero conventus prædicotorum erat hortus, et cœmiterium fossata, quæ directe gyrabant per vicum prædicotorum et per longum vicum⁵ usque ad domum Johannis

*

1 Bess. in marg. Salmansweilerhof. 2 Bess. in marg. Samlung.
 3 Caspar Liebhartz Mon. 2. Gok. Caspari Liebholtz Vees. Caspari Liebhaz Schmid. Wibl. Eh. Caspari Liebhalz Schad. Kl. Liebhatz Woll.
 4 Bess. in marg. königshof, hodie Newbaw. 5 Longus vicus, wohl die spätere Hafengasse.

Neitharts¹ et descendebant ante portam leonum usque ad Blauium, qui postea vices fossati gessit usque in Danubium. In circumferentia oppidi erant suburbia in quibus tumultuosa tractabantur, oppidum vero quietum habitaculum erat nobilium et divitium. Nam extra portam orientalem Balistarii erat hospitale ubi nunc est (quavis ante ævum nostrum fuerit ubi hodie porta Göglis² est ut antiqui dicunt, et fundamenta anno præterito fuerunt reperta, quando ædificata fuit munitio pectoralis ante portam Gögglingensem³). Per eandem etiam portam erat exitus in ecclesiam parochialem ad omnes Sanctos et ad sepulturas. Nam parochia nulla erat in oppido, ne pulsu, cantu, concursu, sepulturis oppidum inquietaretur, sicut hodie est in quam pluribus civitatibus Græciæ, Italæ et Dalmatæ. Insuper per eandem portam ultra hospitale erat super littus Danubii descensus usque ad pontem Danubii qui parum infra hospitale erat, per quem de civitate ibant in villam Schweickhofen, in qua omnis tumultus quasi civilis inquietudinis erat, ibi alebantur civium bestiæ, et rustici, qui terram per circuitum civitatis ulmensis operabantur, inibi re-sidebant, et forum hebdomadale et macellum ibi erant, et hospitia, coci et tabernæ ibi habebantur. Augmentabatur autem villa illa in dies, et multi rustici derelictis sedibus suis domicilia de villis in eam transferebant; fuerat enim primo tantum locus stabulorum et bestiarum et horreorum ad cives ulmenses pertinentium, sed tandem villa ingens ibi facta fuit.

Ante portam vero Leonum etiam suburbium grande et tumultuosum hospitiis et mercantiis ibi erat, et vendebatur panis, et tumultus nuptiarum, conviviorum et chorearum ibi celebrabantur. Præcavebant enim antiqui, ne tumultuosa negotia essent in civitatibus, et ideo fabri et omnes malleis et strepitosis instrumentis operantes in suburbis erant, ut civitas in quiete esset. Et tale oppidum quietum erat Ulma, nobilibus intus repletum, et extra per gyrum tumultuosis suburbis,

*

1 Nithartz Mon. 2. Nietharts Schmid. Nietthars Eh. Neidtharts Woll. Neithard Gok. Neuthart Wibl. Neitharts Klapp. Neithart Bess. 2 Geglia Schad. Schmid. Kl. Gegliß Eh. Göglis Woll. Gok. Bess. Mon. 2. Wibl. 3 Gögligensem Schad. Bess. Gegligensem Schmid. Eh. Gögglingensem Wibl. Kl.

et parvum quidem erat in se, magnum autem in suburbis. Et tempore illius status civitatis non erant nec in civitate nec in suburbis Prædicatores nec Minores nec domini Theutonici nec Canonici regulares, qui omnes post ampliationem civitatis venerunt, ut patebit.

Erat tamen parochia ad omnes Santos, ut dixi, valde pretiosa et antiquissima anno ab incarnatione Domini 600 constructa, temporibus beati Gregorii magni papæ et Phocæ imperatoris ante Heraclium et ante maledictum Machometum. in quo etiam antiquitas oppidi ulmensis manifestatur, quod non solum antiquum fuit fundatione sed etiam fidei catholicae susceptione. Historiæ vulgares Ulmensium dicunt quod illa parochialis ecclesia erat de quadris et sectis lapidibus adeo preiosa, quod cuncti videntes stupebant, et de longinquo adventabant homines ut illam egregiam viderent structuram, quod huic ecclesiæ non inveniebatur secunda in tota Suevia, quod illis temporibus humiles erant ecclesiæ etiam in Roma. Erant enim cives ulmenses divites et magnifici, ad divina se valde bene habentes.

Gold. Fr.
222. Ulm
82.

Cap. 2.

Quo modo Ulma data fuit monasterio Owiaæ magne.

Karolo Magno anno domini 805 regnante, cum iam plura monasteria ordinis sancti Benedicti instituisset et collegiatas ecclesias fundasset et bonis temporalibus dotasset, aliquos abbates ad decorum imperii Romani principes spirituales imperii esse voluit, eisque ad hoc competentiam temporalium delegavit. Indignum enim magnificus et religiosus princeps judicavit imperium habere tantum auro fulgentes principes et non magis habitu sanctæ religionis ornatos. ^{Gold. Ulm 83.} ¹ Porro superioribus annis, scilicet anno domini 717 venerat sanctus Perminius ad Augiam, eam repletam serpentibus et venenosis animalibus reperiens miraculose purgavit et monasterium instituit, a quo tamen

*

1 Porro pulsus fuit fehlt bei Gold. Fr. et Ulm. u. Mon. 1.

postea pulsus fuit. Videns autem Karolus Magnus¹ abbatem Owiae magnae² pauperem nec posse principis statum ducere, ei Ulmam suam villam regalem donatione donavit, literam donationis conficiens solennem, in qua multi principes imperii se subscripserunt, et haec litera adhuc hodie praे manibus est. In hoc autem facto et monasterium exaltare voluit, et civibus ulmensibus complacere. Erant autem tunc temporis in Owia et in ceteris monasteriis patres sancti, viri religiosissimi, quibus nobiles et cives et quique seculares subesse optabant, seque eo feliores fore aestimabant, quo religiosioribus viris subjecti essent. Unde principes, barones et comites et nobiles se et sua dominia sponte monasteriis subjiciebant, et vehementer dolebant quibus impedimenta erant quod religiosis dari non poterant, quia in tractatibus et dietis nobilium praे ceteris honorabantur illi qui monasteriis incorporati erant. Unde imperator Karolus tam in favorem monachorum quam civium ulmensium hanc donationem fecit. et possibile est cives ulmenses eum³ petivisse incorporari aliquo monasterio pro sui maiore gloria, et abbati plus iuris contulisse in suam civitatem quam imperator⁴ sibi dederit. Imperator enim donationem fecit cum certis limitibus abbati. Cives autem ita religioni affecti supra limites et ultra ius abbatis extenderunt, unde non solum decimas omnes et primitias, telonea⁵ et datias, ungeltum ac stüram⁶ recipiebat abbas, nec solum investivit plebanum, nec tantum præfecit scultetum, sed minima accipiebat et officia exilia conferebat. Dicunt enim abbatem habuisse claves portarum, et custodias earum ad suum placitum contulisse. Sic etiam custodiā pecorum non Ulmenses sed abbas contulit cui voluit, et omnia officia publica magna et parva conferre habuit, nec fuit domus nec hortulus, a quo census annuos non exigeret. Semper enim aliqui monachi sex vel septem de Owia Ulmæ erant, et in domo in qua iam magister civium Magnus Krafft degit habitabant, et officia sua in capella sancti

*

1 Karolus Magnus fehlt bei Mon. 1 und Gold. ut. 2 Augiae magnae Sch. Kl. 3 tum petivisse Gold. ut., eum fehlt b. Wibl. Schm. 4 ipsi Goldast ut. 5 thelonaea Mon. 1. thelonaea Gold. ut. 6 stüram Gold. ut. stüram Mon. 1. styram Sch. Kl. Wibl.

2 *

Ægidii dicebant. Curia enim illa tota cum platea quam nominant Grienhof ad monachos pertinebat, nec erant tunc domus ibi sicut iam, dempta domo monachorum prædicta¹, et domo sancti Nicolai, quam de fortissimis muris fecerunt et fenestras et ostia ferreis valvis obturaverunt propter thesauros ibi reconditos et propter tuitionem in seditionibus concitatis per cives contra eos. Unde curia vel platea der Grienhof fuit pomerium et viridarium monachorum, ut et² nomen retinuit, et domus Wilhelmi Lew erat horreum, pars scilicet lapidea, pars annexa non erat, sicut nec domus Nicolai Besserers, nec domus abbatis de Ochsahusen, nec domus Mathæi Rem, nec domus dicti Ferwers³, nec domus turri annexæ et curiæ sancti Nicolai erant; sed lata erat monachorum platea et amoena, sicque longo tempore res stetit.

Non solum autem monachi Owiæ, sed etiam monachi Cistercienses de Bebahusen iuxta Tübingen in Ulma dominabantur magnis privilegiis utentes, unde parvum monasterium in civitate construxerunt, ecclesiam scilicet sancti Georgii⁴, cui domicilia adiunxerunt pro monachorum mansione, et habebant ibi grande spatium, quia nec ecclesia beatæ Virginis nec cœmiterium erat, nec domus chorearum⁵, nec pategæ⁶ mercatorum. In illo monasterio grande cellarium habebant in quo reponebant multa vina, et semper duobus torsellis vendebatur vinum sine omni civitatis aut civium utilitate, quia libere vinum imponebant et libere vendebant, nec emebatur vinum ab aliquo Ulmensi nisi de illo cellario, et hospites ibi provisionem sibi faciebant. Introitus ad hoc cellare erat ubi hodie est capella sancti Valentini in cœmiterio ecclesiæ parochialis. Sic ergo Ulmenses longo tempore sub iugo monachorum et regimine eorum degebant, eosque tanquam dominos suos recognoscabant, et ministri eorum voluntarii erant, quamdiu monachi

^{Gold.}
^{Fr. 256.}

*

1 Prædicatorum Gold. Fr. U. prædicatorum prædicta Wibl. monachorum prediche Mon. 1. Sch. Kl. 2 ut et Kl. Schad. Wibl. unde et Gold. ut Mon. 1. 3 Ferweck Schad. Kl. Schm. Ferwerck Eh. Ferwers 1. Mon. Wibl. Gold. ut. 4 S. Georii Mon. 1. S. Gregorii Gold. ut., vergl. Verhandl. des vereins für kunst u. alt. Neue Reihe Ulm. Heft I s. 34. 5 Ist das heutzutage sogenannte schuhhaus; 1579 wurde »das tanzen uff dem schuhhaus abgeschafft.« Dieterich Beschr. d. stadt Ulm s. 87. Vergl. die zu 4 angeführte stelle. 6 pategæ Schm. Eh. Die späteren »kramläden« in der kramgasse.

ministri Dei devoti manserunt. Tandem autem religione tepescente et seculari pompa in monachis crescente, Deo permittente tepuit in Ulmensibus amor et affectus ac obedientia ad monachos illos, videbant enim quod de bonis eorum nutriebatur superbia cum multorum scandalo. Unde abbates¹ illi illo tempore magnis sumptibus a sede apostolica impetraverunt pontificalia insignia supra suas dignitates, contra quod tamen sanctus Bernhardus, qui illis temporibus adhuc in humanis erat, multa scripsit, dicit enim: Si attenditur rerum dignitas, hanc monachi abhorret professio; si ministerium² solis liquet congruere pontificibus etc. vide in speculo historiali lib. 2. c. 89. Unde abbates infulatos, nequaquam ego, sed Joannes in decretali (ut apostolicæ, de privil. l. 6.) nominat asinos cornutos, dicens eos ideo non posse exercere officia pontificalis ordinis. Ideo vulgariter dicitur, quod hæc insignia pontificalia in istis prælatis tantum operantur, quantum in mulis genitalia, quia licet³ habeant, tamen non generant, sic nec isti infulis coronati fructificant. Sic ergo, ad propositum, in dies expensis crescentibus crescebant necessario exactiones subditorum et gravamina indebita, unde Ulmenses onerati gemere cœperunt et de excutiendo iugo illo inter se tractaverunt, quia tamen prudentes erant, non subito sed paulatim libertatem quæsierunt cum amicitia suorum dominorum. Porro ambo illa monasteria Bebahusen et Owia in dies decrescebant in temporalibus, quia spiritualia iam diu desierant florere, unde coacti abbates iura sua Ulmensibus paulatim vendere cœperunt. Emerunt autem Ulmenses primo omnia iura abbatis de Bebahusen et habitationes eorum et cellare, et ea in usum reipublicæ converterunt, omnia destruentes præter ecclesiam, quæ adhuc hodie dominio^{Gold. Fr. 227. Ulm 94.} de Wirtenberg attinet, qui ius patronatus a monachis prædictis emit. In illo autem contractu Ulmensium cum monachis duo intendebant efficere Ulmenses, primum⁴ quod eorum iura et bona in civitatis venirent usum et potestatem: secundum

*

1 Abbates infulati Mon. 1 am rande. 2 Mysterium varians lectio bei Goldast ut. (er und alle handschriften haben ministerium). 3 quia facta habent Wibl. 4 I quod ipsos monachos excluderent a civitate. Il quod eorum iura u. s. w. Schad. Kl. Schm. Eh. Wibl.

quod ipsos monachos excluderent a civitate, et utrumque factum est. Unde abbas Owiae frequenter erat in Ulma, et quasi curiam non principis sed regis ibi habebat, cui Ulmenses pecunias ad desiderium commodabant, quibus decimas, census, telonea et iura impignorabat¹, multa etiam ad vitam quorundam tribuebat, alia sponte propinabat, nec erat dies in quo non alienaretur aliquid ab eo consentiente eo. Aliquando, ut audivi, ante carnisprivium quasi omnes de Owia Ulmae erant et cum civibus hastiludiis, choreis, nuptiis, conviviis et omnibus voluptatibus deserviebant, et tantas expensas faciebant, quod non erat dies in quo non aliqua villa vel decima in cassum transibat. Et cum hoc in tanta debita deductus fuit in Ulma abbas, quod non fuit quæstio iam de rebus abbatis in Ulma, sed quærebantur iam res extra etiam procul ab Ulma. In his sculteto et consulatui multa dedit et indulxit, et coactus iura sua continue resignavit, sed et curiam suam den Grienenhof civibus vendidit, qui ex horto plateam publicam fecerunt, in qua olera et fructus vendebantur, et de horreo, quod iam est domus Wilhelmi Lew, zecham vel tabernam civium fecerunt. Mansit autem platea illa forum venalium rerum usque ad civitatis ampliationem. Hæc autem omnia non unus abbas, sed plures successive agebant, et ad tantam perversitatem res devenirunt, ut abbatte aliquo defuncto Ulmenses promoverent quem vellent, qui nullum utilem monasterio, sed suæ civitati benevolum eligi permiserunt. In tanto autem contemptu et despactu haberi cœperunt abbates ab Ulmensibus, ut mortuo aliquo plebano ipsi eligerent et pro eius confirmatione et investitura ad sedem apostolicam mitterent, et non ad abbatem ad quem de iure spectabat. Nam in omnibus his Ulmenses multa de facto fecerunt, quæ sacris canonibus et legibus contraria erant, et ^{Gold.}
_{Pr. 220.} monachi ius pro se habebant, sed negligentes, formidulosi et dormientes erant. Vigilantibus² autem et non dormientibus iura subveniunt [ut habetur inst. l. 4. tit. 6. § 6 si quis in fraude creditorum . . . et sequ. digest. l. 42 tit. 8, 10 si quis

*

1 impignorabant . . . tribuebant Mon. 1. Schad. Kl. Schm. Eh. propinabat Mon. 1. Sch. Kl., alia . . . propinabat fehlt bei Schm. Eh.
2 Vigilantibus suffragantur iura Mon. 1. randnote.

cum pupillo ¹]. Multis autem bonis perditis et iuribus amissis aperti sunt monachorum oculi et cœperunt cum Ulmensibus contendere et in item trahere et novas expensas inutiles facere; sicque multis annis in diversitate steterunt. Unde per quatuordecim annos Ulmenses in excommunicatione erant apostolica propter monachos, nec tamen ad monachos illos ² inclinari poterant, sed instanter apud papam et imperatorem laborabant ut liberarentur ab eis, quod tamen videbatur nullo iure posse fieri. Tandem autem inventa est via liberationis eorum subtili practica iuris, de qua longus esset tractatus conficiendus, et absoluti sunt Ulmenses a monachis et monachi ab eis, quibus Ulmenses aurum non modicum promptum dederunt, scilicet viginti quatuor milia florenorum, et omnia iura et bona in civitate Ulensi et in circulo ad quatuor miliaria redemerunt, et hanc redemptionem concilium, papa et imperator ratificaverunt litteris et sigillis solemnissimis cum multorum principum subscriptione. Et hæc redemptio ad plenum facta est aeo nostro. et non multo post, propter varietatem causarum, si Ulmenses in duplo plus de auro dedissent, nihil effecissent. Unde abbati et monachis ingens accrebit contritio, quod tanti pretii bona pro tantillo vendidissent. Venerabilis dominus Heinricus Neithart ³, sacrorum canonum et legum doctor, modernus plebanus Ulmensis primus fuit, quem domini Ulmenses ordinario domino episcopo Constantiensi investiendum præsentarunt. Porro in his litibus Ulmensium cum monachis nobiles Sueviæ et civitatenses ⁴ Ulmensibus auxilio et consilio erant, animabant et confortabant. Plures etiam de nobilibus domicilia sua Ulmam transferentes concives manebant. Inter quos erat unus comes de Werdaberg ⁵ monoculus, cui dum de prolibus spes non esset, omnia quæ habuit vendidit, et accepto pretio emit ab Ulmensibus pro se et sex personis ad vitæ *

1 Subveniunt, ut habetur 4 q. § 1 et seq. ff. de hiis quæ in fraud. cred. l. pupillus in fi. Goldast. Fr.; statt quæ haben qui Mon. 1 et Gold. Ulm. 2 illos fehlt bei Wibl. eos Schm. Eh. 3 Henricus Nitthart Sch. Neithardt Kl. Neithartt Eh. Neudhart Wibl. Nythart Mon. 1. Nithard Gold. ut. 4 civitatenses haben Mon. 1 Sch. Kl. Gold. ut. civitates Wibl. Schm. Eh. 5 de Werdenberg Schad. Kl. Wibl. de Werdaberg Gold. ut. Weidenberg Eh. Schm.

Gold. Fr. 239. sustentationem sub hac conditione, ut cum suis in quocunque hospitio placeret, manere posset, et ad placitum hospitium mutare, et propter hanc conditionem multam superaddidit pecuniam. Erat enim vir, qui novis delectabatur, et ubicunque audiebat advenisse nobiles et alienos homines, ibi intrabat et manducabat, ut novos rumores audiret. Unde in proverbium versum fuit inter nobiles volentes ire Ulmam, quod dicebant se ire ad curiam comitum de Werdaberg. Hanc derisionem comites illi ægre ferre cœperunt et cum Ulmensibus contractum fecerunt, ut extra oppidum Ulm habitationem comiti congruam construerent et sufficientem provisionem ordinarent, in qua comitem suum consanguineum nutrissent, et in recompensam constructae domus tres personas de vitalito defalcarent. Construxerunt ergo Ulmenses domum pulchram pro comite in littore Blavii sub oppido in suburbio, et in illa domo comedit, bibit et dormivit quamdiu vixit. Dicunt autem quod nobilis residens in oppido in castello, quod iam inhabitat Georgius Strölin¹, discors fuit cum illo comite, et quod iaculis se de domo in domum petebant, quod possibile est quia non longe a se distant. Mortuo autem comite et omnibus suis commensalibus, devoluta fuit domus illa ad Ulmenses, quam quidam dictus Behem emit ab Ulmensibus, cuius posteritas ultra ducentos annos domum possedit. Tandem civitate ampliata muris inclusa fuit. Deinde nostro tempore Ulmenses reemerunt domum, eamque officinam rei publicæ esse statuerunt, in qua mensurarentur vasa, et dicitur vulgariter die Eich. In domo vero alia supra memorata, quæ est curia civium Strölin, fecerunt Ulmenses imperatori curiam, quæ usque hodie curia imperatoris dicitur vel curia regis². Unde anno domini 1473 cum Ulmenses Friderico III iuramenta præstare vellent in foro ante prætorium ut iam mos habet, interrogati fuerunt, annon in curia regis, sicut antiquitus facere consueverant, id agerent. Responderunt, statum civitatis mutatum esse post eius ampliationem et locum iuramenti translatum in publicam plateam, in qua forum de

*

1 Georius Mon. 1. Ströli Mon. 1. Gold ut. Strölin Schad. Kl. Eh. Schm. Wibl. 2 Jetzt der neue bau. S. Dieterich, Beschreibung der stadt Ulm. S. 71.

novo constituerant. Nam ante civitatis ampliationem aliam ^{Göld.}
_{Fr. 240.} facienti habuit oppidum, nec erat platea ante domum consulum,
sed in suburbis erant fori et in platea ante capellam sancti
Ægidii ¹, postquam eam a monachis emerunt. Et tantum de
secundo principali.

*

1 Auf dem grünen hofe vor dem jetzigen festungsbauhof. S. Ver-
handlungen des vereins für kunst und alterthum. N. R. I. S. 42.

Principale III.

De civitatis ulmensis destructione, reædificatione, ampliatione et magnitudine.

Cap. 1.

Gold.
cap. III.
Fr. 240.
Ulm. 85. Quomodo civitas structa et reædificata fuit.

Tertium principale de Ulma et civitate ulmensi est de eius destructione, reædificatione, ampliatione et continuo incremento, eiusque mensura. Anno domini ab incarnatione 1124¹, mortuo Heinrico huius nominis V imperatore, convenerunt principes electores ad eligendum alium, et divisi in electione propter papæ legationem, quæ obstabat, ne aliquis de Suevis eligeretur, duos elegerunt. Una pars papam sequens elegit Lotharium Saxonie ducem, alia pars elegit Conradum ducem Suevorum, sicque discedentes cum disturbio ab invicem uterque electorum gessit se pro Romanorum rege, et facta est periculosa divisio in Alemania et præcipue in Suevia, quia illi sequebantur Lotharium, alii Conradum. Verum Lotharius fortior Conrado erat et papam et majorem principum partem habebat. Ingressus autem Sueviam Lotharius eam artare cœpit, et veriti eius fortitudinem intromiserunt quam plurimi, sicque usque Ulmam devenit. Ubi dum esset, cluserunt Ulmenses portas, dicentes hoc oppidum non Saxonibus nec Italicis, sed Suevorum ducibus et Romanorum regi ex iisdem electo Conrado fore aperiendum. Obsedit ergo Lotharius Ulmam, et

*

1 1127 Mon. 1. Schad. Kl.; die nahezu richtige zahl 1124 haben Goldast ut. Wibl.

primo suburbia incendit, deinde machinis muros impetens eos pluribus in partibus rupit, tandemque cepit et munitionibus deiectis civitatem destruxit, et multis civibus interfectis ceteros captivavit, alios dispersit, et ita res publica Ulmensium in nihilum redacta est. Dissipatis ergo Ulmensibus vocatus ^{Gold.}
_{Fr. 241.} imperator a papa intravit Italiam, ibique existens mortuus est Veronæ. Quo defuncto congregati principes electores anno domini 1138 unanimiter prædictum ducem Sueviæ elegerunt in Romanorum regem, Conradum. Factus ergo rex Ulmensibus propter se excidium passis misertus reædificare suam civitatem præcepit et multa contulit privilegia, eisque in adiutorium plures laboratores misit. Insuper multi nobiles cum eis ad ædificandum convenerunt et multi de aliis civitatibus cives ad eos commigraverunt, collecta quoque est grandis multitudo ad instaurandam destructam Ulmam. Videntes autem Ulmenses multitudinem, favorem et forte adiutorium, animati sunt, et non antiquum oppidum exile et parvum, sed novam urbem ædificare decreverunt. Die ergo statuto, populis ad laborandum paratis, iunctis bobus aratro in littore Danubii¹ lutum sulcare cœperunt per gyrum antiqui oppidi multum ab omni parte spatium urbantes ultra terminos antiquæ civitatis usque in aliam Danubii partem. Spatium enim antiquæ civitatis non erat nisi duorum milium et centum passuum², connumeratis passibus etiam illius lateris ubi Danubius muris inngitur, quod arari quidem aratro non potest, sed cimba sulari. Est³ autem considerandum quod duplices sunt passus, passus scilicet communis ambulationis et passus mensurationis, passus duo de primis faciunt unum de secundis, de primis ergo habet Ulma sex milia et quadringentos passus, de secundis vero habet tria milia et ducentos, qui faciunt viginti quinque stadia et septuaginta quinque passus mensurationis⁴.

1 biatum Gold. ut. Mon. 1. 2 S. a. 19. 3 Est autem septuaginta quinque passus mensurationis fehlt bei Gold. ut. und bei Mon. 1; vielleicht durch ein versehen, weil der folgende satz ebenfalls mit Est autem anfängt. 4 1 stad. = 125 pass. mens.;

$$\begin{array}{r}
 25 \quad = 3125 \\
 + \quad 75 \\
 \hline
 = 3200
 \end{array} \rightarrow \quad \rightarrow$$

Est autem urbs in circulum deducta in quantum erat possibile, curvitates etiam multas habet, quia impedimenta diversa circulus accepit, tum propter petrositatem, tum etiam propter uliginositatem. Antequam autem quicquam ædificaretur, foderunt per gyrum vallem aut profunda fossata, et terram effossam ad interiora fossata antiquæ civitatis comportaverunt. Coemiterium etiam ad omnes Sanctos, quod tunc non ita elevatum erat sed demissum, sicut pratum candidariorum quod ei cohæsit, muro cinxerunt alto, et in murum terram de fossatis comportaverunt quasi ipsum replentes, et tilias arbores ibi plantaverunt. Hæc ad oculum patent consideranti murum terra repletum et poliandrium longe sub terra quasi infossum. Cætera vero in agros circumiacentes comportaverunt. Fossatis ergo paratis inceperunt paulatim murum ædificare, multisque annis stetit cum imperfecto muro, et in eis locis, ubi murus nondum erat, palos et ligna fixerunt, et multa bella etiam inter lignea mœnia pertulerunt, quia valde inquieta erant tempora. Cito autem fossatis factis intermissum erat murorum opus, et converterunt se cives ad instaurandum et ædificandum domos suas. Semper tamen et quotidiane conducti laboratores in ædificio murorum et aliquarum turrium laborabant. Ante omnia enim turres trium portarum erexerunt, scilicet turrim portæ Gregis pontis ¹, ubi in antiqua civitate nec turris erat nec porta nec pons, sed ampliata civitate transtulerunt pontem sursum ad turrim et portam illam. Portam etiam sancti Leonhardi quæ nunc dicitur beatæ Virginis ² sublimaverunt, eamque custodiis munierunt, quia ibi murus non erat, sed tantum sepibus et lignis erat civitas vallata ab illa parte. Tertiam etiam portam scilicet Gögglingensem ³, per quam itur in Gögglingen turri firma et alta munierunt. Et hiis factis claudere et aperire poterant cui volebant. Non enim habuit in principio ampliationis nisi præfatas tres portas, sed successu temporis factæ sunt aliæ portæ, videlicet porta Aucarum, porta Nova et porta Lanistarum ⁴, quæ quasi nulla est. Fuit autem

*

¹ Herdtbruckerthor Sch. am rande. ² Frauenthor Sch. am rande.
³ Gogglingensem Sch. Kl. Gögglingensem Wibl. Göcklingerthor Sch. am rande. ⁴ Drey thor, Genß New und Metzger Schad. am rande.

locus spatiösus in civitate et populus paucus pro tanto spatio, veruntamen quoddie confluabant nobiles et divites, et civitatem meliorabant. Translata¹ etiam fuit tota villa Schweickhofen cum omnibus domibus et hominibus in civitatem, ita quod non mansit aliqua domus extra nec homo. Unde hodie adhuc multæ vetustissimæ domus sunt in Ulma de illa villa et progenies plurimæ in vulgo communi originaliter ab illa profusæ. Sed et villæ Offenhusen et Pfuel cum aliis villulis, resolutis suis domunculis, eas in Ulmam duxerunt et ibi erexerunt. Insuper oppido, castro et dominio Albeck² in Ulmensium subactis potestatem, hebdomadale forum quod ibi celebrabatur sabbatinis diebus, Ulmam transtulerunt, solventes domum negotiationum, eamque Ulmam duxerunt, in qua hodie merces reponuntur et librantur, quæ domus vulgariter dicitur die Gredt, quæ stetit in Albeck. Sicque fuit Ulma non modicum per ingressum ruralium aucta hominibus et ædificiis ac divitiis, ex quo forte est occasio sumpta ut Ulma nominetur^{Gold.}_{F. 245.} imperii villa. Insuper illi qui in suburbis habitabant muris non inclusi domus suas in civitatem transferebant. Et ita per multos annos stetit civitas in continuo incremento. Inchoata est autem eius reædificatio et ampliatio anno domini 1140 vel circa, et successive crevit multum. Hospitale etiam, quod prius stetit ante portam Gögglingensem, transtulerunt in civitatem ad murum, ut prope esset juxta aquam, in quam immunditiæ transmitti possent.

³ Deinde anno Domini⁴ 1229 venerunt Ulmam fratres Minores de Gamundia, petentes sibi assignari locum pro monasterio construendo, quibus cives spatiösum dederunt locum juxta portam Leonum antiquæ civitatis, et ipsam turrim cum

*

1 Translatæ sunt villæ in Ulmam Mon. 1 am rande. Schweickhoffen. Pfuel und Offenhaußen Schad. am rande. 2 Albeg Mon. 1. Albegk Schad. Albeckh Wibl. 3 Fratres minores Ulmam venerunt Mon. 1 am rande. 4 1209 Schad. Kl. Wibl. Die jahreszahl 1209, welche auch Zeiler in seiner schwäbischen chronik, und nach ihm Dieterich a. a. o. s. 55 hat, ist gewis unrichtig, denn Franz von Assisi hat den orden der fratres minores erst 1210 gestiftet, welcher 1215 die päpstliche bestätigung erhielt. Fabri schrieb wohl 1229, wie Mon. 1 und Goldast ut. haben.

antiquo muro ibidem eis assignaverunt et locum pro spatiose horto. Ibi ergo ædificare cœperunt et fructificare. Non multo post secutæ sunt fratres Minores sorores sanctæ Claræ, petentes sibi etiam dari locum intra fossata civitatis, quibus cives in Arena¹ locum spatiosum dederunt, et dicebantur sorores sanctæ Claræ in Arena. Has comitatæ sunt etiam sorores de tertia regula sancti Francisci venientes de Buren, ubi domum incepérant, quibus datus fuit locus ad latus muri fratrum Minorum, quia locus fuit ibi spaciose et vacuus. Nam ecclesia beatæ Virginis non erat ibi nec cœmiterium, nec erat platea ibi mercium, sed fuerunt horti qui dati fuerant fratribus Minoribus et sororibus de Buren juxta eos, quarum domus stetit in loco ubi nunc est laborarium latomorum in cœmiterio ecclesiæ beatæ Virginis, vulgariter die Steinhütt², stabatque supra antiqua fossata quæ nondum plene erant impleta et reliquæ terræ cœquata. unde totus vicus qui modo dicitur Longus vicus³, ubi fuerant antiquæ civitatis fossata, erat adhuc fovea longa in fundo lutosa, et ab utraque parte ædificabantur domus et fuerunt positæ itæ sive transitus lignei, per quos de domibus unius lateris transibant ad domus alterius lateris, et ita stetit vicus ille multis annis, quod non erat transitus in eo per longum, sed solum per transversum, et hoc per itas sive trabes et ligna posita. Non multum post tempus prædictum data fuit villa Seflingen⁴ sororibus in Arena, unde, derelicta civitate Gold. Fr. 244. et loco, monasterium extra transtulerunt in Seflingen, monasterium hortum beatæ Virginis et virginum nominantes.

⁶ Deinde anno Domini 1281 venerunt Ulmam fratres Prædicatores locum pro monasterio quærentes, quibus contulit quædam devota Christi famula dicta Mechtildis Hunrærin⁶ hortum suum juxta hospitale, et insignis vir dictus antiquus Kraft, actu scriba domini Imperatoris, fundatorem se exhibens fratres ut filios carissimos fovebat, cuius adiutorio ecclesiam et conventum ædificabant et spatium satis magnum civitatis ac-

*

1 Im Gries. 2 Heißt noch heute die hütte. 3 Jetzt hafengasse.
 4 Closter Seflingen Schad. am rande. Sefflingen Mon. 1. Schad. Kl. Söfflingen Wibl. 5 Fratres prædicatorum venerunt Ulmam Mon. 1 am rande. 6 Hunrorin Mon. 1. Schad. Kl. Hunerin Wibl. In der urkunde von 1281 März 1, Ulm. stadtbibl., heißt sie Mächtild Hunräin.

ceperunt illi fratres. emerunt nihilominus a civibus spatium pro coemiterio de loco, ubi antiquæ civitatis fossata fuerant. Sic ergo Ulmenses quadam singulari benignitate his duobus ordinibus affecti, Prædicatoribus et Minoribus, utrisque portas antiquæ civitatis commiserunt: Prædicatoribus quidem portam orientalem, Minoribus occidentalem. Est tamen iam alia dispositio cum turribus illarum portarum, quam fuit illo tempore. Habent autem Prædicatores satis amplum spatium intra muros, et de muro civitatis possident in longum 165 passus, in quo spatio sunt ultra 40 zinnæ¹ vel mœnia sub clavibus et custodia fratum versus Danubium.

² ³ Post Prædicatores venerunt Ulmam domini fratres ordinis Theutonicorum de⁴, instantes pro loco monasterii construendi, quibus ultra Blavium locum spatiostum contulerunt ad mœnia civitatis. Dicunt tamen nonnulli eos ibi ante civitatis ampliationem occupasse locum et mœnibus inclusos esse.

Deinde pluribus annis evolutis Canonici Regulares qui in monte sancti Michaelis habitaverunt, et iam dudum in loco, qui dicuntur Wenga⁵, extra Ulmam considerant, etiam in ipsam civitatem se contulerunt. Multis autem annis habitaverunt trans Blavium in domo, ubi nunc residet civis dictus Theobaldus Huter⁶, et tandem obtinuerunt locum in quo hodie sunt, quem ædificare inchoaverunt anno domini 1399. Difficultata autem fuit intromissio fratrum Theutonicorum et⁷ Canonicorum Regularium, quia iam Ulmenses in translata parochia structuris gravati erant, siquidem post fratrum Minorum et Prædicatorum ingressum et monasteriorum ædificationem^{Gold. Fr. 245.}

*

1 Cinnæ Schad. Kl. Wibl. xl^a zinnen vel menia Mon. 1. 2 Der ganze absatz von Post Prædicatores bis inclusos esse fehlt bei Schad, Kl. Wibl. und Schm., aber steht im Mon I u. bei Gold. Gleichwohl haben sowohl jene drei, als diese weiter unten (in cap. 2) die domus fratrum Theutonicorum, innerhalb der stadtmauer. 3 Domus Theutonicorum. Mon. 1 am rande. 4 Die lücke haben Mon. 1 und Gold. ut. gleichmäßig. 5 Wüngen Schad Kl. Wibl. Wenga Mon. 1. Schad. hat am rande: Wengen closter 1399. 6 Hüter Mon 1. 7 Die worte Theutonicorum et fehlen folgerichtig bei Schad. Kl. und Wibl. (S. die vorhergehende note 2.)

cogitarunt cives Ulmenses etiam parochialem suam ecclesiam, quæ erat extra ad omnes Sanctos, transferre in urbem propter timores et pericula. Timebant enim, quod populo existente extra in ecclesia possent una dierum prodiciones et tradimenta ^{Gold.}
^{Ulm. 87.} civitatis fieri et civitas capi et populus foris periclitari, quia erant tunc tempora satis inquieta. Non etiam bene poterant in magnis festivitatibus interesse nocturno officio, cum portæ non aperirentur, et multi etiam diebus dominicis extra parochiam manebant, qui exire vel non poterant vel nolebant. Videbant etiam populum largiter Prædicatoribus et Minoribus ad suas ecclesias et structuras contribuentem, et multa eisdem monasteriis dari, quæ ecclesiæ parochiali data fuissent, si in civitate esset posita. Insuper multi suas sepulturas ad monasteria statuerunt, quas non mutassent, si parochialis ecclesia cum coemiterio in civitate esset facta. Concluso ergo consilio omnino ¹ transferre parochiam in civitatem decreverunt, quod tamen grave eis fuit propter sepulturas suorum, et propter ecclesiæ antiquæ egregium ornatum et decorem. Erat enim, ut supra dictum est, ecclesia valde pretiosa et multarum lampadum perpetuo ardore ornata. Elegerunt ergo locum pro nova ecclesia ² construenda in honorem beatæ Virginis quasi in centro et medio civitatis, in quo loco iamdudum æstuarium unum ædificatum stabat cum pluribus aliis domibus. Has domos cives emerunt locumque mundaverunt ad fundamenta iactanda. Sed et pro coemiterio emerunt domum sororum de tertia regula sancti Francisci quæ dicebantur sorores de Buren, eisque locum in arenis i. e. am Grieß ³ assignaverunt, et quia templum, quod ædificare volebant, grande futurum erat, acceperunt maiorem partem horti fratrum Minorum, ut iacerent turrium ecclesiæ fundamenta et postea esset ante ecclesiam libera platea. Sicque satis angustus factus fuit fratrum Minorum locus, qui tamen fuerat amplius, quia quasi totam plateau complectebatur. Designata in complanato et mundato loco quantitate, longitudine et latitudine ecclesiæ ædificandæ, in ipsum circulum ædificaverunt ecclesiam ligneam et altaria ^{Gold.}
^{Fr. 246.}

¹ Translacio parochialis ecclesiæ Mon. 1 am rande. ² Münster Sch. am rande. ³ i. e. am Grieß fehlt bei Mon. 1 und Gold. ut im Grieß Wibl.

ligneæ cum portatilibus in qua divina celebrarentur usque ad suscitationem ecclesiæ. Festinabant enim, ut citius introferrent ecclesiam in civitatem, quia paratæ eis erant insidiæ et opus grande erat, et cum hoc civitas nondum per gyrum murum habebat. Unde omnis homo, feminæ et viri, senes et iuvenes, divites et pauperes, spirituales et seculares ad laborandum accurrerunt.

Anno ergo domini 1377 dissoluerunt Ulmenses antiquam parochiam, ecclesiam ad omnes Sanctos, et omnia induxerunt et humeris intulerunt in civitatem, in locum pro ecclesia construenda ordinatum, cumque omnia illata essent, foderunt murorum fundamenta usque ad aquam, et luto infigentes palos de ulmorum solidissimis lignis ad superponendum lapides fundamentales et saxa grandia quæ sustentarent tam ingentem molem. Erat autem horrendum videre profunditatem, magnitudinem et per circuitum ingentem circulum fossaturæ. Habet enim circulus ille per gyrum quadringentos sexaginta quatuor passus. Cumque locus fundamenti paratus staret¹, denunciarunt præfecti operum Consulibus fundamenta iacienda, et quia opus Consulum erat, potiores ex eis primum lapidem merito ponere debuerunt, siquidem hoc grande ædificium incipere, perficere et consummare intendebant cum suæ civitatis expensis, nec aliquam petitionem ad hoc extra Ulmam fieri decreverunt, nec indulgentias speciales ad hoc impetraverunt, nec principum adiutoriorum invocaverunt, dempto comite generoso de Wirtenberg, cuius videbatur pars fundi esse, ratione ecclesiæ sancti Georgii et monasterii olim in illo loco a Wirtenbergensibus fundati; ab illo enim comite consensum requiri necesse erat². Libenter autem annuit comes generosus, admiratus magnanimitatem illorum civium, quod tam stupendum opus suis viribus perficere præsumebant. Anno igitur præfato ultima Junii cum dies illuxisset, congregato in loco structuræ omni clero et populo, solenniter fundamenti lapidem primum ponere parati erant. De consensu Consulatus insignis vir Ludwicus Krafft, pro tunc magistratum civium tenens, in ^{Gold.} _{Fr. 247.}

*

1 Solempnis fundacio ecclesiæ parochialis ulmensis Mon. 1 am rande. 2 Siehe oben s. 24 und s. 25.

defossum fundamenti descendit cum quibusdam de optimatibus, ad suscipiendum saxum grande, quod dispositione artificum desuper in sublime mordaci bidente suspensum erat. Hora ergo tertia dici, qua Spiritus sanctus missus est apostolis, incepérunt submittere saxum in foveam non artifices sed maiores natū Ulmenses, quorum aliqui rotam trahebant vel tenebant, aliqui funem manu habebant. Magnificus autem vir Johannes Ehinger dictus Habfast et Conradus Besserer, civitatis capitaneus, et cæteri magnates supra fossam stantes lapidem manibus tangebant et dirigebant deorsum ad manus Ludwici Krafft magistri civium et cæterorum in fovea exspectantium. Omnia autem illa maturitate magna fiebant, cantante clero, orante populo, et diverso musicorum genere sonante, quasi ad modum sicut legitur Esdræ 3. Suscepit ergo dictus Krafft saxum et in locum iam cemento stratum direxit et posuit. Cum autem positum esset saxum, eius locator peram aperuit, et aurum proferens petram centum fulgidis florenis¹ texit et ornavit, post quem cæteri optimates etiam descendentes fundamentum auro et argento ornaverunt, similiter et illi de honorabili populo fecerunt et vulgi devotio, sicque dona grandia die illo sunt pro structura collata.

Crevit ergo opus in manibus eorum, et in centum et undecim annis, scilicet ab anno suæ fundationis, qui fuit 1377, usque ad annum modernum 1488 in stupendum et admirandum cunctis gentibus et seculis templum evasit. Nec tantum admirantur videntes ingentem structuram, quantum admirantur magnificentiam et audaciam fundatorum, quod tam parva in civitate sine peregrinorum advocatione, sine adiutorio et mendicatione² tantum aëdificium erigere ausi sunt, cuius immensa et celsa campanarum turris hodie in divinæ majestatis honorem, quasi in cœlum crescere velit, exaltatur. Ipsum vero tabernaculum dudum completum ab intra tanto nitet splendore, ut exteri eo venientes decorum admirati non tam mortalium, quam cœlestium id domicilium dicant. Multum autem admodum decori illius ecclesiæ conferunt antiquæ parochiæ sculptilia por-

^{Guld.}
^{Ulm.} 98.

^{Guld.}
^{Fr.} 248.

*

1 100 goldgulden et alia dona Schad. am rande. 2 Sine adiutorio et imploratione aliorum Wibl.

ticibus et ostiorum superliminaribus illius superposita antiqua manu fabrefacta.

Habet¹ autem ecclesia hæc novem insignia singularia præ omnibus ecclesiis quæ in toto sunt Christianismo parochialibus.

Primum, quod est ecclesia parochialis major quam quæcunque alia, non enim est nec collegialis nec episcopalis nec abbatialis, sed tantum simplex parochialis, major multis epis copalibus, et plerisque patriarchalibus solemnior. Non tamen eam æquare audeo templo Sophiæ Constantinopoli, quod est toto orbe famosissimum, nongentis quondam sacerdotibus celebratum, mirabili opere, pretiosa materia constructum, quod iam heu spurcitiae Mahometi subiacet; sed eadem ecclesia erat patriarchalis.

Habet secundo illa ecclesia cunctis aliis maiorem pulchritudinem, non quidem in ornato parietum aut structuris pavimentorum aut lapidum sculpturis aut picturis aut tabulaturis, sed in splendore luminis, in quo formalis consistit pulchritudo. vidi enim multas ecclesias opere et materia splendidiores, sed nullam adeo copioso lumine perfusam, nullam ita claram in omnibus angulis sicut istam; nec habet aliquem tenebrosum angulum aut opacum diverticulum aut fuliginosum habitaculum, sicut ecclesiæ grandes solent habere; nec capellas habet occultas, sed pervias et lucidas.

Tertio altaribus numerosior cunctis parochialibus ecclesiis est illa: habet enim altaria quinquaginta unum, quæ omnia provisionem et competentiam habent, et dotata sunt non per principes aut nobiles aut per alienos, sed per ipsos incolas Ulmenses, et sicut patroni sunt ecclesiæ, sic et collatores omnium altarium sunt. Multa autem altaria sunt, quæ habent quinque, aliqua quatuor, aliqua tria beneficia.

Et ex illo sequitur quartum, scilicet quod nulla parochia sola et simplex tantum habeat clerum in numero, quantum ulmensis ecclesia.

Quinto ecclesia ista est oblationibus ditior cunctis aliis. quantæ autem sint eius oblationes quæ quotidianè per populum ulmensem offeruntur ad cippum vel pelvim pro eius structura,

*

¹ Parochialis ecclesia ulmensis IX habet insignia Mon. 1 am rande.

Gold.
Fr. 249.

et ad altaria in argento et cera in domini plebani usum, qui scire voluerit, penset pretia laborantium artificum quoddidie et adducentium a remotis locis lapides, quorum emptio et ad ductio incredibile pretium requirit, quia lapides illius ecclesiæ non de solo ulniensi, sed a remotis locis advehuntur; penset insuper domini plebani magnificum statum: non enim habet statum plebani aut canonici, sed statum dicit abundantis epis copi, quinque habens in curia adiutores et familiam copiosam, nec tamen aliam provisionem habet aut competentiam, nisi suorum subditorum spontaneas oblationes. Idcirco et communiter parochia illa virum habet aliquem egregium, generosum et doctum, dignum et meritum tanto beneficio.

Sextum est quod illa ecclesia cunctis aliis, audenter dico, in toto christianismo populosior, quamvis enim grandis sit, tamen festis diebus est in condensis usque ad cornu altaris, et nisi essent monasteria, non posset capere populum: communi cursu tempore paschali communicantur ultra quindecim milia hominum in ea.

Septimum, quod ex illo sequitur, est quod ipsa in sacramentorum usu est cunctis frugalior. Nam parochia non reperitur, in qua dietim tot pueri baptizentur, proportionabiliter enim omni die quinque pueri baptizantur in baptisterio illius ecclesiæ, quod regio decore exstat ornatum, et omnes baptizati notantur et inscribuntur. Similiter est de confessione et eucharistia, raro enim transit dies dominica quin præter missas sacerdotum sint communicantes vel gravidæ vel personæ infirmæ aut devotariæ.

Octavum est consequens ad illa, quod excedit in sepultura. Habet enim parochia illa præter particularia coemiteria duo grandia coemiteria, unum extra ad omnes Sanctos, aliud intra iuxta parochiam, in quibus quoddidie laborant pollinctores. Coemiterium extra habet poliandrium adeo ossibus repletum, ac si omnis Suevia ossa suorum defunctorum in eum congereret. Dicunt autem sepelitores mortuorum, quod dum fodiunt ibi in altum, ubique attingunt firmissimos muros, puta fundamenta prioris ecclesiæ parochialis, quæ haud dubium gloriosa fuit, ut produnt artificiosæ sculpturæ de ea translatæ et insertæ muris illius modernæ ecclesiæ super ostia omnia, dempto ostio

principaliter occidentali iuxta campanarum funes, quod habet ^{Gold.}
_{Pr. 260.} novam sculpturam, cetera omnia sunt de antiqua parochia. In interiori vero cœmiterio, dum fodiunt, inveniunt ædificia subterranea et testudines vacuas et alia, quorum causa ignoratur. de quibus homines mirari solent, et cinerarium¹ illius cœmiterii olim fuit cellarium monachorum Sancti Georgii sub capella sancti Valentini.

Nonum singulare illius parochiæ est magnus affectus et dilectio parochianorum ad eam. Valde enim tam consulatus quam communitas illi afficiuntur ecclesiæ sicut suæ matri, et tam viventes quam morientes eam beneficiis honorant et decorant, perpetuas lampades ordinando et anniversaria statuendo. nam omnes lampades antiquæ ecclesiæ, quæ valde multæ dicuntur fuisse, in translatione eius abrogatæ fuerunt et preventus ex eis in structuram illius cesserunt, sic et anniversaria vetera extra constituta dimissa fuerunt in ecclesiæ novæ favorem.

Decimum et ultimum est, quod plebanus illius ecclesiæ magnis privilegiis gaudet in ecclesiæ favorem et suam non modicam utilitatem, nam interdicto a iure lato et posito non subiacet, quam cito nuntius ad episcopum Constantiensem missus extra civitatem venerit; ut puta si sacerdos percussus aut occisus fuerit, mox, ut iura disponunt, a divinis cessant, ^{Gold.}
_{Ulm 88.} sed nuntio egresso contra Constantiam reassumunt divina officia. Item si cœmiterium vel ecclesia profanata fuerit, occulte eam potest plebanus per quandam aquam reconciliare. quod certe necessarium est, quia multitudo populi confusa est per varia, et stat ecclesia toto die aperta, per quam omnis homo transitum facit. est quoque in ea tumultus varius, maxime tamen cleri otiosi, qui ibi conventionem et collocutionem habet secundum quod in os venerit, per quod multum gloria illius ecclesiæ dehonestatur et populus valde scandalizatur. Sed et cœmiterium noctibus non clauditur, et timor est, imo indubitate experientia habet, quod multa committantur enormia persæpe, quibus locus sacer exsecratus et profanatus redditur. Ideo necesse est, plebanum aliquorum actuum episcopalium

*

¹ carnarium Mon. 1. cinerarium Sch. Kl. cruarium Wibl., so konnte man auch Schm. lesen; es heißt aber wohl auch cinerarium.

^{Gold.}
Pr. 251. habere auctoritatem. Præcipue tamen maioribus privilegiis gaudet aliis plebanis in casibus episcopalibus et in pluribus aliis quæ transeo.

Igitur post ecclesiæ parochialis translationem et reædificationem et consecrationem regressi sunt Ulmenses ad suæ civitatis completionem et murorum per gyrum conclusionem, non enim erat adhuc undique clausa civitas. Ad consummationem autem operis omnes manus apposuerunt etiam optimates civitatis, et quo adhuc probiores fuerunt optimatibus Jerusalem, in cuius restorationem non apposuerunt manus, ut habetur Nehem. 2. Et erexerunt etiam alias turres præter arces portarum, et quia populus in dies multiplicabatur, fiebatque civitas negotiativa, addiderunt adhuc duas portas tribus aliis prius ædificatis, portam Novam et portam Aucarum, et ita sunt factæ quinque portæ, scilicet porta Pontis gregis, porta beatæ Virginis, porta Nova, porta Gögglingensis et porta Aucarum. Sunt et aliae portæ contra Danubium parvæ et non usitatæ, de quibus non est ingressio nec egressio alienorum, ideo non numerantur.

Bei Gold.
cap. I II
bri II bi-
storiae
Suevorum
Francof.
a. 224.
Ulm. 79.

Cap. 2.

De forma vel facie civitatis ulmensis.

Ulma civitas a tempore suæ ampliationis, ab anno scilicet 1138 usque ad annum præsentem 1488¹, stetit in continuo incremento, quounque deducta est in formam pulcherrimam faciei huius, quam nunc in præsentiarum cernimus. Hanc formam duplice considerare possumus, ab extra scilicet et ab intra. Ab extra talem habet dispositionem. Est Ulma civitas in litore Danubii quasi in circulo collocata. Contra meridionalem plagam habet portas duas, scilicet Lanistarum², per quam est exitus in macellum et ad Blauium fluvium qui ibi muris inclusus pertransit, et dicitur lanistarum, quia ad

*

1 1454 Mon. 1, aber mit roter tinte ist darübergeschrieben 1488.
1454 Wibl. Gold. ut. 1488 Schad. Kl. ebenso Mon. 2 fol. 193 B. 2 Der noch stehende Metzgerthurm.

eorum usum tantum deservit, habetque arcem pulchram supereminentem. Alia porta est porta Pontis gregis, per quam Danubius ponte transitur¹, et quia extra eam sunt latissimi campi ad pascua gregum, dicitur porta Gregis pontis. habet hæc porta celsam arcem et decoram pluribus culminibus in summo, et sculptam crucem grandem in facie gerit cum depictis imaginibus Principum Electorum imperii et eorum armorum insignibus. In ea sunt semper duo tubicines vigiles clangentes et iubilantes mane et vespere et media nocte, et in adventu armatorum. Contra orientalem plagam una est porta dicta Aucarum, quæ nova est. Hæc dum ædificaretur, interrogabant artificum magistri præfectum operum et optimates, quo nomine eam vocarent, ad quod quidam ait: nomen habeat primi animalis, quod per eam iter acceperit vel exeundo vel introeundo. statim autem, ut aperta fuit, advenit grex aucarum exiens ad pastum et ad aquam, et perpetuum nomen portæ reliquit. Hæc porta fundamenta quidem altæ arcis habet² ab antiquo, nostro autem ævo exaltata est arx in decorem, existente magistro civium prudenti viro Joanne Ehinger anno domini 1497. Extunc autem aliud nomen accepit hæc porta, magis rationi consonum et veritati conforme, quia pars civitatis ab intra iuxta illam portam³ dicitur ad arenas, nomen eius portæ dictum est porta Arenæ vel Arenarum, vulgariter Griesthor et non Gänsthör. Contra septentrionem est porta sancti Leonhardi (iam beatæ Virginis nuncupata), quia per eam itur in ecclesiam sancti Leonhardi, in qua beata Virgo miraculis clarere cœpit et nomen portæ tribuit. hæc porta turrim habet altam et firmam, cuius adspectus auream sculptam demonstrat crucem, et in ea est etiam vigil tubicina vel tubicen clangens dum debet vel dum vult. Inter septentrionem et occidentem est porta Nova, sic dicta quia noviter facta, cum turri alta et ornata insignibus passionis Domini. Contra occi-

*

1 potens transitur Mon. 1. 2 habet, sed nondum est elevata in altum. Mon. 1 und Gold. ut. Beide haben demnach die ältere, erste fassung des tractatus, alles folgende bis vulgariter Griesthor et non Gänsthör fehlt bei ihnen; die andern handschriften haben es alle. Es mag wohl noch eine verbesserung von Frater Felix selbst sein. 3 ad arenas sita est Woll. Der name Gänsthör ist übrigens geblieben.

dentem vero est porta Gögglingenensis, quia dicit in villam proximam Gögglingen dictam, quam inscii nominant Glöglis thor. hæc porta firmam arcem habet et ornatam cruce gloriosa, in qua etiam custodes et tubicines vigilant, quæ bene diceretur porta Judicia, quia extra eam rei torquentur et occiduntur. In latere meridionali in extrema parte civitatis contra occidentem, a qua venit Danubius, est turris Piscatorum alta et fortis, quæ ideo sic nomen habet, quia iuxta eam sunt habitationes piscatorum aquaticorum animalium, et piscaticum fatuorum hominum. Cohæret huic turri protensum usque in Danubium fortalicum firmum cum pluribus propugnaculis, ubi etiam una pars Blauii descendit per fossatum civitatis labiturque per fauces firmissimis cancellis conclusas in Danubium in civitatis cornu. Ab illo cornu et turre Piscatorum descendit in aqua Danubii profundatus murus, altus et spissus, anno in chronica sequenti signato factus et¹ novus murus dictus, quia antiquus murus domibus et ædificiis invalidus et pervius fuit factus. Stat autem murus ille in rapidissimo fluvio protensus usque ad Danubii pontem per 660 passus, habetque in spizzo 10 pedes communes, et prohibet ab una parte aquas ^{Gold.}
_{Fr. 226.} Danubii ne in civitatem ruant, ab alia vero ne aquæ Blauii extra fluant usque in locum suum. In isto novo muro sunt propugnacula et fortalitia septem ornata, et culmina ad modum turrium, ex quibus bombardis et aliis iaculis contra venientes per aquas defensio fieri potest, sunt etiam ab extra multi circuli ferrei ad alligandas naves, et unci ferrei, in quibus tempore guerrarum tegumenta murorum suspendi possunt, ne machinis e contra positis lædi possint, et plurima foramina pro emittendis iaculis lapidum. In medio muri sunt quatuor ostia, per quæ Blauius de urbe erumpens in Danubium labitur. Supra maius Blauii ostium est turris², in qua semper custos auscultat, ut det responsa clamantibus ex alia parte Danubii; contingit enim sæpe, ut quis propter aliquam causam non velit per pontem et portam civitatem intrare, et talis si clamaverit ad custodem illum, navigio transducit eum pretio recepto. sic qui negligunt

*

^{Ulm. 80.} 1 Novus murus am rande Sch. Mon. 1. 2 Der s. g. einlaß. Der thurm wurde erst in unserem jahrhundert abgebrochen.

et post portarum clausuram veniunt, et nuntii urgentes causas afferentes ibi inducuntur, dum causa magna subest, quam magistro civium oportet exponere.

Post novum murum sequitur turris portæ Pontis gregis et pons, qui latus est et fortissimus propter impetum fluminis. Sæpe enim aquis exundat, et nisi pons bene fundatus esset, abduceretur, sicut anteactis annis sæpe contigit. unde etiam quondam incepérant Ulmenses ædificare pontem arcuato opere lapideum, sed dum essent in opere et plurimas fecissent præparations et ædificia in aqua, venit subito inundatio et in una hora noctis omnia abduxit. Nam aliquando in tantum crescit fluvius, ut per portam ingrediatur, ut contigit anno Domini 1374. Ideo oportet pontem gravem esse, sicut modernus pons præter necessarias træbes habet duo tabernacula in medio solatia quasi turres, non tantum propter solatium, quantum propter pondus. Ultra pontem est suburbium et multæ fullonum domunculæ, suntque ab ea parte munitiones, fossata, phalæ et valla, ita ut nemo possit equester etiam ad aquam ex opposito civitatis accedere. Sub illo suburbio est laborarium carpentiariorum civitatis, et locus ubi omnia in Danubium funduntur quæ de civitate ducuntur, ut purgamenta ^{Gold.}
^{Fr. 227.} et murorum ruinæ, ubi etiam est portus Danubii primus et supremus, de quo descendunt onerariæ naves et rates sive strues, et ascendunt de Bavaria in eum, nec ulterius est ascendendi locus. Consequenter a turre Pontis et portæ Gregis descendit in aqua murus civitatis altus usque ad turrim novam, quæ noviter facta est sub arce malefactorum, cuius est quasi propugnaculum. stat autem illa turris nova in aqua, nec habet fenestras alias nisi foramina bombardarum. Dicunt autem, quod in fundo habeat foveam profundam aqua repletam, in qua submerguntur illi, quos non expedit manifeste occidere, ad præcavendum maius malum. Supra eam est turris olim dicta Balistarii, eratque antiquæ civitatis orientalis porta, iam est turris malefactorum firmissima et alta, cellulis¹ ligneis repleta pro custodia captivorum, in qua etiam locus est ubi tormentantur et librantur suspecti ad confitendum publice

*

¹ collulis Gold. ut.

arcana cordis sui, et dum iam occidendi sunt, educuntur de custodiis arctis¹ in habitaculum turri annexum, ubi est depicta et lucida camera, in qua squalore carceris lassati reventur, et religiosis exhortationibus ad patientiam animantur et sacramenta eis ministrantur, et ita ad mortem ducuntur. Hæc habitatio a fundamentis consurgit de horto fratrum Prædicatorum, unde rei per fenestram in eorum hortum respiciunt, et videntes aliquos fratres manus extendunt per aperturam, supplicantes ut Deum pro eis intercedant. Sub camera reorum habent fratres cellulam in qua distillantur aquæ medicinales. Ante turrim ab intra est aliud laborarium² civitatis, in quo res publicæ civitatis tractantur³. Ab illa turre reflectitur murus civitatis a meridie contra orientem, et incipit ibi Danubius a civitate fugere, ideo inter civitatem et aquam est fossatum latum aqua plenum, supra quod in mœnibus civitatis est conventus fratrum Prædicatorum, quibus longus muri tractus commissus est, habentque 42 [passus] mœnia⁴ a turre malefactorum usque ad hospitale et triplici muro est in loco illo civitas munita. Primus est principalis, cui imminet conventus Prædicatorum. secundus est valli inter quem et principalem murum est transitus, et est murus ille spissus et mœnibus ac fortalitiis munitus et ornatus per totum gyrum civitatis, tertius murus est inter fossatum et Danubium, in medio autem muro est unum propugnaculum inter Prædicatorum conventum et hospitale, quod etiam imminet principali muro sicut conventus Prædicatorum, nec est per totum muri gyrum aliqua domus imminens muro principali, nisi domus Prædicatorum et hospitaliorum. In muro autem, cui hospitale adiacet, est arx alta et firma cum propugnaculis, a quibus consequenter recurvatur murus magis in orientem usque ad portam Aucarum, inter quam et hospitale est in muro fortalitium. A porta autem

*

1 de custodiis arcis Gold. ut. de custodiis artis Sch. Kl. Mon. 1. De custodia in habitaculum Wibl., artis fehlt bei demselben. 2 laborium Mon. 1. laborium Sch. 3 res pu civitatis tractatur Mon. 1. res publica civitatis Sch. res pub civitatis Kl. respublica civitatis Wibl. tractatur Sch. Kl. Wibl. 4 42 menia Mon. 1. quadraginta duo moenia Sch. Kl. Wibl. XLIII moenia Gold. ut. Allen fehlt das durch eine conjectur von mir eingeschobene passus.

illa usque ad turrim Rubeam respicit civitas e regione orientem, et supra eam deserit Danubius murum tangere exteriorem, et infra eam est fossatum aqua Blauii plenum, quia Blauius fluvius circumpleteatur gyrum civitatis a Danubio in Danubium, et ipsam civitatem alluit, ut patebit.

In spatio medio inter portam præfatam et turrim Rubeam est in muro exteriori unum propugnaculum. Turris Rubea est arx alta et firma in cornu civitatis erecta, ubi ab oriente reflectitur in aquilonem, dorsum Danubio dans. In hoc cornu ab intra in civitate est armamentarium civitatis¹ grande et refertum ingeniosis et instrumentis bellicis, ab extra vero sunt propugnacula et unum fortalitium pectorale, in cuius medio stat defensorium firmum, quod olim Ulmenses fecerunt contra timorem Delphini regis Franciæ et Carmaniacorum², qui Alsatiam devastarunt, et ab illo fortalitio fecerunt vallum et fossatum usque in Danubium quæ iam destructa sunt. A turre Rubea contra aquilonem procedendo extra fossatum est candidatorium et grandis latitudo pratorum, quæ per gyrum fossato aqua viva pleno vallata est, et in ea latitudine candicantur panni bombycini, qui vascanicæ³ dicuntur, numero maximo per æstatem. In negotiatione illorum pannorum respublica Ulmensium miro modo profecit annis præcedentibus, de quolibet enim panno cedunt in usum reipublicæ ad minus tres ss. [solidi], suntque pauni ultra novem milia⁴. Supra fossata candidatorium^{Gold. Fr. 229.} non longe a fossato civitatis est terebraculum⁵ ædificatum,^{Gold. Ulm 81.} domuncula cum rota, quæ aqua agitatur, et ibi trabes magnæ perforantur et dolantur terebro⁶ ingenti industrio aque motu. Ex opposito terebraculi ultra civitatis fossatum in muro urbis est bassum fortalitium, quod nominant turrim Theodorici⁷, qui fuit artifex, fecitque in eo molendinum, in quo pulveri-

*

1 Das Zeughaus. 2 Die Armagnacs. 3 vastanice Mon. 1. vascanicæ Schad. Kl. Gold. ut., wo als varians vescanicæ. Wibl. hat im text: qui Goldasto vescanicæ dicuntur. Dr Buck vermutet, das wort komme von Vasconia, Gascogne; gewebe nach vasconischer art. 4 ultra IX milia Mon. 1. ultra novem millia Sch. Kl. Wibl. ultra LX Gold. ut. (L statt I). 5 terbraculum Mon. 1. terebraculum Sch. Kl. Wibl. tabernaculum Gold. ut. 6 terebro haben alle, soll wohl heissen terebra. 7 Dieterichsthurm s. Löffler, Geschichte der festung Ulm, s. 37.

zantur illa quæ ad incensionem bombardarum exiguntur. Supra molendinum illud sunt duæ arces non multum a se distantes, contra candidatorum respicientes, directe e regione domorum, quæ sunt in candidatorio. In hoc candidatorio tractantur æstivo tempore, ut præmisi, panni in tanta multitudine, ut numerus in æstimatione sexaginta milia computetur, demptis vescanicis¹ quæ colorantur nigro. Ideo vulgare proverbium est, quod non sit civitas nedum in Alemania, sed nec in Italia aut Francia, quæ habeat ita deliosum rosarum hortum civitati annexum, sicut Ulma, quæ respersum albis floribus habet grande pratum, de quibus multa milia hominum pauperum et divitum vivunt et nutriuntur.

Consequenter extenditur murus civitatis usque ad portam beatæ Virginis, cui alta innititur turris septa propugnaculis. ante pontem huius portæ est pectoralis munitio muris et fossatis fortissima, in qua supereminent septem propugnacula. Ab illa porta usque ad portam Novam sunt in principali muro octo turres et in muro inferiori tres noviter factæ fortes et firmæ. In unam autem illarum turrium de fossato ruit aqua et vertit grandes rotas in fundo turris, quibus artificiose evenitur aqua sursum in superius turris habitaculum, ibique effusa in receptaculum ab eo per cannam plumbeam deorsum relabitur et per dracones dividitur per civitatem, et in diversis locis in fontes salientes erumpit. ab ea enim turri et ab altero quodam loco etiam tali modo dividitur in 23 fontes per civitatem. Ab illa aquarum turre venitur ad arcem altam portæ Novæ, quæ arx ornata est picturis et munita propugnaculis, ante cuius pontem est fortalitium pectorale munitissimum cum 7 propugnaculis. Ab illa porta reflectitur murus omnino in occidentem usque ad angulum et cornu civitatis, et propugnaculis munitus, iungitur ad turrim Viridem, sic nominatam, quia viride² habet tectum, olim tamen dicebatur turris der Gremlinger sicut vicus ab ea procedens dicitur Gremlinger gäß, a quibusdam antiquis civibus Gremlinger nominatis, et

*

^{gold.} 1 vestanicis Mon. 1, oben hat derselbe vastanice. Ganz ebenso Sch. u. Kl. Wibl. hat beidemale vescanicas. 2 viridum Mon. 1. Sch. Kl. Viridem Wibl.

est turris rotunda, in qua ut dicunt nemo noctu audet habitare propter strepitus et impetuosas concussions, quas faciunt in ea maligni spiritus. munita est hæc turris propugnaculis et antemurali. Supra eam ab occidentali parte advenit fluvius Blauius, et contra civitatem irruens per duas patentes fauces civitati illabitur, et sunt fauces illæ cancellis ferratis munitæ. In illo loco est domuncula bassa ad murum, in qua etiam per rotæ agitationem aquæ per canalia per civitatem dividuntur. Ab interiori parte muri est domus fratrum sanctæ Mariæ Theutonicorum, ab exteriori vero sunt molendinæ, et Judæorum quædam domus eorumque cœmiterium.

Inde flectitur murus respiciens occidentem in meridiem, habens ibi unam turrim novam in antemurali, post quam majus brachium Blauii accurrens quatuor faucibus muri excipitur et civitatem ingreditur. iuxta has fauces, quia patentes sunt, erectæ sunt munitiones fortissimæ et tres turres, et ferrea cancella ductilia quæ possunt sursum trahi et remitti. et habetur ibi diligentissima custodia, ne pariter cum aqua ingrediatur inimicus. Ab illis faucibus extenditur murus usque ad portam occidentalem Judiciariam vel Gögglingensem, cui imminet arx alta, ornata et fortis cum propugnaculis. Ante pontem huius portæ est terribile fortalitium rotundum pectorale cum 7 propugnaculis. Ab illa arce descendit murus per flexuram contra meridiem usque in Danubium, ubi angulum et cornu civitatis observat arx Piscatorum, a quo incepimus descriptionem cinguli et muri civitatis. Ibi per fossatum civitatis descendit per fauces fortissimas reliqua pars Blanii, quia ita fluvius civitatem ingreditur, quod [ut] tamen undique fossatum implet, et ita per illas fauces ea pars Danubium petit, quæ a civitate exclusa fossato servivit. Fossatum autem ipsum gyrans a Danubio in Danubium sine interstitio est <sup>Göld.
Fr. 281</sup> muris inclusum et profundum, in quo pisces multi sunt et anseres non domestici et alia aquatica.

¹ Magnam commoditatem simul cum decore civitatis recipit Ulma de aquis iuxta eam confluentibus, de quibus dictum est. Nam ab Hylaro recipit ligna; a Danubio diversa mercimonia

*

1 Utilitas fluminum Mon. 1 am rande.

desursum, singulariter tamen ferrum, per ipsum etiam remittit aliis gentibus sua. Blauius vero nihil navigiis inducit nec abducit, sed per se ipsum plurimam salutem civitati affert, ideo non ab extra civitatem transit, sed contra eam currens ingreditur tanquam domesticus et potens civis, ipsam civitatem alluit, sordes abducit, farinam molit, vicos omnes aquis suis alit, et nunquam ad momentum servitia sua intermitit, nec viam aut gurgitem alium facere poterit, nisi per medium Ulmam. Non sic Danubius, qui ut dicitur a civitate averti poterit, licet multo labore. quondam enim quidam dux Bavrorum inimicus Ulmensium consiliabatur, quo in loco posset Hylarum per alium gurgitem avertere, ne Danubio iungeretur, sciens quod Danubius sine Hylaro inutilis Ulmensibus esset, sed de Blauio avertendo consiliari non potest, cum sit impossibile fieri. Quamvis autem ipse Blauius ut civis et amicus semper assit urbi, tamen ab ipsa sua genetrice nympha interdum importunius evomit, et tunc intumescens quasi iratus, furens et sæviens contra civitatem, non ut civis et domesticus, sed ut hostis terribilissimus irruit, et turbulentu fremitu rumpit et devastat quæ invenit, et omnia repente replet. unde anno Domini 1461 in quadragesima subito intumuit et rapidissimo cursu contra civitatem in muros irruit, non contentus faucibus, ipsos revertore conabatur et de facto invalidavit, et in civitatem veniens rotas omnium molendinarum destruxit, et fullonum ac cerdonum ac aliorum circa aquas laborantium scamna et instrumenta dissoluit, et 12¹ domus a fundamento eruens et omnes pontes quasi deprædator et effractor crudelissimus de civitate eduxit, spolia ditissima in lignis Bavaris et Australibus afferens ex Ulma rapta, unde in unius horæ spatio ultra 10 milia florinorum nocumenta ulmensi civitati intulit. Ex eo autem tempore ampliaverunt Ulmenses fauces fluminis, ut sic veniens non petat murum revertere. Sed et Hylarus quandoque de montanis quasi saltum capit et impetuosisse Danubio iunctus muris insilit, rates dissolvit, pontes concutit et abducit, et civitatem turbatam reddit. Similiter et Danubius turbinibus auctus omnia quæ tangit revertit, et novos gurgites per agros hortos et prata

*

1 XVII Goldast ut. XII Mon. 1. Schad. duodecim Kl. 12 Wibl.

scindens terram suffudit et recipit. Non autem simul et semel omnia tria flumina fremunt, si enim omnia tria simul s̄avirent, non credo posse civitatem ulmensem manere. Propter ista flumina nullus Alemaniæ princeps posset eam civitatem sufficienti vallatione obsidere suo exercitu, quia eam obsidens necesse esset ut tribus legionibus eam vallet, nec potest una legio ad aliam venire, et si tempore obsidionis inundatio fieret, ipsam obsidionem solvere necesse foret. Insuper præter aquas delectabili latitudine per gyrum cincta est Ulma, a quatuor plagis latae valles habens, nam ab oriente et occidente vallem amœnissimam Danubii habet, ab aquilone autem vallem Blauii, qui per amœnissima arva decidit, et ab austro vallem fertilissimam Hylari, inter occidentem autem et aquilonem sancti Michaelis montem fructuosum et solatiosum habet, ut terra Ulmensis non sit nimia latitudine tædiosa, nec nimia montuositate angusta. Et tantum de exteriori forma et dispositione civitatis.

¹ Ab intra est civitas amœna, aquis irrigua, non solum
accurrentibus, sed etiam ex corde civitatis emanantibus, ut est
fons antiquarum cannarum et putei, qui non aquas de pluvia
collectas habent, sed de venis terræ scaturiunt, unde puteum
qui est in ambitu fratum Prædicatorum nemo unquam eva-
cuare potest, quia quantum extrahitur, tantum repente influit
ex fundo.

Vicos habet Ulma latos non tenebrosos, et domos altas,
ligneas ut in plurimum, quia lapides non sunt ibi nisi igne
cocti. Plateas habet latas tres principales, scilicet totam plateam
ante Prætorium, et plateam vinariam², et plateam ante ecclesiam
beatæ Virginis; alia est platea granorum vel bladorum, alia <sup>Gold.
Fr. 238</sup> platea equorum in arena iuxta portam Aucarum, alia platea
viridorum³ iuxta Prædicatores, etc. Nec semper ita fuit, nam
platea ante domum Consulum ante paucos annos multis domi-
bus et mercatorum pategis occupata fuit, et in loco ubi stat
iam fons in platea Piscium⁴ stetit olim domus sub qua vende-

*

1 Interior ornatus am rande Mon. 1. Interior ornatus. Ab intra Schad. Kl. 2 Der Weinhof. 3 viridorum Mon. 1 und alle andern; ist der Grünehof. 4 Der Fischmarkt.

batur panis, quæ iam stat ante ecclesiam beatæ Virginis, et in eo loco tunc erat domus bladorum et platea granorum.

Domus Consulum egregia est et decora, habens campanile deauratum undique et multa habitacula, et campanam horarum cantatricem magnam, ad cuius tactum .etiam in turri ecclesiæ beatæ Virginis custos magnam ictibus percutit campanam, ut qui primam obaudivit signaturam, secundam consideret. In eadem turri beatæ Virginis sunt semper duo custodes, qui mane et vespere tubis concrepant. ante paucos annos habebant uxores secum superius, sed Plebanus modernus eiecit feminas propter ecclesiæ immunitatem servandam.

Studio ingenti servatur civitas in munditia, nec sunt ibi cloacarum et latrinarum fœtores sicut alibi, sed per subterraneos meatus omnia transeunt. Tantum diligunt cives civitatis munditiam, ut quadam vice decernerent nullum amplius mortuum intra muros sepeliri, et omnino sepulturas suas ad omnos Sanctos transtulissent, si Prædicatores et Minores non obstitissent. Nihil est quod tantum deturpet vicos et aerem fœtore inficiat, sicut porcorum multitudo, qui undique sterco- rizant; credo, si porci non essent, quod tam munda et sana civitas vix reperiretur. Non vidi civitatem, in qua homines tam libenter sint communiter sicut in Ulma, tam pauperes quam divites. Ibi omnia ad humanam vitam spectantia repe riuntur pro denario. Sabbatinis diebus est hebdomadale forum, et tantus est tumultus in plateis ementium et vendentium, ac si essent nundinæ annuales, singulariter tamen in platea ubi est vini forum, ubi nonnunquam stant 300 currus et plausta onusta vino. Non credo simile forum vini esse in Alemania, ubi tantum de vino ¹ in plaustris habeatur venale, et tam ^{Gold.}
^{Fr. 234.} pente sit venditum, nam ante meridiem omnia sunt vendita et tantum pro grossa pecunia, non enim solvitur vinum obulis, denariis aut cruciferis, sed florenis et behemis ad promptum. Et tantum ² de tertio principali.

1 tantum de vino Mon. 1. Sch. Kl. Wibl. Gold. Fr. tantum non vino Gold. Ulm. non Fr. 2 Et tantum . . . principali. Et cetera Mon. 1.

Principale IV.

De ordine populi in civitate ulmensi.

Sequitur
ex m.
scripto
F. F. P.
Bess.

Quatum principale est de populi civitatis ulmensis ordine et divisione per distinctas societates. Cum enim civitas ulmensis sit plena populo et multi valde sint sui habitatores, ita quod in civitatibus triplo maioribus non sint tantæ gentes, necesse est esse ordinem, cum multitudo pariat confusionem, ubi scilicet est multitudo sine ordine; quia semper in multitudine inæqualitas reperitur et illa inæqualitas ordinem facit, cum inter æquales ordo esse non possit. Unde Philosophus 4 politicorum¹ probat civitatem bonæ politiæ constare non ex una parte, hoc est non ex æqualibus civibus, sed ex pluribus, ut sint differentes habitatores. Sunt autem in civitate ulmensi septem civium differentiæ, septem facientes status; suntque quasi septem columnæ quibus respublica civitatis ulmensis sustentatur, quas septem columnas æterna sapientia excidit ad ædificandam sibi domum, Sap. 9²; domum, inquam, huius almæ civitatis Ulmensis, cuius civilitas his septem distinguitur:

Primi sunt sacerdotes et religiosi, per quos respublica cœlestibus et Deo iungitur.

Secundi nobiles et generosi, per quos armis acquiritur et defensatur.

Tertii præcellentes et famosi, per quos respublica gubernatur et regitur.

*

1 4 polliticor. Mon. 2. Kl. 4 ethic. Schad. Schmid. Kl. 2 Die stelle ist vielmehr Prov. 9, 1.

Quarti honorabiles et modesti, per quos consiliis et auxiliis fovetur.

Quinti negotiatores et experti, per quos augmentatur respublica et delectabilis redditur.

Sexti laboratores et mechanici, per quos respublica præservatur et restauratur.

Septimi forenses, comitativi, per quos respublica ornatur et decoratur.

Est autem pulchra concatenatio omnium horum, quorum primi sunt quasi glutinum omnes connectens, secundi vero supra tertios in aliquibus, in aliquibus eis æquantur, sic tertii supra quartos et ita consequenter, ut in singulis patebit.

Cap. 1.

D e s a c e r d o t i b u s i n U l m a ¹.

Sacerdotes in omni gente et in omni tempore supremi sunt habiti in numero hominum et quasi dii reputati, pro eo quod sunt medii inter Deum et populum constituti, ut sanctus Thomas 3 parte, quæst. 22 art. 1 habet. Nam sacramenta et alia divina mysteria, quæ sunt Dei, populo ministrant, et orationes ac oblationes, quæ sunt hominum, Deo offerunt, et hoc agunt non tam pro optimatibus, quam pro infirmis et pauperibus. Unde non includuntur alicui societati civium, nec sunt zunftales, sed sunt supra instituentes zunftas et infra zunftarum ordinem, complectentes totam communitatem ². Sicut Deus est omnia in omnibus, nec tamen est aliquid omnium, nec in prædicamento ponitur ³, sic pari modo sunt Dei ministri sacerdotes, quos elegit Deus ex omnibus. Unde Deuteron. ⁴: Elegi vos de cunctis tribubus Israhel ut essetis mei. propter quod a servitute et potestatè secularium exempti sunt et ab omni exactione liberi, unde augusta hac libertate donati sunt servi Christi, ut cum in servitatem Dei, cui servire regnare est, redacti fuerint, ab omni sint principum servitute penitus *.

1 I ordo Ulmensis populi Gok. et Bess. am rande fehlt alles folgende bis zu dem c. de Nobilibus in Ulma. 2 Bei Woll. fehlt alles folgende bis zu dem c. de Nobilibus in Ulma. 3 statt ponitur haben primo Sch. Kl. Bess. Gok.; ponitur hat nicht Wibl. 4 Die stelle ist Deut. 18, 5 oder 21, 5.

alieni. Hinc est quod gravaminibus non subiacent, nec iuramenta secularibus præstant, nec ad bella cum eis procedunt, et qui recipiunt ab eis datias aut telonia, rapinam committunt et ad restitutionem tenentur, et excommunicati sunt (ut de censibus cap. quanquam, lib. 6)¹; et olim clerici dantes secularibus telonia et datias excommunicati erant, nisi clerici mercantiis operam darent quod non licet. nec iuramenta possunt laici a clericis exigere, sicut a laicis (cap. si quis . . 2 § 4). sunt tamen septem casus in quibus iurare possunt, sicut habetur in summa Antonini (parte 1, titulo 10, cap. 4, § 2). Nec ad prælia cum civibus accedere possunt, quia sunt milites spirituales et bellare habent contra errores infidelium et ideo oportet eos esse armatos auctoritatibus scripturarum et orationibus sanctorum et frequentia orationum. Unde Ambrosius adversus milites et Gothos: *Arma mea lacrymæ meæ sunt.* Talia enim sunt munimenta sacerdotum (c. 24 qæst. 8 convenior)². Et ideo ut expeditus sit clericus ad ista arma in promptu sumenda, dicit apostolus 2 ad Timoth. 2³: *Nemo militans Deo implicat se etc.* Quæ autem dicuntur negotia secularia quibus clerici non debent implicari, habes extra: *Ne clerici vel monach etc. per totum.* Quia tamen clerici cohabitant civibus, tenentur in necessitate ad murorum civitatis custodiæ, ut legitur et notatur in cap. 2, de principio, et præsertim per Hostiensem et Innoc. ibidem. Ex quo dum aliquid alicui conceditur, eius cohærens⁴ concessum videtur (c. 1 § 1. Si Christus etc.)⁵. Unde necessario videntur cohærentia custodiæ: defendere et offendere. Unde custodes arma offensiva solent habere. Unde si clericus custos murorum videt per mœnia vi volentem intrare, parum custodia valeret, si non manus opponeret et conantem intrare reiiceret. Et si hoc non concederetur, aut si firmiter inhiberetur, tunc impune per mœnia hostis subreperet. unde si clericus talem de muro removerit et in aerem agita-

*

1 Diese, und die folgenden citate konnte ich nicht auffinden!
 2 24 qæstione 8 convenior Kl. cap. convenior. 24 § 8 Schmid. Wibl.
 24 quest. 8 convenior Mon. 2. Schad. c. 24 § 8 c. convenior Gok. Bess.
 3 2 Tim. 2, 4 ist der angef. vers. 4 armis scilicet defendere, Wibl.
 Schmid. Eh. 5 Cap. sicut Christus Wibl. in parte 1 § 1 c. sicut
 Christus Gok. Bess. 1 § 1 si Christus conc. in glor. Mon. 2.

verit, perpendens¹ non nataverit, sed in sua maledictione ceciderit et expiraverit, puto quod irregularitatis nota clericum nequaquam tangere poterit. Plus est autem quod huiusmodi custodia clericis demandatur, quam quod simpliciter concederetur (art. 14 § 1 quod præcipitur de verborum significatione, in hiis vide de hoc, prout legitur et notatur in c. de his clericis qui . . ., et Hainricus Bart² [de Bartholomæis] in cap. ita quorundam de iudæis . .). Porro quomodo et quando clericus efficiatur irregularis in homicidio vel mutilatione in bello, vide in summa Antonini parte 3, titulo 28, cap. 2, § 6 et 7. Et quare clericis de iure communi bellare non licet, et si bellis interesse contingat quid ibi facere debeant, vide ibid. titulo 4, cap. 2, § 6 et 7. Sic ergo civitas et communitas ulmensis ad modum Romanorum antiquorum sacerdotes habet pro suæ reipublicæ felici augmento, qui tamen communitatis membra non sunt, nec ad usum communem concurrunt, sed inter Deum et populum libertate gaudent, et non cives sed plus et supra cives sunt.

Cap. 2.

De nobilibus in Ulma³.

Secundi in ordine civili in Ulmensi civitate sunt nobiles, armis civitatem protegentes et iura eius ab invasoribus defidentes. Ab antiquo enim Ulmenses consueverunt habere insignes et generosos viros, genere claros, armis doctos, probitate famosos, qui rempublicam armis et bellis tutati sunt, quorum non solum animositas et ingenium metum incussit inimicis, sed magis generis claritas et morum probitas. Nunquam enim conati sunt Ulmenses suam rempublicam tueri aut augere furia rusticorum, aut sævitia latrunculorum, aut ignotarum gentium inhumanitate, aut quorumcunque aliorum, qui non aestimant victoriam, nisi homines prostraverint, et gladios sanguine in-

*

1 alle hs. haben pendens, nur Wibl. hat perpendens. 2 et hs. bart Mon. 2. et Heinricus Bart Wibl. et Henric. Boit Gok. Bess. et Hainricus Boit Schad. Kl. 3 II ordo populi Vlmensis Gok. Bess. am rande. Hier fügt Wibl. ein den deutschen >Adlungsbrief Caroli V anno 52.<

e briaverint, et ignibus ac flammis domos pauperum dederint; et, quod his peius est, si eorum crudelitati paritum non fuerit et perverse voluptati permissum, mox aversi in suos dominos arma hostilia convertunt, eosque sua importunitate contra iustitiam facere cogunt. Non sic agit ingenua nobilitas quæ prudentia, iustitia, pace et patientia prosternere primum inimicum quærit. Et ideo Ulmenses generosos comites, strenuos milites, animosos et expertos nobiles-veteranorum superstites, notos Imperatori, regibus et principibus, et quorum nomina etiam plebi formidulosa sunt, hos inquam conducunt, stipendia larga tribuunt et suorum exercituum capitaneos et castrorum præfectos et dominiorum rectores instituunt. Nec tamen de consulatu sunt, nec tractatibus consulum intersunt nisi vocati, sed ad iussum consulum moventur et rebus bellicis intendunt, publicas stratas et patriam a latronibus purgant et de aciebus ordinandis in necessitate curant. Nam in præsenti habent domini Ulmenses stipendiarios generosum dominum Philippum comitem de Kyrchberg, virum utique quietum et pacificum, in armis tamen strenuum cum famulis suis armigeris; habent et insignem genere comitem dominum¹ Ludwicum de Helffastein bellicosum et iniustis rebus inimicum; comitem dominum Wilhelmum de Rechberg de Hochenrechberg, militem expertissimum; dominum Jacobum de Landaw, militem de veteranis comitibus exortum. Et nobiles: Wilhelmum Emser antiquum Ulmensium ministrum strenuum et expertum; et Magnum Fetzer canum et multorum experientiae virum; et Cunradum de Zülnhart²; Arnoldum de Rosenberg; Georium de Berg³; Bernhardum Schenk⁴; Conradum Pfalhaimer⁵ cum eorum armigeris. Et præter hos alios multos habent clientes ad arma

*

1 Von dominum bis comitem ist bei Sch. Kl. Schm. weggelassen; nach: habent et insignem genere comitem folgt bei ihnen sofort: dominum Wilhelmum de Rechberg etc., so daß Ludwicum de Helffastein ausfällt. Augenscheinlich ein versehen des abschreibers, der von dem einen dominum zum andern übersprang. Kl. und Schm. folgen fast immer dem Sch.'schen text. 2 Zillhart Gok. Woll. Bess. Zillartt Eh. zilhart Schad. Kl. Schmid. Wibl.; cop. Vees. am rande von prælat Schmids hand: Zülnhart. 3 Berck Schmid. berckh Wibl. Eh. 4 Schenckh Wibl. Eh. 5 Pfalhaimer (Pfelhaimer) Bess.

dispositos. Hos civitatis defensores ponit Aristoteles 4 polit. ultimo loco in ordine civium, et in spec. de iurisdictione omnium iudicum, in fine cap. de defensoribus civitatum per totum dicuntur de infimis magistratibus, non quidem propter vilitatem conditionis, sed propter libertatem ingenuæ generationis. De quibus dicit Aristoteles, ubi supra, quod impossibile est sine principibus et nobilibus bene esse civitatem.

Porro præter exteris nobilis habent domini Ulmenses nihilominus aliquos de suis nobilibus civibus stipendiarios armaturæ deditos, inter quos est ingenuus vir dominus Leonhardus Vetter, miles strenuus et audax, imperatori et regi Maximiliano plurimum pretiosus, qui prater certamina, quibus militiam adeptus est, peregrinationem occidentalem aggressus multis laboribus et periculis usque in Sancti Patricii purgatorium devenit, cuius tenebras tetras squaloresque expertus militiae suæ balteum splendidiorem reportavit.

Hos ergo comites, nobiles, milites et militares in loco civilis coordinationis posui iusto ordine infra clerum et supra dominatum sive civitatis primatum, quia cum utroque participant et ab utroque differunt. Cum clero quidem ingenuitate, de quibus dicitur 1 Petri 2^o 1: vos estis genus electum regale sacerdotium. nobiles enim sunt de electis generibus et de regalibus exercitiis corporalibus, sicut clericis spiritualibus, et conveniunt in honore, quia militi et docto clero æqualis honor debetur. Baldus tamen dicit in prohemio digestorum supra rubr. ad fin., quod miles perhonorandus est in sedendo et incedendo super doctorem simplicem. Est etiam militia dignitas sicut clericatus (ut legitur et notatur 6 quæst. 1 cap. si quis etc. militare). Dicimus etiam quod pietas suadet disciplinam militarem, et eodem modo scholasticam et clericalem, (prout legitur et notatur in l. Divus Traianus ff. [digest. 2. tit. 12. qu. 9] de fériis). Idcirco doctores medicinæ, legum et canonum, quamvis clerici et ecclesiastici non sint, non tamen sunt inter plebeios computandi, sed inter milites et nobiles, quorum privilegiis et amplioribus gaudent. De quo vide copiosissime

*

11 Petr. 2 [9.] Bess.

in repertorio utriusque iuris clarissimi doctoris Joannis Bertachini¹, sub dictionibus doctor, medicus, nobilis. Sunt etiam milites liberi a vulgaribus gravaminibus, sic et clerus. Convenientiam etiam habent nobiles cum civitatum magistratibus in nobilitate ipsa, quia et illi ut plurimum nobiles sunt sicut isti. Ideo matrimonia copulant, et nobilis dat filiam civi, quam nullo modo daret mechanico², et e contrario. Origine etiam convenient milites, senatores et sacerdotes, unde legitur in chronicis Romanorum Romulum pro conservatione reipublicæ primum milites in Europa instituisse centum electos iuvenes, et centum seniores, quos senatores appellavit. Et hinc militaris ordo senatoriaque dignitas exordium sumpsit; et sacerdotium ecclesiasticum Romæ fundamenta habet, ut patet.

Et tantum de nobilibus.

Cap. 3.

De principali ordine civium ulmensium³.

Tertii in ordine civili in civitate ulmensi sunt principaliores in urbe. a quibus respublica tenetur, quos nominare possumus senatores, magistratus, primatus, optimates, potestates, maiores natu, generosos, de genealogiis, et communi nomine nominantur burgenses i. e. cives, quasi per excellentiam civium cives, sicut dicuntur quandoque in scriptura patres patrum; vel dicuntur burgenses quasi domini burgi ulmensis et rectores. Eapropter nominantur etiam clarissimi, ut patet in speculo de iurisdictione omnium iudicium in fine cap. de defensoribus civitatum per totum. Istis enim serviant et obtemperant superiores et inferiores ordines et in eis verus ordo civilis incipit. Nam primi duo ordines et ultimus non sunt de essentiali corpore civili, sed ad bene esse eius pertinent. Caput ergo civilis ordinis sunt illi tertii, quorum consilio ceteri reguntur (ut ff. [digest.] de condit. et demonstr., l. municipibus habetur).

*

1 Joannes Bertachinus de Firmino schrieb ein lexicon s. Repertorium utriusque iuris. Rom 1581. Nürnberg 1483. Vened. 1488 und später noch öfters herausgegeben. 2 et egregio. Gok. Bess., statt et e contrario. 3 III ordo populi Ulmensis Gok. et Bess. am rande.

Ideo famosi, præcellentes et clarissimi senatores, optimates, magistratus, primatus, potestates nominantur singulariter cives famosarum civitatum ut Ulma est. Et hi cives absque dubio veri nobiles sunt (ut patet 79 (v. 49) dig. si quis sacerdotibus et in glossa 1). Ideo Clemens papa scripsit ad Neapolim civitatem¹ in superscriptione: Nobilibus civibus etc., innuens cives esse nobiles. Nec dubium habeo, si papæ constarent genealogiæ et origines civium ulmensium, eodem titulo eis scriberet, cum nobilitas Italiæ obscuris et adulterinis commixtionibus vitiata sit, quia frequenter audimus bastardos Italorum in dignitatibus magnis patribus succedere, quod apud Suevos nullo modo admittitur, nec aliqua dispensatio aut habilitatio ad hoc Suevos inducere posset, ut regimen bastardi etiam Imperatoris sustinerent. credo enim quod Ulmenses antequam bastardum pro magistro civium acciperent etiam cuiuscunque principis filium, quod potius ipsi rempublicam propriam dissolverent, quia sciunt Salomone docente, quod adulterinæ plantationes non dabunt altas radices, Sap. 4², et quod bastardi tendunt ad ignobilitem. nec tantum bastardos abominantur habere præfectos, sed æque graviter et impatienter ferunt adulterorum dominium. Ideo cum papa prædictus scribit Neapolitanos esse cives nobiles, designat etiam cives aliarum civitatum famosarum esse nobiles. Singulariter tamen illi nobiles cives comprobantur, qui per gradus suos ita altum initium sumpserunt, ut in hominum memoria non existat, et ultra nunc viventium notitiam se extendat sine nota degenerationis. Unde Cassianus in quadam epistola: laudabilis vena suam servat originem. Propter hanc nobilitatem nominantur cives generosi maiores natu et domini de genealogiis. Pro quo tamen notandum est quod in dupli differentia inveniuntur nobiles, quidam maiores, alii dicuntur minores. Maiores sunt qui quondam a Græcia cum Troianis in Italiam et in alias regiones venerant et a Roma demum per Karolum educti in Sueviam

*

1 Hier sind folgende Abkürzungen eingeschoben: videlicet 39 d i Petrus Mon. 39 dict. c. petrus Wibl. videlicet 31 di Petrus Schad. Kl. 31 dist. c. Petrus Schmid. nur etc. haben Gok. Bess. 2 Sap. 4 fehlt bei Schad. Schmid. Kl. Salomone docente Sap. 3 hat Wibl. Die stelle ist Sap. 4, 3.

et in alia loca sunt positi, ut supra dictum est, de quibus etiam multi in civitates sunt locati. et illi nobiles dicuntur proceres et militares et sub illustribus et baronibus constituantur. et hi communiter in castris habitant, in montibus se et suos tuentes, castra quoque ab ipsis nomina sortiuntur, et torneamentis ludunt. Minores vero nobiles et inferiores sunt civitatum senatores et maiores natu, famosi cives in urbibus famosis habitantes, puta Constantiæ, Thuregi, Ulmæ, Augustæ etc.; qui ut dictum est proprie nobiles dici possunt (ut etiam legitur et notatur in c. series de testibus etc.). Nec tamen dico quod omnes cives illius tertii ordinis sint nobiles, nec aliquis eorum dicendus est ignobilis, cum ille tantum sit ignobilis qui est ignotus et vialis et obscuri generis, cuius nec nomen quidem scitur, ut dicit Isidorus 10 etymolog. ; quorum nullus est in toto agmine tertii ordinis, quia omnes sunt clari originis et nullus est inter eos ignobilis, quamvis omnes non sint nobiles¹.

Sunt ergo sex differentiæ nobilium civium. Quidam enim sunt, non dubitamus, in civitatibus, quorum antecessores fuerunt vel Troiani aut Romani aut Carthaginenses de præclarissimis nobilibus, electi autem a suis sedibus non omnes castra ædificare poterant, sed multi eorum civitates adeuntes civili vita contenti per successum inter cives et minores nobiles computati sunt, vel in initio civitatis in locum construendæ urbis locati, quia semper una pars civitatis coetu nobilium decorbatur secundum Aristotelis doctrinam 4 polit. Nec reputabatur civitas locus ambitu murorum munitus, sed ordine habitantium discreto ornatus, sicut Hugo de Sancto Victore dicit civitatem Jerusalem fuisse distinctam in tres partes, in prima habitabant rex et sacerdotes, in secunda cives nobiles, in tertia vulgus et plebeii. Sed quia cum tempore omnia transeunt et veterascunt, transivit etiam memoria illius originis cum longo

*

1 Mon. 2. Schad. Schmid. u. Wibl. schieben ein: Sicut enim non sequitur: ille non est albus, ergo est niger, quia potest esse alterius coloris, sic non sequitur: ille non est nobilis, ergo est ignobilis, cum sint gradus medii. Ähnlich Woll., nur hat er sicut enim non semper: statt non sequitur: . . . , alles übrige ebenso, nur nachher wieder semper statt sequitur.

interiecto tempore a desolatione Troiæ, Carthaginis et Romæ, ita quod nunc quasi nulli nobiles in civitatibus et extra suas sciunt pro certo origines, nisi pauci de maioribus, ut duces et barones.

Secundi nobiles cives sunt qui relictis castris et habitaculis progenitorum suorum vel propter guerras vel propter tedium solitudinis vel propter defectum necessariorum ad civitates migraverunt. quamplures enim iam actu a multo tempore in Ulma degunt, quorum patres castra possederunt, de quo hodie literas patentes ostendunt, sed bellis arctati et coacti in civitates confugerunt, sicque castris incensis et destructis civili vitae se contulerunt et successu temporis per varios casus titulos suæ ingenuitatis amiserunt, præcipue per connubia rusticana. Alii etiam de maioribus nobilibus arctati bellis et metu alicuius moti, vel amore, aut amicitia, habentes fortia castra, acquisiverunt sibi obsequiis, aut certis meritis, aut pactis et conditionibus, civium alicuius famosæ et sibi propinquae civitatis gratiam, et ciuilegia¹ accipiunt, onera et iura municipalia subeunt, et civium privilegiis auxiliis et praerogativis gaudent. nec per hoc tolluntur eis privilegia nobilitatis, sed utrisque gaudent (ff. [digest.] de Senatu senatorum) per autoritatem. Potest ergo nobilis civitati alicui incorporari, salvo semper imperatoriai maiestatis iure. Et taliter fuit civis Romanus sanctus Paulus, ut habetur Act. 16.² (et ut legitur et notatur dig. 10 si in adiutorium . . ³), quia erat nobilis genere, ut dicit glossa ad 2 Tim. ult. Transmigrant etiam nobiles de castris ad civitates propter taedium solitudinis, quod habent in castris, et solarium societatis, quod inveniunt in civitatibus, et ventris ingurgitationem, quam habent in tabernis, et propter alias voluptates ad urbes confluunt, postposita militia, ut imitantur civium vitia. Castra enim a castrando sunt dicta, quia in eis olim veri nobiles casti et castimonialiter in abstinentia voluptatum vivebant, exercitiis militaribus instabant cursu, saltu, usu natandi, equos agiles faciendo, et venationi vacabant, quibus

*

1 ciuilegia Mon. 2. Schad. Kl. Bess. Wibl. Woll. privilegia Schmid. Gok. 2 Act. 16, 37 und 22, 25. 3 di 10 Si in adiutorium Sch. Kl. di. co. si in etc. Woll. dist. 10 cap. si in adiutorium Schmid. Wibl.

generosa nobilitas naturaliter inclinata noscitur. Sed nunc aliqui his neglectis ad oppida convolant et civitatum negotiationes ac commercia disponunt, sicut corvus de arca Noe missus ad cadaver mansit nec reversus fuit Gen. 8. nam ubi cunque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquilæ Luc. 17. Ita pessime aliqui nobiles propter delicias et epulas suæ nobilitatis dimitunt sedes, quia inter glutones gulosos devoratores oppidanos incrassatos impinguatos commorantes etiam mores nobilium amittunt. Aliqui vero propter defectum vel virium aut rerum de castris ad civitates se transferunt, ut nobiles senes divinis interesse cupientes et medicos sibi præsentes habere, quos nonnunquam sequuntur filii et manent; vel quia levioribus expensis necessaria in civitate conquirere possunt; vel quia in castris depauperati in civitatibus negotiis se dare volunt ad fugiendam mendicitatem. Omnibus his modis antiquo tempore et moderno nobiles civitatibus sunt iuncti, et præcipue nunc multiplicantur nobiles in civitatibus, quod videamus in desolatione castrorum, quæ stant ornata sine habitatoribus quoisque per se corruant. Eodem modo rustici relicto rure in civitates transeunt, mercantiis¹ pecunias vel artificiis conquirunt et tandem in ordinem nobilium civium veniunt. Et hi efficiuntur cives ad commodum, nec per hoc perdunt privilegia forensium: (ff. [digest.] de adopt. l. per adoptionem)². Quamvis autem nobiles per transitum ad civitates et per incorporationem civium non perdant privilegia nobilitatis ut dictum est, tamen successu temporis, cum connubiis et aliis per omnia æquales civibus efficiuntur, perdunt affectum nobilium adhuc in sedibus paternis et castris existentium, unde eos a torneamentis et aliis quibusdam singularibus nobilium exercitiis tanquam degeneres secludunt, vel si secludendi occasionem sufficientem non habent, eos tamen percutiunt et durius tractant ex condicto.

Tertia differentia nobilium civium est, quia quidam eorum ex uno parente nobili et ex altero non nobili procedunt, qui

*

1 mercenariis Sch. Kl. 2 D de adopt. l. per adoptionem Woll. Bess. L. per adoptionem D. de adopt. Schad. Schmid. Wibl. Kl. J. de adopt. l. per adoptionem Gock. (non Bess.)

dici possunt heroes, ad modum sicut in auctoritatibus gentilium heroes appellantur qui ex uno parente mortali et ex altero nascuntur immortali, sicut Achilles ex Peleo patre mortali et dea dicta Thetide immortali ortum habuit. hæc autem Thetis secundum theologiam poetarum potentissima dea erat aquarum, cui tamen Jupiter iungi noluit sciens ex ea filium nasciturum maiorem patre. ideo Peleo homini, qui tamen magnis semper interfuerat negotiis, tradita fuit, et ad eius nuptias omnes dii et deæ vocati, dempta Discordia. In illis nuptiis contigit litigium Palladis Veneris et Junonis propter pomum aureum etc. Concepto autem Achille et nato mater tradidit eum Centauro Chironi, qui ei nullum cibum tribuit nisi de bestiis a se captis, et in fortissimum virum omnium Græcorum evasit, et in Troiano bello nobilissimo multis interemptis Hectorem et Troilum extinxit. Hæc historia bene adaptatur generationi quorundam civium. Nam olim omnes nobiles dicebantur dii temporibus Troianorum; Peleus autem non nobilis sed tamen expertus Thetidi deæ matrimonio iungitur. Cum civis nobilem desponsat uxorem qui sua experientia meruit habere nobilem, propter eius autem virtutem et uxorius ingenuitatem veniunt ad nuptias omnes nobiles, fitque propter absentiam discordiæ pax inter nobiles et cives; quæ tamen durabilis non est, quia malis aureis h. e. bonis temporalibus turbatur pax inter eos. Mater autem nobilis, ut Thetis Achillem iuvenem longe a se misit stygiis undis immergens, sic illa filium natum nobilium¹ curiæ destinat, ubi immergitur multis miseriis et pascitur tantum bestiis a se captis i. e. de rapina a se capta, et ita enutritus cum nobilibus bella ingreditur, et propter grandia facta pro toto deificato i. e. nobilitato habetur. Sunt ergo cives Ulmenses multi Achillei, nobiles ex matre scilicet, et si continuaverint pro filiis suis connubia nobilium, tandem ex toto efficiuntur nobiles. Et hos nominant nobiles tinctos quos prius nominavimus heroes et Achilleos. Dicuntur autem tincti, quia per agnationem nobili sanguini intinguntur, et per continuatam tinteturam indubitati nobiles evadunt. Sic tinctus fuit David, ovium pastor ruralis, accipiendo Michol

*

1 nobilitatum Mon. 2.

regis Saul filiam 1 Reg. 18, unde dixit: quis ego sum aut quæ vita mea aut cognatio patris mei in Israel, ut fiam gener regis¹? Factus est ergo David nobilis et princeps exercitus regis. Ideo antiqui cives Ulmenses viri magnifici contrahebant cum nobilibus, uxores nobiles accipientes, et propter dignificationem suæ stirpis et propter consilium Aristotelis, qui 2 ethicorum suadet ducere uxorem nobilem quia illo modo ex ignobili tandem nobilis efficitur. Sicut enim stirps non nobilis ex nobili connubio significatur, sic stirps nobilis ex ignobili connubio et coniugio vilificatur, ad quod evitandum antiqui Ulmenses nobilia coniugia inierunt. Sic ergo nobiles facti sunt, nisi per ignobilium mulierum [connubia]² eorum conditio sit vilificata. Sicut enim barones et illustres per uxores et matres, non suæ libertatis sed minoris nobilitatis, suas conditiones et suorum successorum faciunt viliores (ut legitur et notatur in l. neque natales . . cap. de probationibus [cod. l. 4 tit. 19], ubi etiam dicitur: quod si probavi me ingenuum i. e. liberum, propter hoc filia mea non est probata libera, quia potest esse nata ex ancilla, et perpetuo in posteros caret libertatis prærogativa), sic etiam est de civibus nobilibus. Unde senator si contrahit cum libertina, dignitatem amittit (ff. [digest. l. 23 tit. 2 qu. 27] de ritu nuptiar. l. si quis in senatorio . :). Non autem sic est de regibus et principibus. facilius enim nobiles minores per vilia connubia lineam suam maculant, quam maiores. ideo plus nocet humile connubium baroni quam principi, et plus militi quam baroni, et plus civi quam militi vel militari. Unde ad hoc propositum legitur, quod quondam unicus filius regis Bohemorum amore superatus contraxit cum pauperis lotricis filia, et per eandem genus regale est continuatum, quia tam ingentem stirpis excellentiam parvitas mulieris diminuere non potuit, sicut nec modicum aquæ copioso igni nocet, quia lex dicit quod mulieres coruscant dignitate virorum. Non autem est dubium, quin talis mulieris lotricis contractus plurimum obumbrasset, si non extinxisset, parvæ nobilitatis lumen. Modicum enim in multo non vitiat, quod in modico valde vitiat. Laudabilis ergo vena suam ser-

*

1 S. 1 Sam. 18, 8. 27. 2 connubia fehlt in allen mss.

vat originem, sine recurvatione. Quia autem cives Ulmenses antiquam nobilitatis venam non servaverunt qua olim iuncti nobilibus erant, ideo nunc nobiles designantur eis familiariter convivere, nec patiuntur ut ab eis tibentur, quod olim ab eorum patribus volebant habere.

Quarta differentia civium est, quod aliqui simplices et parvae generationis adepti pecunias veniunt Ulmam quæruntque civium connubia et in civium tertii ordinis locum ascendunt, et ex connubio et amicis melioris conditionis fiunt. parum enim divitiae prosunt sine aliis requisitis. Unde secundum commentatorem Catonis metro 40 parte 1 divitiae, si non concomitetur eas nobilitas et potentatus, non faciunt hominem felicem, sed infelicem i. e. infortunatum. Unde philosophus vocat divitem ignobilem fortunatum insensatum, vel insensatum felicem. Ut ergo divites facti in negotiatione vel alias felicitate gaudere possint, Ulmam veniunt et civium nobilitatem ac potestatem acquirunt per alia merita subsequentia. Isti sic facti cives et nobiles possunt bene dicere illud¹ Zach. 11: Benedictus dominus quia divites facti sumus. Unde Proverbiorum ultimo: Benedictio domini divites facit. Tales autem praecipue per liberalitatem se nobilitate dignos aptosque faciunt, quia liberalitas est proprium nobilitati (ut legitur et notatur in cap. 1 de donat.).

Quinta differentia tertiorum civium est, quia aliqui, licet non sint nobiles nec divites, sunt tamen in rebus bellicis industrii et audaces vel alias insignes, et tales venientes recipi possunt in illorum civium consortium, praecipue si connubium accesserit inter cives illius ordinis. Sic Hester paupercula Judæa assumpta fuit in reginam Persarum propter elegantiam et venustatem², Hesth. 2. Et Saul asinorum pastor electus in regem Israel fuit, quia erat vir bonus et proceræ staturæ ab humero et sursum cunctis supereminens³ 1 Reg. 9 et 10. Et David, pastor ovium, rex fuit propter animositatem 1 Reg. 17.

*

¹ Zach. 11, 5 und nachher Prov. Salom. 10, 22. ² Esth. 2, 7. 17.

³ Kein citat haben Sch. Kl. Wibl. 1 Reg. 9 und 10 Mon. 2. 1 Reg. 9 Bess. Die stelle von Saul ist 1 Sam. 9, 2, und ebenso 10, 23. 24; von David 1 Sam. 17; und von Salomon 1. Kön. 3, 11. 28. 4, 29 bis 31; von Jephtha hat Wibl. kein citat, Sch. und Kl. nur Judicum, Bess. Jud. 11.

Et Salomon propter sapientiam 3 Reg. 3. Et Jephte propter experientiam Judic. 11. Et Tullius propter eloquentiam consul creatus fuit. Ita et Ulmae contingere potest.

Sexta differentia est, quia quidam ad istum ordinem intruduntur ab imperatore. Nam dum aliqui alibi minus in honore tenti, grati et noti imperatori existerent, gratiam eis conferre volens eos litteris cives tertii ordinis in Ulma facit, sciens eos per hoc non modicum dignificari et nobilitari. Tantæ enim æstimationis est oppidum ulmense et fuit hucusque apud imperatores, ut inter nobiles imperii villas computaretur et incolæ eius ex eo quodam modo nobilitarentur; prout legitur 2 Machabeorum 9¹, quod permissum fuit illis, qui erant Jerosolymis, æquales fieri per privilegia regis Atheniensibus, et 2 Machabeorum 4² impetratum fuit ut Judæi scriberentur Antiocheni. Una enim civitas nobilior est altera, vel situ ut quæ propinquior est orienti, vel antiquitate, ut Treveri, Sodurum, Thuregum, vel sanctitate, ut Ierosolyma, Colonia. Sic Ulma ex civium antiquorum prudentia et incremento potentiae nobilis et insignis computata est, quia comitatus nobilissimos et baronias sub se habet, unde legitur et notatur in cap. statutum de rescriptis libr. 6, ubi copia peritorum de privato non sollemni insignem facit locum. Nec est simile³ de sanctitate et de nobilitate, legitur enim et notatur 13 qu. 2 in Ecclesiastico omni animæ⁴, quod locus non sanctificat hominem, sed homo locum; sicut locus fit religiosus in quo Christianus est sepultus, ut notatur in d. c. in Ecclesiastico. Deus enim solus sanctificator est, et ideo loca per sanctos sanctificantur. Sed imperator loca nobilitat, a quibus inhabitantes nobilitantur. ideo ut dixi, dum alicui abundantem gratiam praestare vult, ut ducat statum nobilis, facit eum civem ulmensem, socium nobilium constituens, non obstante quod ipse sit infimæ familiæ. potest enim imperator de rustico creare nobilem et de nobili facere nobiliorem et de plebeio clarissimum (ut pro-

*

1 Maccab. 9 [15] Gok. Bess. Die stelle ist 2 Macc. 9, 15. 2 Machab 4 Mon. 2; gemeint ist wohl 2 Macc. 4, 9. 3 nec est silere Wibl. 4 13 q. 2 in cap. ecclesiastica omnis anima Wibl. Schmid. 13 q. 2 in ecclesiastica omni anima Schad. Kl. 13 q. 2 in Ecclesiastico [14] Item Animæ [22] Gock Bess.

batur l. honorem . . et l. ut gradatim et l. gerendorum [digest. l. 50 tit. 4, qu. 10, 11, 14; 3, 5], ff de muneribus et honoribus¹). Legimus namque aliquoties quosdam plebeios ignobiles factos super illustres propter merita. Unde Valerius Maximus l. 3 c. 3² dicit: humili loco nati virtute ad summam consurgunt dignitatem et generosissimos fœtus post se relinquunt. Patet de Tullo³ Hostilio, qui licet agresti tugurio natus fuerit, tamen imperium Romanum tertius rexit; et Tarquinius Priscus, qui, cum esset ortus ex mercatore vilis conditionis, propter claras virtutes rex quintus Romanorum effectus est; et Tullius Servius infimæ nativitatis. Potest ergo Imperator aliquem villanum et vilem facere nobilem et civem, et facit, sed nonnisi propter aliquam excellentiam alicuius probitatis et virtutis. Ideo non sunt spernendi illi nobiles et cives facti ob virtutum merita, sicut nobiles sunt despiciendi et non pro nobilibus habendi, qui propter vitia ab imperatore degradantur, quia potest de milite non militem facere et eum insignibus nobilitatis privare (ut dicit lex ff. [digest. l. 49 tit. 16 ?] de re milit. l. 3 § penult. auth. ne clerici . . .)⁴. Dum ergo imperator Ulmam mittit aliquem plebeium villanum, et eum civem facit privilegia civitatis tribuens, si potest ducere statum civis, eum civem recognoscunt et nobilium socium, non obstante obscuritate suæ nativitatis, quia præsumunt eum aliqua clara virtute pollere et rempublicam suis divitiis decorare posse vel sua prudentia prodesse. Et quamvis Ulmenses recipient passim novos cives in ordinem tertiorum, eumque ordinem augmentent, recipiunt tamen solum alienos et ab extra venientes, quos imperator et ipsi dignos iudicaverint, et nunquam reci-

*

1 vt probat lex ff de muneribus et oneribus l. honorem et l. vt gradatim et f gerendorum Mon. 2; Kl. und Sch. wie im text; vt probatur per l. honorem l. ut gradatim et § gerendorum D de muneribus et honoribus Wibl. Schmid. vt probatur Leg. honorem io ff de muner. et oner. it l. ut gradatue [11] [l. honor. 14] § gerendorum ff. eod. Gok. Bess. 2 Valerius maximus l. 3 c. 3. Mon. 2. Woll. Valerius maximus l. 3 c. 4 (in pr.) Gok. Bess. 3 Tullio Schad. Kl. Schmid. Mon. Wibl. Gok. Bess. 4 vt dicitur l. 3 ff. de re milit. pen. auth. Schad. Kl. vt dicit l. 3 D de re milit. Wibl. Schmid. vt dicit tex ff. de re milit. l. 3 § penult in authent. Ne clerici Gok. Bess. vt dicit l. 3 § pen. D. de re milit. In auth. Neclericu Woll.

piunt aliquem intraneum, qui est vel qui aliquando fuit, etiamsi actu non sit, de societate alicuius zunftæ, ita quod nullum zunftalem quantumcunque nobilem, prudentem, divitem admittunt in tertiorum ordinem. et si imperator præcipiat, omni conatu in contrarium laborant, et usque hodie et ab initio illius statuti et suæ civitatis nunquam aliquem receperunt, qui zunftalis fuit. Credo enim quod si imperator aliquem zunftalem Ulmensem nobilitaret et comitem faceret et civem esse illius tertii ordinis præciperet, non eum admitterent quantum in eis esset. Nec filios suos etiam alibi natos, aut alteri civitati incorporatos, etiam post decursum plurium annorum in præfatum ordinem admittunt, si aliquando Ulmæ zunftales fuerunt. Alienos autem, sive alibi fuerunt zunftales sive antecessores mechanici aut rurales, dummodo habeant quo statum civis illius ordinis ducere queant, suscipiunt, ut dixi.

Illiū autem statuti municipalis causa multiplex assignari potest.

Prima est illa: in principio politiæ civitatis erant præcellentes omnes meri nobiles, quos imperator noluit zunftis subesse; successu autem temporis quidam de zunftis proficiebant sapientia, prudentia et divitiis super aliquos nobiles, et iam recusabant subesse zunftis et in locum nobilium conabantur ascendere, et cum nobiles id non admittere vellent, orta dissensione, facta fuit ordinatio illa et pro lege communi decreto consulū acceptata.

Secunda causa est illa: ut harmonia civitatis indissolubilior fieret. Si enim passim zunftales divitiis, sapientia et favoribus proficientes reciperentur in consortium maiorum natu civium, dissolveretur regiminis harmonia, quia quando¹ statim aliquis videret se proficere, in ordinem primatum ascenderet, nisi lege prohibitus retineretur, quia regulariter omnis homo est ad crescendum et adscendendum inclinatus (art. 4 de testam.)². Et omnes homines appetunt honores, ut dicit Philosophus 6 Topicor., cum maximus bonorum exteriorum sit

*

1 quam statim Gok. Wöll. Bess. 2 arg. 4 di. secta Woll. art. 4 di. testa Schad. Kl. art. 4 di. Gest. Mon. 2. 4 de testam. Gok. Bess. Das citat. fehlt ganz bei Wibl. Schmid.

honor, ut idem 4 Ethicor. dicit. Dum ergo quilibet prudentia, divitiis, amicis et fautoribus pollens ascenderet in locum primatum, non remaneret in inferioribus ordinibus et zunftis aliquis divet aut prudens, qui tamen etiam in inferioribus necessarii sunt, et ita harmonia suavis regiminis solveretur. quamvis etiam zunftales prudentes in consortium primatum non recipiantur, a consulatu tamen dignis officiis non secluduntur. Et æque utiles sunt reipublicæ zunftales prudentes et divites sicut ill de ordine optimatum.

Tertia causa est illa: ut respublica augeatur. nam dives aut prudens alibi residens, sciens Ulmæ se posse adipisci locum magnatum et primatum, collecta omni substantia venit augmentum reipublicæ faciens, et nisi sciret se honorari illo honore, nequaquam veniret; sicque respublica numero personarum et divitiis crescit. Sed nullum horum contingeret, si zunftales reciperentur in optimatum et primatum pumerum, quia zunftales sunt etiam de civium numero æque bene sicut primatus, et si habent divitias et pollut prudentia, reipublicæ utiles sunt; et nihil utilitatis accresceret plus reipublicæ, si reciperentur in ordinem primatum, quam si manent in ordine zunftalium.

Quarta causa est repressio præsumptionis insipientium. cum enim probatum sit cives in primatum ordine esse nobiles, vel si non sunt sanguine, sunt tamen ordinatione vel societate nobiles, et hominum tentione. Si ergo zunftales reciperentur in primatum ordinem, tunc quilibet statim, postquam divitias suo artificio acquisivisset, et in ordinem illum ascendere vellet et nobilis esse. et cum susciperent aliquem ditatum et alias etiam aliis bonis conditionibus ornatum, cogerentur etiam suscipere noviter ditatum, qui nec usum divitiarum nec honorum haberet, et viciose ac stulte viveret, quod in dedecus reipublicæ vergeret. Nec est eadem ratio de alieno noviter ditato, et non prudenti, quem susciperent in præfatum ordinem, quia talis licet in consiliis utilis non sit, suæ tamen divitiæ prosunt reipublicæ et sua imprudentia reipublicæ non est nociva, nec etiam sua prodigalitas, quæ omnia aliter se habent in zunftali qui est civis, ut patet rem consideranti. Ex alio, si zunftalis dives reciperetur in illum ordinem, pauper præsumtuosus nun-

quam quiesceret, quo usque etiam ad eundem gradum ascenderet, et omnibus modis per usuras et fallacias alias studeret divitias aggregare; et bonum reipublicæ in pace et virtute impediretur.

Quinta causa est ut nobilitas non contemptui veniret. cum enim mechanicus, qui hodie calceos paravit et cras in consortium primatum recipere tur, nobilis efficeretur, grandis nobilium despectio et civium contemptus inter nobiles fieret.

Sexta causa est: nam mechanicus vel mercator de Ulma ditatus est gratia reipublicæ Ulmensium et de bonis concivium et conservatione eorum. ideo non est æquum ut adhuc præmietur amplioribus gratiis, cum gratia sit sibi præstata a reipublica, quam forte non meruit, sed potius ipse tenetur reipublicæ ad regnatiandum. Alienus autem dives inducens suam substantiam alibi acquisitam in Ulmam, remunerari merito debet, cum præter reipublicæ Ulmensis conservationem illa acquisiverit, et cum alienis rebus bonum reipublicæ augmentatum sit. ideo merito debet remunerari. Et inde est quod zunftalis non recipitur, sed alienus.

Septima causa est, quod cum meri nobiles optimatibus civitatis Ulmensis connubiis iungantur, ex quo res publica Ulmensis plurimum honorabilis redditur; audientes vel intelligentes, mechanicos eorum consanguineis æquari, refugerent connubia tanquam rusticana et villana. sed et illa deordinatio contingere, quod omnia opera nobilium, in quibus exercitantur cives de ordine magistratum, facerent etiam illi noviter in illum ordinem assumpti. ut puta civis de ordine primatum habet nobilem consanguineum, cuius forte sororem habet uxorem, et eundem tibizat ut propinquum, hoc idem facere vellet mechanicus noviter civis factus, quod nobilis nullo modo sustineret. Insuper nobiles sustinent cives secum in actu venationis, et cum eis hastiludiis vacant tanquam cum nobilibus, imo nec barones cives tertii ordinis Ulmenses vitant, dum insignibus suæ antiquæ civitatis ornati sunt, sed de zunftis assumptum, cuius insignia non essent cognita, nullo modo in platea hastiludiorum sustinerent, nisi forte in derisionem. Et quod his præstantius est, nobiles cum difficultate admittunt in torneamenta eos milites, qui de matribus nati sunt, quæ filiæ sunt

etiam magnatum civitatum, admittunt tamen eos multis disputationibus præmissis de nobilitate matrum, cum de patre non sit dubium. Si ergo zunftales in illum assumerentur ordinem, omnino abiicerentur nobiles de torneamentis, propter eos. Insuper principes feoda¹ olim non concederunt nisi nobilibus, verum enim nobilitatis signum est, dum aliqui ab antiquo feodalia bona possident, quamvis iam propter abusum quasi nulla sit personarum distinctio. Cum autem cives antiqui ulmenses quasi omnes habeant feodalia bona ut veri nobiles, non possunt ordinate succedere in illis bonis zunftales, stante antiquo ordine et iuribus. Sed hæreditatio talium bonorum ad zunftales devolveretur, si susciperentur. Nobiles etiam sigilla sua cum optimatibus civitatum litteris appendunt, ut videtur in antiquis et modernis litteris, quod facere recusarent cum zunftali communi et mechanico. Sunt autem plures zunftales nobiliores multis optimatibus. In diætis etiam optimates civitatum loca inter nobiles habent, quæ non darentur mechanicis zunftalibus.

Ex omnibus iam dictis constat origo civium primatum, et quare nullus zunftalis in eorum admittitur ordinem, et quod veri nobiles esse comprobantur, quod ex his patet.

Primo quia cum nobilibus connubia contrahunt, et ita, etsi nobiles non fuerint, nobilitantur ex eo; quod est primum.

Secundo veri nobiles sunt, quia nobilium sedes iusto titulo possident.

Tertio, quia ab antiquo feodalia bona a principibus et comitibus suscepérunt.

Quarto quia nobiles ab optimatibus civitatum non sustinent honores quos ab aliis volunt sibi exhiberi, et cogunt eos ut tibizando eis loquantur, quod nullo pacto paterentur, nisi eos sibi æquales in nobilitate scirent; etsi nobilis sit generosior cive, adhuc tamen videtur quod civis possit eum, dummodo non accedat contemptus, tibizare, præcipue propter consanguinitatem. Sicut et imperator tibizat papam, cum tamen sit super eum sicut sol super lunam (ut patet in cap. solita de maior. et obed.²); et sicut aurum est super *

¹ feoda Mon. 2. Kl. feuda Schad. Wibl. Schmid. Gok. Bess., ebenso nachher feodalia und feudalía. ² in c. solite de maio. et ob. Mon. in c. solitæ de ma. et ob. Sch. Kl. in cap. solitæ de major. et obed. Wibl. in cap. solicite, de major. et obed. Gok. Bess.

plumbum, ita sacerdotium super diadema regium (ut 96 dig. 3 talibus institutis . . .)¹: sicut ergo imperator tibizat Papam, et e contrario (ut ibidem dig. 3 de domino sunt . . . unde 97 de ecclesiæ², ubi Bonifacius papa tibizat Honorium imperatorem et idem imperator tibizat Bonifacium papam, propter singularem connexionem), sic civis tibizat nobilem et e contrario. Sed hoc non debet fieri generaliter ab omnibus, sed tantum ab antiquæ civilitatis ingenuitate.

Quinto cives sunt nobiles quia venationibus vacant eisque venari licet, quibus autem sit concessa venatio legitur et notatur 86 dig. qui venatori, et c. de venatione ferar. l. 11 t. 1 2 3, [cod. lib. 11, tit. 44]³, et copiose per summistas de clericorum venatione l. 5 t. 24⁴.

Sexto patet civium nobilitas, quia ex eorum semine nati torneamentis intersunt, de eorum filiabus vel sororibus nati, quæ torneamenta cribra sunt nobilium, per quæ scitur qui sint sine labe veri nobiles, et nulli parcitur, a nobilibus privatis usque sursum. Nam torneamenta (ut legitur et notatur in l. 13 bestias . . . Dig. de postul., tit. 1⁵), sunt nundinæ quædam sive feriæ, in quibus nobiles milites et militares ex conducto, et edicto principum decreto, certo loco et tempore in unum, in equino vel mirica⁶ aut terra plana trabibus circum-

*

1 ut 36 d. p. talibus institutis Mon. 2. vt 96 di. 3 talibus institutis Woll. vt 96 di. 3 talibus institutis Schad. Kl. vt 96 dist. 3 C. talibus institutis Wibl. Schmid. Gok. et Bess. haben eine lücke. 2 ut ibidem ff de duo st. Mon. 2. vt ibidem d. 3 de duo (domino) sunt Woll. vt ibidem di. 3 de duo sunt . . . Schad. Kl. vt ibidem dist. 3 de duo sunt . . . Wibl. Schmid. Gok. Bess. haben hier eine lücke: ut ibid . . . ecclesiæ fehlt. vnde 97 dist. c. ecclesiæ Wibl. Schm. 3 86 Di. Omnia venator Woll. 86 di. qui venatori Mon. 2. 86 di. quia venatori Schad. Kl. 86 dist. c. quia venatori Wibl. Schmid. et l. 11 l. 1 2 3 c. de venat. fera Schad. Kl. et L. 11 1 213 c. de venat. fera Wibl. Schmid.; Gok. und Bess. haben eine lücke. 4 de cleric. venatione l. 5 t. 24 Bess. Et copiose pensum de ele. vena. Woll. 5 ff de postul. l. 1 § bestias Mon. 1. D. de pastu l. 13 bestias Woll. in l. bestias 13 D. de postul. Wibl. Schmid. l. 13 bestias ff de postul. Schad. Kl. ff de postul. . . (lücke.). Gok et Bess.; dieser setzt hinzu: [c. 1 extr. de torneament.] 6 in equirio vel mirica Mon. 2. in equiria vel murica Sch. Kl. in equiria vel muria Woll.; in equirio vel . . . Bess., in equirio aut terra plana Gok. Die andern haben in unum in terra plana. und lassen die schwierigen wörter einfach weg. Equinum = equestris pa-

septa [coassatis]¹ et laminis ornata, armati, galeati et cristati, tanquam hostiliter pugnaturi exceptis omnibus armis offensivis, convenient², nisi quod tironibus qui primo hoc certamen inierint, spada detruncata, aliis clava lignea determinati ponderis datur. Coruscantibus autem armis congreguntur duobus turmis, et vitiosos durissimis ictibus afficiunt et demeritos [?] semivivos aut penitus extinctos derelinquent. Hæc torneamenta Joannes papa XXII sub excommunicationis sententia prohibuit, et postea relaxavit. Cum ergo civium sanguine nati torneamentis interesse possint, nobiles esse eos patet, etiam si ipsi [cives] non intromittantur. Cives autem pro torneamentis habent hastiludia in quibus nobiles cum eis ludunt, congregantes lanceis acutis vel coronulis [catinatis]³, certum est autem, si cives nobiles non essent, talibus ludis cum eis non dimicarent.

Septimo patet eorum nobilitas in choreis. nam ad choreas curiales nobilium cives et civium uxores admittuntur, et e contrario, ad quas plebeius non audet accedere ut chorizet, sed ut videat. Ideo etiam maiores natu cives ulmenses dum choreas habent, nullum zunftalem chorizare permittunt, nec uxores aut filias eorum admittunt, ne a nobilibus contemptui habeantur. Sed si civis recipit filiam zunftalis, illa choream ingreditur.

Octavo, quod nobiles sunt, patet ex antiquis armis et insignibus eorum, quia nobiles cum civibus sigillant litteras et multa talia.

Nono cives sunt nobiles quia possident antiquas divitias per quas quidam nobilitatem descripserunt. Unde quidam imperator dixit: nobilitas est antiqua aeris possessio cum pulchris regiminibus et moribus. Alius dixit: nobilitas est virtus et

*

laestra Du Cange; equiria n. pl., Pferderennen zu ehren des Mars, gehört wohl nicht hieher. Mirica ist unbebautes land. Brinckmeyer. 1 croaciis haben alle Ms., nur Gok. und Bess. lassen hier eine lücke: circumsepta . . . et laminis; sollte die conjectur coassatis erlaubt sein? Bei Hadrianus Junius Medicus, (Nomenclator rerum, Francof. 1591) heißt coaxatio, Vitr., coassatio, ein opus axibus constans, hoc est, sectilibus tabulatis, söller, bühne. 2 convenient haben Eh. u. Wibl.; alle andern lassen das wort weg. 3 coronulis Gok. Bess. coronilis Woll. Sch. Kl. Eh. coronitis Wibl. Vielleicht zu lesen coronatis, oder catinatis? v. catinus = flache schüssel, scheibe.

divitiæ antiquæ, ex antiquis enim divitiis nedum ad civilem proficiunt nobilitatem, sed etiam ad virtualem.

Decimo cives nobiles sunt, si virtuosi sunt, unde Seneca: nobilitas est in anima habitus virtuosus. unde idem dicit ad Lucullum: si tu vis te eximere vulgo et effici nobilis, vivas virtuose, animam virtuoso habitu induendo. Hanc conditionem nobilitatis facilius adipiscuntur cives in civitatibus degentes, quam nobiles in castris residentes, quia occasionem et materiam virtutum habent quibus castrenses carent, ut puta divina officia et quotidianas instructiones, quas si recipiunt, nobiles se esse produnt. Unde Seneca libro de clementia dicit: animus illius, qui ex nobilibus traxit originem, facilius ad virtutem inclinatur. est enim secundum Tullium ille nobilis, qui nulli turpitudini servit et quem nobilitat sua maxime heroica virtus, qua si quis generoso sanguine natus caruerit, nobilitatem non solum perdit, sed et infamiam contrahit per oppositos habitus. nam quando contrahatur infamia vide in cronica Durandi titulo 161.

Undecimo cives sunt nobiles dum mercantiis et negotiationibus lucrativis non insistunt, quia haec imperator nobilibus interdicit ([Cod. l. 4. tit. 63, 3] c. de commercio et mercatoribus t. nobiliores), et dum mechanicis artibus non insudant, quia mechanicus nobilis esse non potest, ut dicit Baldus in l. ubi supra. Dum autem nobilis paupertate pressus cogitur negotiari vel artem mechanicam exercere, mox desinit esse nobilis civiliter, quia definitio ei non convenit quæ supra in nono posita est; ergo nec definitum.

Duodecimo cives ulmenses tertii ordinis probantur esse nobiles ex eo, quod secundum antiquam consuetudinem non eligitur in praefecturam civitatis nec magistratum nisi unus ex illis. Et quamvis zunftalis posset esse magister civium, et eligi, nunquam tamen factum fuit interim quod illa civitas est instituta. Sic etiam faciunt ecclesiastici ut in plurimum, qui ad magnas prælaturas assumunt clericum nobilem, præsertim quando nobilitati potentia est adjuncta, ut tale additum tali faciat ipsum magis tale, scilicet quod potentia addita potentiae reddat ipsum magis potentem ad regendum plebem. Unde Joannes Boit [?] in c. venerabilis dicit: Si nobilis et

ignobilis aequalibus meritis et scientia concurrunt, praeferuntur nobilis, quia gradum addit, praesertim si locus prelaturæ sit bellicosus; ut de actu praelatorum 10 § 11. Similiter sic faciunt principes sæculares, ut legimus in vetustissimis cronicis, qui imperium Romanorum vel frequenter in illustriores personas studiosissime transtulerunt usque in hunc diem. etiam ante translationem imperii, dum adhuc imperatores ab exercitu elegabantur, nonnisi generosi fuerunt electi; dempto Diocletiano, qui augurio daemonum fuit electus et inhumana crudelitate rexit, ut patet, qui fuit rusticus; et Phoca, qui stabularius cuiusdam patricii Romani in seditione militari fuit electus ad imperium, quo adepto primum in spectabiles viros imperii desaevit et multos occidit et ab Eraclio interemptus fuit. Ad instar ergo bellicosarum ecclesiarum et principatum communitas ulmensis non eligit nisi virum de suis nobilibus civibus. Sicut etiam faciunt communitates, quæ principatus tenent, ut communitas venetiana et mediolana, quæ non eligunt ad huiusmodi gubernacula nisi insigniores nobilitate decoratos, et si defecerint nobiles eis, mox novos creant nobiles, principum iussu, et de illis sibi ducem constituunt. Sic et Ulmenses. Sunt præterea aliquæ civitates quæ ex statuto non eligunt in rectorem nisi nobilem militem sicut Argentina et Basilea, quia secundum philosophum 4 polit. principari nesciunt, qui sunt egeni et viles. Ex omnibus his moti antiqui Ulmenses non nisi de suis nobilibus magistrum eligunt. Et ita nobiles cum zunftalibus et zunftales cum nobilibus iuramentis¹ sunt colligati, ut ea, quæ ex antiquis consuetudinibus utrique parti debita sunt, neutra pars alteri præiudicium inferre audeat. Et quia antiqua consuetudine introductum habetur, quod magister civium de tertio ordine eligitur tanquam de nobilioribus, ideo patet propositum.

De civibus tertii ordinis in singulare et nominativi.

Ex iam dictis patet quod civitas Ulmensis regitur per

*

¹ Schwörbrief. Bess. am rande.

dominos cives tertii ordinis, de quibus nunc in speciali aliquid dicere convenit. Sunt autem huius modi cives in triplici differentia. Primi sunt quorum tantum memoria mansit in Ulma, ut illi, quorum genealogiae defecerunt, vel illi, qui dignitati resignantes de illo ordine in zunftalium ordinem descendederunt; de his ergo quia iam non sunt sufficiat tantum dixisse. Secundi sunt, quorum progenies ab antiquo in Ulma deducta usque modo perseverant. Et tertii, quorum tribus ævo nostro Ulmam inductæ huic ordini insertæ habentur. De his autem duobus tantum loquor sine discretione prioritatis et posteritatis, vetustas enim nimia oblivionem et confusione induxit. qui enim de civium Ulniensium prioritate et posterioritate, minoritate et majoritate contendere velit, indignationem potius incurreret quam pacem procuret. Verum ne in dicendis videas omnino ordinem deserere, illorum civium genealogias primo loco ponam qui in præsentiarum primatum et magistratum tenent, nam apud insignes tres familias Kraffttonum, Ehingerensium et Bessererensium iam civitatis potestas residet. Idcirco de ipsis sine præiudicio cuiuscunq[ue] inchoandum venit, et post eos nominabo consequenter alias tribus et familias omnes illius tertii ordinis, ex quo ut dictum est dependet civitatis primatus, potestas et magistratus. Sicque Krafftones nostri conventus fundatores erunt primi, ex quibus insignis vir Magnus Krafft iam reipublicae ulniensis magister et rector existit.

Krafft.

Kraffttonum generosa familia tantæ vetustatis est, ut ub et quando orta sit non satis constare possit. eam tamen Ulmensibus semper affuisse ex vetustissimis litteris deprehendimus, ubi insignes et claros viros in ea familia fuisse ante trecentos annos manifeste demonstratur. Porro quidam autumant hanc familiam antiquo tempore aliud habuisse nomen nuncupataique fuisse illorum de Ita vulgariter vom Steg, et dicunt eam familiam a Vildria regione quæ vulgariter dicitur vff den Vildren primo fusam fuisse ex villa Scharnhusen¹, a castro in

¹ Schomhausen Schad. Schmid. Wibl. Schornhausen Gok. Kl. Schornhusen Mon. 2.

ea situato, percurrit enim Vildriae regionem fluvius ex Schom-
buch sylua dictus Kerß, qui dividit villam Scharnhusen a castro,
fuitque ita per quam transitus erat de castro in villam, et
idcirco rustica gens ab illa ita etiam ipsum castrum steg
nominabat et per consequens nobiles castri possessores dici
cœperunt die vom Steg. Regione autem guerris vastata et
nobilibus e sedibus suis electis etiam nobiles vom Steg fugam
ceperunt capta et combusta arce eorum Steg, cuius hodie ruinae
extant, Ulmamque ingressi multo post tempore nominabantur
die vom Steg, cui nomini etiam arma eorum videntur concor-
dare, quæ præferunt itam auream per transversum campi rubri.
Hoc autem nomen Krafft postea acquisierunt in duello felicissime obtento contra quandam nobilem. Ferunt enim fuisse
nobilem, qui a suis progenitoribus arma per omnia eiusdem
stemmatis sicut illi de Ita, vom Steg, habuit, et quia præsum-
tuosus erat, aestimabat neminem debere in armis suis illos
colores ducere nisi ipse et sui. Unde inimicitias reales cum
illis nobilibus de Ita habuit et arma eorum inventa depositus
vel contumeliose deturpavit. Quapropter domini vom Steg
infensi eundem nobilem traxerunt ad tribunal cæsaris. Ubi
dum partes cervicose contendenter nec quovis remedio pacifi-
cari possent, indictum est auctoritate imperiali bellum singu-
lare sive duellum inter strenuiores duos partium. Qui dum
armati congrederentur, nobilis vom Steg adeo strenue se habuit,
ut cunctis spectaculo assistentibus viri audacia et fortitudo
esset admiratio, pugna stupor, et victoria tripudium. Unde dum
in certamine agonizarent et ille vom Steg vires proprias
acueret seque concitaret, ferunt ipsum ad quemlibet ictum ad-
versario illatum atrociter clamasse vulgariter: hie krafft, da
krafft, hic robur, ibi robur, quo clamore se animavit, adver-
sarium perterrit et prostravit. Sicque cessit viro Victoria et
antiqua insignia sua eripuit et novum nomen hoc Krafft pre-
tium sui roboris pro se et suis successoribus gloriose reporta-
vit. et deinceps Krafft cum omni progenie sua appellatus est
usque in hodiernum diem. Ex hoc duello Krafftones vetustos
et veros esse nobiles probatur, quia ignobilis nobilem provo-
care non potest ad duellum, nec imperator eos admittit, nisi
nobilis resignet nobilitati vel nisi consentiat ut ante duellum

ignobilis pugnaturus nobilitetur. quia talis pugna fieri non potest nisi inter æquales, ut notat glossa ad c. de pace tenenda¹!

Ex hac ingenua familia fuit creatus primus magister ci-vium civitatis ulmensis quando inchoata fuit civilitas, et multis annis felicissime in suo ordine rexit. ex ea etiam fuit electus primus qui primum lapidem illius per celebris structuræ ecclesiæ beatae Virginis in Ulma in fundamento locavit, ut supra dictum est². Et, quod his amplius est, primus fundator conventus fratrum prædicatorum ex hac familia fuit insignis vir dictus antiquus Krafft. Qui fundato conventu et positis fratribus se-pulturam suam traxstulit ad capellam annexam choro Prædicato-rum, in qua pro perenni memoria quotidianam ordinavit missam cum lampadibus duabus perpetuis et grata fratrum ac larga provisione. Mortuo autem viro illo catholico sepultus fuit in sepulcro quod pro se et suis paraverat cum subterraneo testudinato specu ad Prædicatores in capella præfata Scti Joannis, super cuius sepulcrum grandis posita est petra de-aurata cum insignibus armorum et epitaphio, cuius hæc est scriptura: Anno domini 1298 in die epiphanie obiit dns Krafto antiquus scriba fundator noster. Hoc epitaphium licet sit simpliciter positum, sine colore rhetorico, viri tamen magni-ficentiam paucis et luculenter exprimit. Tria enim de eo insignia enunciat. Primo natalem nobilitatem militia decora-tam in eo quod dicit dominus Krafto, quia, cum Krafto fuit genere, nobilis erat, et quia miles, dominus est nuncupatus, nobiles autem sine militia domicelli dicuntur, cum militia, domini, ut habet usus communis. Sicut enim doctores in clero, ita milites inter nobiles sunt ingenti prærogativa prævalentes, (ut legitur et notatur 6 § 1 ff. si quis de militibus...³), quia militia est dignitas, (ut ibidem dicitur c. militare...⁴) et miles

*

1 [Feudorum l. II. tit. 27, 3. si miles etc.] ut no. glo. et li. fau. c. de pace tenenda Woll. ut no. glo. et li. fau c. de pace tenenda Mon. 2, ut not. gl. c. de pac. ten. Schad. ut not. gl. c. de pact. ten. Wibl. Schmid. Nil nisi etc. Gok. nil nisi inter æquales etc. Bess., beide lassen das citat weg. 2 s. 38. 3 le. et no. 6 9 1 si quis de militibus Kl. le. et no. VI 9 1 ff. si quis de militibus Mon. 2. Woll. leg. et not. c. 6 9 1 si quis cum militib. [22]. Gok. Bess. 4 c. militare [5. caus. 23] est miles Gok. Bess. in sedendo et ambulando Wibl. Schmid.

in sedendo et in incedendo præhonorandus super doctorem simplicem (ut dicit Bald. in prohemio digestorum super rubrum ad finem¹). Doctores autem domini dicuntur, ergo et milites. Sed et militis uxor domina vocari debet si vult, (ut habet Barth. in c. amicissimus [Institut. l. 1. tit. 25] ff. 1 de excus. tutor. et l. donationes [Digest. l. 1. tit. 24] c. de donat. int. vir. et uxorem²). Ex quibus patet Kraftonem illum fuisse nobilem et militem. Secundo ostendit epitaphium in viro illo prudentiæ et experientiæ eminentiam ornatam honorabilis officii dignitate: in eo quod habet scriba antiquus. nam istae duæ dictiones includunt prudentiam, experientiam et officii dignitatem. Fuit enim insignis vir ille doctus annosus et scriba imperatoris. Dicitur enim scriba non ab officio scribendi sicut scriptor: sed ab officio interpretandi et iudicandi, ut glossa super illud 1 Cor. 1. ubi scriba dicit: scriba dicitur³, qui de moribus vel actibus præcepta dat et qui in moralibus præceptis populum informat. Sed etsi scriba denotat officium scribendi, non tamen cuiuscunque scribentis, sed tantum illius, qui scribit verba ex ore regis, ut dicit glossa 2 Reg. 8⁴. Ideo in evangelio communiter scribæ et principes simul ponuntur ut patet Marci 14 et Lucae 22⁵, quia decreta et iussa principum notabant scribæ et populo significabant. Ex quo patet quod illa dictio scriba in hoc epitaphio dicit viri magnificentiam et familiæ nobilitatem et nequaquam designat vilem scribentis servitutem, ut simplices vim vocabuli ignorantes aestimant. Fuit enim ut dixi doctus et ideo in scribam imperii electus, et cum hoc annosus multæ experientiæ. unde Job. 12⁶:

*

1 Bl. (Baldus Kl.) in prooemio digestorum Mon. 2. ffor. sup. rubr. Schad. ad fi. Gok. Bess. Schad. ad si. Woll. Kl. Bald. in proemio D. Wibl. Schmid. 2 B. amicissimus f. 1 de excus. tut. et in l. donationes c. de donat. int. vir. et. vx. Schad. Kl. [Bartolus in c. . . (lücke) . . . l. amicissimus ff. de excus. tut. etc. Gok. Bess. Bar. in l. amicissimus de excus. tutor. das übrige wie Sch. hat Wibl. Bald. in l. amiciss. das übr. wie Sch. und Wibl. hab Schmid. Bar. in c. amicissimus § 1 de executo. et in P. donationes c. de dona inter vir et uxor. Woll. 3 iudicandi. Scriba dicitur Gok. Bess. ut glossa . . . scriba dicit lassen beide weg, letzterer hat dafür eine lücke. (Wohl 1 Cor. 1, 20 ist die stelle.) 4 2 Sam. 8, 17. 5 Mr. Mon 2. Mat. Sch Kl. Math. Wibl. (Marc. 14, 1. Luc. 22, 2.). 6 Hiob 12, 17.

in senibus est sapientia et in multo tempore prudentia. Tertio ostendit epitaphium hoc in viro hoc religionis sincerissimum amorem in memorabili effectu, cum dicitur fundator noster. nisi enim amore ingenti affectus fuisset religioni, nequaquam tantam pecuniam exposuisset in fundatione monasterii nostri. in qua fundatione sibi et suæ familiæ in hoc seculo memoriale perenne fecit et æternam gloriam mequit. De his Kraftonibus quidam in Sueciam transiit et a Sctæ Birgitta¹ in famulum electus individuus comes fuit itineris eius ad Romam et ad Hierosolymam. Post mortem autem beatæ feminæ in testem sanctitatis eius Romam missus fuit per amicos Sctæ Birgittæ Krafto ille cum quodam alio nobili de familia Ruchorum². Unde Bonifacius papa auditis testibus ipsam sanctam catalogo sanctorum adscripsit, et Kraftonem cum conservo suo cum impetratis litteris remisit ad Sueciæ principem, a quo valde remuneratus ad propria Ulmam rediit, onustus auro et argento, militia et honore decoratus. Ex hac generosa familia quidam in proxima expeditione contra Boëmos suis propriis expensis conductis servis equis et curribus sicut comites contra infideles processerunt cum exercitu domini palatini Rheni, et ita legaliter omnia bellica negotia habebant, tentoria, arma et cibaria, quod in multis etiam palatino subministrabant. In prœliis etiam pro bono patriæ certantes multi occisi leguntur in epitaphiis sepulcrorum. Ex hac familia a principio, quo inchoatus fuit civilitatis ordo, usque nunc quasi semper aliquis magistratum Ulmensium tenuit. et cum tranquillitate magna rexerunt Kraftones. Hodie autem, divina providentia hanc familiam gubernante et conservante, clara habetur divitiis, honoribus et personarum multitudine. Sunt autem præter nostros Kraftones adhuc alii illius nominis nobiles et abundantes, alias habentes sedes aliaque stemmata³, de quibus dicere non est ad propositum.

*

¹ Brigitta Mon. 2. Woll. Brigita Wibl. Schmid. Gok. Bess. Birgitta Schad. Kl. ² Ruchorum Mon. 2. Sch. Kl. Wibl. Ruchorum Schmid. Kuchorum Woll. ³ vt illi in superiori palatinatu Kraften a Vestenberg Wibl. Schmid. Ebenso Schad. am rande, nur schreibt er Vestenberg.

E h i n g e r ¹.

Ehingerensium clarissima ulmensis civitatis familia copiosa unde primitus ortum habuerit, longæva successio oblivionem et dubium induxit. Quidam enim dicunt, eos olim nominatos Egrenses, vulgariter Egrer, eo quod ab Egra Lusatiae civitate effusi in Franconiam primo sint et inde in Sueviam emigrantes Ulmæ conserderint. quodsi sic dicentes id solum ex nomine venantur, profecto debili fundamento innituntur. Sic enim possemus eos suspicari ortos ex Aegea civitate nobilissimæ provinciæ Ciliciæ non longe a Tarso Scti Pauli agello, vel ab aliqua insula Aegei maris, quibus hoc pelagus plurimum nobilitatur. Aliqui dicunt Ehinger² antiquitus fuisse pars familiae dictæ Egen³ quæ Augustam incolit, a qua decisi et divisi aliud nomen sibi acceperunt, sicut etiam fecerunt illi de Argo⁴, qui ex eadem familia Egensium orti. Alii opinantur Echingerenses ab oppido provinciæ ducis Austriæ Echingen (Ehingen) dictos, sed quo casu non dicunt. Ceteri tenent quod a villa Rhaetiae prope Öttingen, Ehingen dicta, sint nominati Ehinger. Sicque diversi diversa dicunt, quia familia illa grandis est et nominata in Suevia, de cuius origine multi mirantur, quia cum habeant mores magnorum nobilium et illustrium, circumspectis viris venit in dubium. Sunt enim ut in plurimum prudentes et eloquentes, divites et liberales, potentes et humani quæ sunt vere nobilium conditiones. De eorum ergo origine ea, quæ ex antiquis sigillatis litteris accepi et quæ a senioribus illius familie didici, referam. In primis ergo sine hæsitatione dico, hanc familiam vetustæ nobilitatis fore⁵ gerumen, longe ante rempublicam Ulmensium nunc currentem, in aliis sedibus longe positarum regionum consistentem. Et demum post longam et variam rotæ fatalis revolutionem suis natalibus sedibus privati Deo providente Ulmæ civitati donati sunt, in cuius gremio hodie resident.

*

1 De Echingerensibus Mon. 2. Gok. 2 Ecquinger Gok. Bess. fuisse familiae Wibl. 3 Eger Wibl. Gok. (non Bess.) 4 de Agro (über dem a ein E) Kl. de Argen hat Schad. korrigiert. de Agro Gok. Bess. de agro Wibl. Schmid Woll. Eh. de argo Mon. 2. 5 So alle!

Est autem familia hæc bipartita. Una pars creditur ex Rhaetia de Ehingen¹ villa orta esse, vel ut verius loquar villam ab eis ortum habere, in qua villa hodie prominent vetustissimorum murorum ruinæ, reliquiæ castri et sedium dominorum de Ehingen, a quibus vi bellorum pulsi curias principum et comitum sequebantur in armis militantes, ex quibus unus generosis comitibus de Helfastein adhæsit eis serviens cum suis armatis famulis. Hic accepta uxore nobili et liberis procreatis in quadam possessione dominorum comitum de Helfastein residebat servitio comitum intentus, erat autem illa possessio non longe a villa Herbrachingen, ubi in monasterio canonicorum regularium prædictus Ehinger ædificata capella pro se et suis successoribus sepulturam ordinavit, missas, lampades et perpetuas elemosynas statuens, prout moris est magnorum et divitum nobilium. Dum autem plures anni transiissent et Ehingerenses grata servitia dictis comitibus impenderent, orta est die quadam seditio in curia dominorum de Helfastein, in qua unus de comitibus interemptus fuit. Furentes autem ceteri comites, omnes qui occisioni illi affuerant, noxii et innoxii quærebantur² ad mortem. Quapropter pæne omnes nobiles eorum curiæ capientes fugam dilapsi sunt ab eis, inter quos etiam Ehingerenses vitæ suæ consulentes aufugerunt, quorum unus et principalis in Lombardiam ad Mediolanum confugit et hinc illac domicilium transtulit. Videntes autem Mediolanenses viri ad res bellicas aptitudinem, eum pro stipendio conduxerunt, et valde carus ac pretiosus est apud eos habitus. Perro imperator in Sueviam veniens dum casum comitum audivisset ex et exultationem nobilium, revocavit ipsos nobiles assignans eis certa loca suæ mansionis. Illum vero nobilem Ehinger assignavit oppido Ulmensi, præcipiens oppidanis eum suspicere et more nobilium tractare, et ab omnibus vitæ suæ insidiantibus defendere. Sicque ingressus cum suis Ulman in coniugem unam dominam de genealogia Rubianorum vulgariter Roten suscepit. ex qua linea Ehingerensium in Ulma initium sumpsit. Suas autem sepulturas apud fratres prædi-

*

1 Ecgingen Gok. Bess. Echingen Mon. 2.: ebenso nachher. 2 noxiæ et innoxios quærebant Wibl.

catores et anniversaria statuerunt cum multis beneficiis, missis, lampadibus et elemosynis, sicut est dies hæc. Et quia illi Ehingerenses de Mediolano Ulmam venerunt, ab omnibus usque hodie Ehinger de Mediolano dicuntur. De illa stirpe fuerunt temporibus nostris plures magistri civium ut Waltherus Rymilius et Jacobus¹, et iam dicti Jacobi filius insignis vir Joannes Ehinger.

Secunda portio familiæ Ehingerensium praedictæ sic inserta fuit. Erant in regione Franconia clari nobiles dicti sicut et primi Ehingerenses, parum stemmate ab eis differentes, penitus tamen eis ignoti. Residebant autem in castro quodam dioecesis Babenbergensis et ab ipso episcopo Babenbergensi feodalia habebant, ut nobiles habere solent, et etiam decimas quasdam. Perturbata autem est regio gravibus bellis in tantum, ut minime tuti esse possent in fortalitio, quia proelium singulariter grassabatur in eos, unde translato domicilio Nürnbergam ingressi sunt, nec multo post castrum eorum incendio consumptum fuit. Audientes autem quod multi nobiles relictis castris Ulmam ingrederentur ibique vitam ducerent iocundam et liberam, recesserunt cum omni sua substantia a Nürnbergga, et Ulmam ingressi ibi habitare coeperunt. Et quia erant eiusdem nominis cum primis, et æqualis nobilitatis et per omnia consimilis fortunæ, amore civili iunctæ sunt duæ illæ familiæ et communi decreto seniorum utriusque partis coniuraverunt² in unam familiam ac si ex eadem radice et sanguine processissent, et ea quæ in stemmatibus inæqualia erant conformabant, et sepulturas simul habebant, ut sicut in vita et in morte non essent separati. His Ehingerensibus episcopus Babenbergensis quondam scripsit epistolam ad Ulmam, dans eis omnes homines quos in oppido Ulmensi proprios habebat. Et hodie nomen eorum celebre in Franconia habetur. Vidi mus temporibus nostris de his Ehingerensibus maturos pru-

*

1 Waltherus et Jacobus Wibl. Waltherus . . (lücke) . . et Jacobus Gok. Bess. Waltherus, Rymili et Jacobus Schad. Kl. Waltherus, Rymili et Jacobus Woll. Witherus, rumili et Jacobus Mon. 2. Waltherus, Rymilius et Jacobus Schmid. Waltherus, Rimelius et Jacobus Eh. (Rymilius = Remigius?); Jacobi filius Joannes Ehinger Schmid. Eh.; et iam dicti bis Ehinger fehlt bei Wibl. 2 so alle.

dentes et potentes viros, ut Ulricum Ehinger magistrum ci-vium, Joannem et Georgium legum doctores, et iam Ulricum ac Waltherum præfectum comitatuum et plures alios.

Hæ duæ familiæ una facta ditiiores et potentiores sunt omnibus, ita quod iam per ducentos annos nunquam stetit Ulma sine præfecto vel capite de Ehingerensibus. Vetustissimas litteras ostendere possunt testimonia suæ antiquissimæ nobilitatis.

Sunt præter istos Ehinger alii nobiles in Suevia domini de Ehingen nuncupati, qui alias habent natales sedes, alia stemmata vel arma, de quibus loqui non est ad propositum.

Besserer¹.

Bessererensium spectabilis familia una de primis Ulmensium, quam nunquam civitati ulmensi defuisse deprehendimus, sed simul cum civitate crevisse credimus. semper inter optimates computati rempublicam Ulmensium prudentia, divitiis et robore semper meliorare studebant. Idcirco, ut rei nomen testimonium exhiberet, melioratores vulgariter besserer sunt nuncupati. Creduntur enim antiquitus aliud habuisse nomen, sed quia, quamcunque rem tractabant et quamcunque causam ad suas suscipiebant manus, etiam de desperatis negotiis mox meliorabatur, et prava in directa convertebantur et perplexa solvebantur, tanquam si felicis fortunæ genus et filii essent, aut si Lachesis Cloto et Atropos, sororum omnium mortalium contingentium principio medio fine² assistentium, arrisum indeficientem haberent. Ex his opinari ratio cogit, quod quondam grandem causam, in qua tota respublica terræ minabatur ruinam, hi Besserer fortunati relevaverunt. In quo insigne nomen Besserer ab effectu promeruerunt, quod nomen antiquæ nobilitatis et bonitatis testimonium præfert. Unde quia respublicæ suæ civitatis fidelissimi extiterunt et pro ea periculis mortis se exposuerunt, communitates aliarum civitatum tempore bellorum communiter eligunt aliquem ex ipsis capitaneum belli. sicut dominus Heinricus Besserer et dominus Conradus Besserer successive communium civitatum capitanei fuerunt,

*

1 De Besserensibus Mon. 2. Gok. Woll. 2 fini Bess.

amboque pro republica gloriosam mortem in præliis accepterunt. Sed et hodie insignis vir dominus Wilhelmus Besserer, magister civium actu ulmensis, anno illo præ cunctis electus est ab imperatore Friderico IIIo, a principibus, comitibus, et a communitatibus civitatum in capitaneum ligæ magnæ totius Sueviæ, in qua fœdere iuncti sunt nobiles et plebei anno domini 1488. Cunctis enim nota est illius familiæ fidelitas, probitas et constantia, robur et audacia, quæ omnia concomitantur fortuna. Et quia Besserer a bonitate nomen habent et bonum naturaliter est sui ipsius diffusivum, ideo etiam ipsa familia ab Ulma diffusa invenitur per multas Sueviæ civitates quas sua præsentia exornant, ut est Memmingen, Ravenspurg etc. Sed et in Basilea cives sunt honorabiles illius nominis; an autem sint de nostrorum Bessererensium sanguine, non constat. Hoc autem litteris ostendere possumus, Bessererenses de Ulma vetustate cunctos alios præcellere. De his Bessererensibus vidimus in Ulma et alibi magistros civium, iudices, rectores et præfectos, senatores et consules.

Roten¹.

Rubianorum familia, quam vulgariter Roten nominamus, ab omnibus ingenua, insignis et vetustissima dicitur et predicatorum olim valde potens in civitate Ulmensi pontium viarum et portarum telonia accipiens et sibi reservans iure hæreditario. sed et datias de vescanicis² accipiebant, et multa alia quæ nunc in rem communem civitatis sunt redacta. erat enim domus eorum, in qua hodie Conradus Rot habitat, locus probationis vescanicarum, quæ domus adeo antiqua est, quod non erat in tota Ulma horologium horas signans nisi in ea per unum de Rubeinis procuratum. Hæc nobilis familia etiam creditur Ulmensi civitati semper affuisse; sed unde primitus orta sit et unde suum sortita sit nomen non satis constat, obfuscante vetustate notitiam. Nec possumus ex nomine aliquam accipere conjecturam, cum genealogiae tam nobilium quam

^{*}
1 De Rubianorum familia volgariter Roten. Mon. 2. Gok. Bess. Woll. Roten Schad. Gok. Rothen Wibl. Kl. Rothenn Schmid. 2 vescanicis Schad. Mon. 2. Woll. Wibl. Schmid. vescanicis Gok. Kl. Schad. welcher so corrigiert hat. S. oben s. 47.

ignobilium illius reperiantur nominis. Sunt enim Rubiani nobiles trans Danubium, suas possessiones super ripam fluminis Rot habentes, a quo flumine nomen habent. Sunt et Basileæ militares eius nominis de castro Rot prope Basileam sic dicti; sunt et Florentiæ potentes Rubiani ingentem facientes familiam. Inter omnes istos nostri Rubiani stemmate insigni sunt singulares quod præter unicornium præcipuis coloribus aureo et nigro, aut albo et nigro habent exornatum. In tantum autem olim numero et divitiis abundabant, ut extra Ulmam sedes quærerent nobilitati congruas; unde in castris Bemikyrch¹ et Schreckastein² habitasse notum est. sicque quasi in duas familias divisi ab antiquo fuerunt nostri Rubiani devoti ad sacramenta dominicæ passionis. Unde huius familiæ viri in festo corporis Christi soli ante eucharistiæ sacramentum insignia dominicæ passionis portant, sine prodigiis aliis cum magna maturitate, nec sustinent ludos aut spectacula alia fieri, sed ipsam processionem totam ducunt tanquam sibi antiquo iure commendatam.

Strölin³.

Strölinensium nobilium civium ulmensium antiquissima familia nomen quidem diminutivum habet, sed rem grandem et familiam ingentem significat. Nam omnium antiquorum relatione et literarum denotatione et habitationis demonstratione inter Ulmensium ingenuas familias advenas hæc antiquior et potentior atque ditior et per consequens⁴ nobilior dignoscitur. nam antiquitas generis indicium certum facit nobilitatis (fac. l. stemmata cum ibi notata [digest. lib. 38. tit. 10.] de gradu affinitatis⁵). Prodiit autem hæc familia in Sueviam a

*

1 Bemikyrch Mon. 2. Bemikürch Schad. Bemekirch Woll. Bemikirch Gok. Schmid. Kl. Bess. Bernenkürch Wibl. Böhmenkirch, Marktfl. auf der Alb, OA. Geislingen, s. o. von Weissenstein. 2 et Schreckenstein Mon. 2. Gok. Bess. et Schreckhastein Woll. et Schreckenstein Schad. Kl. und Schreckenstein Wibl. und Schreckenstein Schmid. (Wo Schreckenstein liegt oder lag, konnte noch nicht aufgefunden werden.) 3 De Strölinensibus. Mon. 2. Woll. Gok. Bess. Strölinn Schmid. Strölenium Wibl. Schmid. 4 per omnes Wibl. Schmid. per communes Schad. Kl. per genus Gok. Bess. 5 facit l. stemmata Mon. 2. faciet l.

Rhæticis alibus, in quas primo cum aliis nobilibus a Roma transfusa creditur. Totius enim Sueviæ nobiles inde descendedisse leguntur. unde Stramulenses¹ cum in montanis multipli-
carentur, quidam in oppidum sancti Galli domicilium suum transtulit, a quo ulterius transfusi Ulmam adierunt, longe ante ampliationem civitatis et ante civilitatis ordinis positionem, dum adhuc foret exile oppidum. In Ulma autem existentes ædificaverunt in cornu oppidi supra Blavium non domum, sed more nobilium castellum et fortalitium² muris spissis grande incidentes spatium, quod castellum hodie nomen habet ab eis et inhabitatur. Unde olim Romanorum reges et imperatores in eadem curia, dum Ulmæ morarentur, mansere. Ideo adhuc dicitur pars illius curiæ curia regis. Magna enim pars est iam a curia alienata et per muros divisa. Stemmata et arma illius familiæ præter apparatum figuræ nobilioribus coloribus sunt ornata, albo scilicet et nigro, quamvis reperiantur aureo et nigro depicta, non quidem quod sit familia divisa, sed una et eadem stirpe producta, in qua quidam singularis præminentia, honoratus a principe, loco albi aurum contulit. Demum multiplicati in Ulma extra sibi sedem conquisiverunt castrum Nühusen³ quod iam Ehingerenses possident, et in eo suos thesauros et litteras reclusas habebant. Accidit autem quodam tempore Ulmam civitatem inquietari bellis, unde cives timentes ne castrum Nühusen præsidium fieret inimicis Ulmensium, petierunt dominum Stramulum⁴ destrui muros et deiici mœnia. Sed dum hoc facere recusaret, Ulmenses collectis clientibus exierunt et subito irruentes Domum Novam, castrum Stramulensium⁵, cum omnibus thesauris et litteris combusserunt.

*

stemmata Gok. Woll. Bess. per L. stemmata Wibl. per c. stemmata Schmid. cum ibi not. ff. Mon. 2. Schad. Gok. Kl. Bess.; de gradu affinitatis haben alle am schluss dieses schwer verständlichen citata!

1 Stramulenses Mon. 2. Gok. Woll. Bess. Straumlenses Schad. Schmid. Kl. Strumlenses Wibl. 2 Vgl. S. 20 u. 28. 3 Neuhausen im k. bayr. landger. Neuulm, gegenüber Holzheim, an der Leibi. Nühusen Schad. Kl. Nuhusam Woll. Neuhaussen Wibl. Neuhausen Gok. Bess. Nuhausen Schmid. Mülhusen Mon. 2. gleich nachher hat ders. Nevhusen. reclusa Mon. 2. Gok. Bess. 4 petierunt Stramulum Wibl. Schmid. dominum stramulum Sch. Kl. Mon. 2. dominum Stramulium Gok. Bess. 5 so, Stramulensium, haben hier auch Sch. u. Kl. u. Wibl.

et hoc facto celsus eorum status et conditio non modicum humiliatus est. De hac familia habuit Ulma magistros civium magnificos, iudices prudentes, et consules spectabiles. Sunt adhuc iuxta Feldkyrch in Alpibus Strölinenses nobiles quorum ego quosdam novi. an sint de nostris Ulmensibus, experientiam non accepi. Vellem adhuc superesse de illa magnifica stirpe aliquos, quia tota ista grandis genealogia usque ad unum suppositum sine uxore et prolibus est deducta.

Gessler¹.

Gesslerensium honestissima familia et nobilis, quondam forensis in marchionatu Burgow sub ducibus Austriae militavit et sedes habuit. Ab antiquo autem illustrissimorum nobilium abundavit marchionatus ille, cuius Gesslerenses praefecturam gesserunt in Risenburg² residentes. Ingruentibus autem bellis, relicto rure, Ulmam tanquam securum praesidium adierunt et empta habitatione cives facti sunt, et rempublicam illatis bonis plurimum auxerunt. et quum in praefato marchionatu plura bona habebant et feoda a duce Austriae, in villa Büchel³ castrum aedificaverunt, non tantum pro fortalitio quam pro solatio, quod præteritis proximis bellis etiam nunc desolatum ex combustione ruit. Hæc familia multo tempore in communitate Ulmensi degens venam suæ nobilitatis impermixtam plebeio sanguine servavit, et cum nobilibus connubiis iuncta profecit. Unde hodie Johannes Gessler uxorem habet de clarissima familia Clamarensium⁴ dominam Felicitatem, quæ sicut sanguine sic et moribus et vitæ honestate pollens familiam illam, quantum in se est, clariorem reddit. De Clamarensium familia dicendum venit, cum de Leonum familia agetur⁵. Porro præter iam tactam familiam est alia Ulmae habitans honesta familia stirpe antiqua exorta eiusdem nominis et alterius stemmatis, quæ quondam in Günzburg suam

*

1 Gessler Schad. Wibl. Schmid. De Gesslerensibus Mon. 2. Bess. Burgau Wibl. Burgau Schmid. Gok. Bess. 2 Risenburg Mon. 2 Reisenburg Wibl. Rüsenburg Schmid. Gok. Kl. Rusenborg Schmid. Rüsenburg Bess. jetzt Reisenburg, ganz nahe bei Günzburg. 3 Büchel Wibl. jetzt Bühl, an der Biber, k. bayr. landger. Neuulm. 4 Clamarensi Schmid. von Klam, am rande bei Gok. et Bess. 5 S. s. 91.

habuit residentiam. Hæ duæ Gesslerensium familie apud prædicatores suas habent distinctas sepulturas. Vidi etiam in quampluribus Sueviæ oppidis et villis huius nominis familiæ etiam de novissimis plebibus. Multis enim commune est hoc nomen Gessler, quod sic accidisse ferunt. Anno domini 1348 grassabatur horribilissima pestis, qua totus infectus fuit mundus, ab India usque in Brittaniam, ut vix decimus quisque ex millesimo homine superfuerit, de qua peste etiam supra habita est mentio. Hac tribulatione compuncti multi viri et feminæ nobiles et ignobiles concurrerunt, et ut Deum placatum redderent, nudatis dorsis processionaliter incedebant, clamantes et lamentantes, seque flagellis inhumaniter lacerabant, mirandum stupendumque spectaculum cunctis præbebant. Post hoc cessante peste multi nomen retinuerunt, qui cum illis castigatoribus circumierunt, et dicebantur Geisler a flagellis, inde autem nomen mutantes dicti sunt Gessler, alii vero dicti sunt Gaiser. Sed cives ulmenses Gessler ita nominati sunt longe ante sectam flagellatorum, qua occasione ignoro.

Lewen¹.

Leonum magnifica vetustaque familia civitatis ulmensis cum aliis nobilibus Ulmam venit. nam antea cum numerosa esset familia, sedes habuit in extremis Alpibus in regionibus Cadubrii et Goriciae², de qua sub comitibus prædictarum regionum apti armis Leones nobiles militabant; nec aestimandum est tam nobile nomen et tamen insignia stemmata nisi strenuis actibus illi familie esse appropriata. De his Leonibus quidam Alpes derelinquens curiam dominorum de Helfastein in armis serviens sequebatur in regione Sueviæ, erat enim tunc temporis comitum de Helfastein curia sicut principum, quibus etiam illustres serviebant. Leo autem ille domino suo bene serviens præfecturam meruit accipere castelli Giengen, quod nondum erat imperiale oppidum sicut est hodie, sed tantum castellum comitum dictorum. In illo ergo castello habuit Leo ille cum

*

¹ Leo Schad. Kl. De familia Leonum Schad. Gok. Bess. Löwen oder Layen Gok. am rande. ¹ Cadore an der obern Piave, in Friaul; Goricia = Görz.

uxore sua plures filios, sicque liberis et divitiis vehementer auctus est. Ex suis autem filiis quidam Ulmam inhabitabant, alii in Giengen manebant, qui tandem suo loco deserto Ulmam ingressi sunt, sicut stirps illa geminata duplices produxit Ulmensibus Leones quasi duas distinctas tribus, unius tamen stemmatis et nominis usque in hodiernum diem. Hi Leones cum nobilibus matrimonia iungentes stirpem suam longo tempore nobilem servaverunt, a quibus et aliæ civium familiae melioratæ hodie nobilitate illustriore gaudent. Nam ævo nostro ingenuus armiger Johannes de Clam Ulmani veniens accepit uxorem dominam Elizabeth filiam insignis viri Georii Leonis, cum qua quatuor habuit filias, Ursulam, Magdalenam, Felicitatem et Susannam, quæ traditæ civibus eorum familias nobilitaverunt. nam prima Kraftones et Ehingerenses, secunda Ungelterenses, tertia Gesslerenses et quarta Rubianos effecit meliores: prima enim duos habuit maritos quæ cum secundo hodie in humanis est, secunda vero cum marito debitum naturæ solvit moriens, tertia autem adhuc in suo matrimonio persistit, sed quarta, scilicet domina Susanna, in sua iuventute viro destituta, frugem melioris vitæ elegit, secundas nuptias abnuit vidualem statum professa, hodie devotissimo famulatu Deo servit, exemplar virtutum facta virginibus, nuptis et viduis, vita et moribus. Omnes Ulmensium familias nobilitans hæc familia nobilium Clamarensium ortum habet a montanis concludentibus aulonem¹ Tridentinum, ubi hodie in monte prominent ruinæ vetustissimi castri Clam² nominati, super Athesim, quod ædificatum credimus fuisse eo tempore, quo Tridentum a Troianis fuit constructa sicut patet supra, et a Clamarensibus Troianis possessa. De hac familia habuit Ulma insignem virum plebanum dominum Jodocum Clamer³, theologum et doctorem in utroque iure valde egregium qui utilissime populo Ulensi præfuit anno domini 1460 ubi et obiit.

Igitur Leonum familia, de qua sermo iam currit, insignes

*

1 aulo, αὐλών, thalschlucht. 2 Ein schloß Clam, einer adels-familie gleichen namens gehörig, ist auch in Oberösterreich, unterhalb Linz, linkes Donauufer. 3 Clammer Schad. Kl. Wibl. Schmid. Klammer Gok. Bess.

magistros civium, strenuos iudices, consules, et dignitatum officiales Ulmensibus tribuit multo tempore.

U n g e l t e r ¹.

Ungelterensium percelebris familia vetustate nobilitatem probans his temporibus et pluribus ante annis Ulmensium rempublicam auxit, decoravit et manutenuit. Huius familiæ primam originem sicut et omnium aliarum nimia abolevit e memoria vetustas. Nec credendi sunt semper Umgelter aut Ungelter nominatos ², sed aliud quoddam habuere nomen ingenuitati eorum conforme, quod novo superveniente omnino periiit. Sic autem hæc familia modernum nomen Ungelter vel Umgelter adepta est. Tempore Friderici primi erant tam Rütingen quam Eslingen adhuc ruralium villæ, dictus autem imperator ambas illas villas muris cinctis et civitates imperiales esse decrevit anno domini 1155. De suis autem curialibus præfectum in Rütingen posuit qui angarias imperatori debitas collegit, et in ærarium eius misit. Propter illam ergo collecturam populo insuetam incepit vulgus collectorem nobilem nominare Ungelter, sicut et collecta pecunia dicitur Umgelt vel Ungelt, nam utrumque in litteris reperitur. dicitur enim Umgelt quod ab omnibus exigitur et per omnes solvenda stabit ². vel dicitur Ungelt quia est angaria detestabilis et odiosa, sicut dicere solemus de odioso homine: ille est unus unmensch der ist ain unmensch. Inculpabant autem Rütingenses dictum nobilem, quasi ipse istam angariam imponi eis procurasset, sicque ex quadam indignatione nomen officii sui eis odiosi sibi imposuerunt. Ille ergo nobilis longo tempore civitatem illam gubernavit et arma suorum progenitorum illi civitati tribuit, mutatis quibusdam coloribus. Contigit autem post decursum multorum annorum seditionem in Rütingen concitari per inquietos, in qua grande imminebat periculum rectoribus civitatis et præcipue Ungelterensibus. Unde iræ locum dantes domicilium transtulerunt Ulmam, ubi multi nobiles domicilium habebant, sicque concives facti rempublicam Ulmensium strenue

*

¹ De Vngelterensibus Mon. 2. De Umgelterensibus, olim de Huue Gok. Bess. ² So haben alle.

sæpe rexerunt. Dum autem actu descriptionem illius familie formarem, altius eius reperi initium, quod in manus sumens prædictis annexere curavi. Nam olim iam dicti Umgelter dicebantur domini de Huve¹; castrum eiusdem nominis possidentes in Argowia, militabant quoque sub comitibus de Habsburg. Dum autem Suiceri sævire in nobiles cepissent, pulsi sunt domini de Huve, et in Westrangiam² conmigrantes ibi sibi sedes conquerunt. Interea facta fuit grandis convocatio nobilium apud Wormatiam ad torneamentum, ad quod etiam domini de Huve venerunt, inter quos erant duo fratres discordes seque in ludo simul hostiliter cædebant, ita quod unus alterum prostravit. quo facto scissa est stirps illa in duas partes, de quibus una pars reversa est in Westrangiam, alia sequebatur imperatoris Friderici primi curiam, quoisque eius gratia aliquo in loco providerentur. Sicque Rütlingam civitatem factam acceperunt, eamque diu gloriose gubernantes et amissio suo nomine Ungelter appellari cœperunt, ut dictum est, et inde Ulnam commigrantes rempublicam bonis et personis illatis plurimum auxerunt, inter quos milites strenuissimi extiterunt, de quibus aliqui in Rütlingen, aliqui in Ulma ad prædicatores, aliqui in parochia sepulti sunt. Ex hac familia vidimus in Ulma maturos et prudentes viros, magistros civium, iudices, consules, et dignitatum officiales.

N e i t h a r t³.

Nithartensium spectabilium virorum civitatis Ulmensis nobilis familia, quantum humano studio sciri potest, e Noricis, vetustissima Bavarorum gente olim ex Armenis descendente, ortum habet; quam credimus Nithart nominatam non a vitiis irae, odii et invidiae, cum sint homines pacifici, natura sociales, humani et communicativi, sed forte a singularitate fortunæ, aut ab excellenti strenuitate aut certe a ferventi zelo iustitiae. quicunque enim præ ceteris est fortunatus aut præ aliis stre-

*

1 Hwe Mon. 2. Sch. Wibl. Kl. Bess. Hvv Schmid. nachher derselbe Hew. Huue Gok. Ist das = Au im Aargau? 2 Westragiam Bess. Wohl = Westrich, das Westerreich, zwischen Lothringen, Luxemburg, Limburg und der Pfalz. 3 De Nithartensibus Mon. 2. Gok. Bess. Neuthart Sch. Kl. Wibl.

nuus aut zelosus, mox inimicos habebit non paucos, qui talem iracundum odio infectum et invidia lividum praedicabunt, quod huic familiæ accidisse opinor. Cum ergo hæc familia inter Noricos multiplicata per diversa diffunderetur loca, unus ex ea cum sua familiola in Bibracum ascendit, ubi auctus inde Ulmam domicilium transtulit, ibique in insignem familiam excrévit. Hæc autem familia praeecedentibus quidem et sequentibus æquipollet nobilitate generis et sanguinis, sed in immensum omnes præcellit ingenuitate mentis, quæ causatur ex habitibus scientificis et ex certis experienciis; nescio enim quo genio huic favente familiæ sit factum, ut tot et tanti viri doctrinis illuminati ex ea ab antiquo usque nunc fulserunt, quod paene incredibile videatur, stupendumque quasi miraculum recitetur. Habuit enim et hodie habet hæc familia insignes plures magistros artium, theologos, canonistas, legistas, iuristas, historiographos, ex quibus vidimus in statu ecclesiastico cathedralium et collegiatarum ecclesiarum magnos canonicos et episcoporum vicarios et officiales capitulorum præpositos et decanos et parochiarum magnarum curatos ac rectores. In statu vero seculari vidimus ex eisdem quosdam imperialium civitatum magistros, rectores communitatum, et in strepidosis cancellariis principum et civitatum protonotarios, consignatores a commentariis, scribas, iudices et senatores. Et ut particullarius de magnificis suppositis illius familiæ loquar ut propositum patescat, sciendum quod paucis elapsis annis erat Ulmæ insignis vir Hainricus Nithart civitatis protonotarius. Hic multos habuit filios, (XI liberos)¹ qui paene omnes in tam claros evaserunt viros, ut cunctis admiratio esset; eratque commune per Sueviam verbum, quod illius dicti domini Hainrici filii sufficientes essent gubernare sua sapientia et industria imperium, et dicebatur quod in aliquo toto regno non essent tot et tanti docti, sicut solus vir ille in suis habuit filiis. Nam unus dictus Hainricus erat magister artium Pragensis ante lapsum Boemiae et doctor in utroque, plebanus in Ulma, vir

*

1 XI liber Sch. zwischen den zeilen. XI liberos Kl. im text; das selbe in klammern Wibl. XI numero fuisse dicitur Gock. und Bess. am rande.

valde doctus. Alius Ludwicus magister artium, doctor iurista, officialis ecclesiæ Constantiensis et postea vicarius ibidem. Alius Matheus magister artium doctor utriusque praepositus Thuringensis et plebanus ulmensis. Alius Petrus magister et doctor legum et protonotarius ulmensis. Alii fratres illorum Ambrosius, Bartholomæus, Johannes et ceteri viri docti et experti fuerunt. De his fratribus electi fuerunt duo in concilio Basiliensi iudices rotæ¹, ad quorum arbitrium dependebant causæ totius ecclesiæ. Insuper hac nostra tempestate ex ea familia habet Ulma eximum magistrum, utriusque iuris doctorem, dominum Hainricum Nithart, praepositem ecclesiæ Constantiensis et plebanum in Ulma, et fratrem eius Ludwicum virum industrium a commentariis Constantiensium, et nepotes eorum Matheum doctorem legum, Gregorium, Hainricum, Ieronymum viros litteris aptissimos. Habet etiam hodie Ulma magnificum virum ex eadem stirpe, dominum Johannem Nithart, secularem quidem et sine gradu scholaris eminentiæ, sed litteratum historiographum, oratorum et poetarum volumina revolventem, bucolica et comedias, Virgilii Aeneida², Senecæ tragedias, Ovidii metamorphoses ceteraque acuta³ legentem; hunc virum vidimus regentem magistratum civitatis, iudicem et præfectum comitatum, consiliarium et senatorem. Præter hæc autem hoc singulare habet ille quod ab humero et supra videtur cunctis populis eminere, sicut legitur de Saule 1 Reg. 3⁴, personatus enim est et decentis formæ, prudens et facundus, liberos habet utriusque sexus, de quibus mares iam in doctos et expertos viros evadere contendunt, naturali quodam instinctu ad alta se extollentes: videtur etiam huic familiæ inesse amor litterarum ex traduce. Studio illorum Nithartensium comportata est pretiosa libraria⁵ illa, quæ ad latus sinistrum chori est ecclesiæ beatæ virginis in Ulma. Et tantum de illis dictum sufficiat.

*

1 rota, ruota, ist die curia Pontificis suprema, der päpstliche gerichtshof. 2 eneida Mon. 2. Aeneides Wibl. Aeneidos Sch. Kl. Schm. Eh. Gok. Bess. 3 So haben alle. 4 Die stelle ist 1 Sam. 9, 2. 5 Bess. schreibt am rande: Bibliothecæ hujus fundatur est Heinricus, primus plebanus in sua familia Ulmæ.

Vetter¹.

Veterensium notæ nobilitatis civitatis ulmensis familia ex Noricorum terra de castro Kaltenegg vel Altnegg² nobis notum sumpsit exordium. Devolvit enim longæva temporum successio a nostra notitia primas nobilium origines; ideo de proximis eorum sedibus eos nominamus, cum prima eorum nomina et primas eorum sedes ignoremus. Scimus enim nobilitatem primo ab oriente de Chaldæa Asiæ maioris nobilissima provincia descendisse in Asiæ minoris loca, ibique, Græcis iunctis, Troiam, Athenas, Thebas et ceteras clarissimas constituisse urbes, inde autem consequenter pulsi³ Africam et Europam armis compressisse sibique in cismontanis et transmontanis sedes conquisivisse. non autem dubitamus eos semper habuisse aliqua nomina, alia tamen et alia, secundum locorum et temporum congruentiam. Nobiles enim translati sive a Troia sive a Roma sive a Carthagine in Alemaniam, nominibus suis græcis aut latinis, italicis aut africanis amissis, vel in toto vel in parte iam teutonicis vocabulis nominantur vel corruptis latinis. Hoc modo huic ingenuæ familie accidisse opinor, quæ familiari et plebeio nomine dicitur Vetter quo latine sonat patruus [patruelis]. hoc autem ego credo quo nomen hoc Vetter illius familie non sit teutonicum, sed sit de reliquiis antiqui latini nominis, forte enim olim dum apud Romanos degeret nobilitas et veterani milites emeriti quieti vacarent, in dispersione nobilium etiam veterani emigrare coacti sunt; de quibus quidam in has nostras regiones elapsus, truncato suæ libertatis nomine veteranus a teutonicis Vetter appellari cœpit cum sua progenie: cui etiam consonat nomen proprium castri sedis eorum, quod dicitur Altnegg, quasi veterum cornu vel veteranorum, licet vulgares huic nomini adant litteram K, dicentes Kaltenegg, cum tamen in rei veritate

*

1 De Vetterensibus Mon. 2. Gok. Bess. Schad. hat am rande von gleich alter hand: Vetter von Goldochßen, Ilsing, Grämlich. Veterensium am anfang haben alle, mit ausnahme von Gok. und Bess. welche Vetterensium haben. 2 Kaltnegg vel Altnegg Wibl. Kastnegg vel Altnegg Schad. Schmid. Kl. Kastnegg (am rande: forsan Kaltegg vt infra patebit) vel Altegg Gok. ebenso Bess. Kalteneck ist eine alte burg bei Holzgerlingen, württemb. O.A. Böblingen. 3 So alle!

dicatur Altenegg a cornu montis et a vetustate inhabitatorum castri. Si autem domini illius familiæ a teutonicis hoc nomen Vetter acceperunt, signum evidens est, quod olim in tantum aucti et multiplicati sunt inter nobiles, ut vix reperiretur progenies, cui non aut consanguinitate aut affinitate aut agnatione aut cognatione iuncti essent; unde cum quasi omnium essent consanguinei nobilium et a multis appellarentur Vetter, inolevit consuetudo, quod etiam alieni ab eorum sanguine Vetter eos vocarent, sicque nomen eis remansit. Vel forte aliquis inter eos ex amicabili conversatione solebat omnes homines nominare Vetter, sicut hodie plures reperiuntur, qui ex virtute eutrapeliæ omnes mulieres nominant sorores vel materteras, et omnes mares fratres aut patruos, sic et hic faciens, et nomen quod aliis dedit, sibi et suis posteris a vulgo impositum fuit. Ex facilis enim casu mutantur nomina etiam invitatis illis quibus dantur. Hi ergo Vetterenses dum olim divitiis plurimum essent felices, Noricorum dux, invidens eorum gloriæ, plebeorum gravaminibus eos premere et artare conabatur. Quapropter nativis suis sedibus derelictis sub aquilæ imperialis alas confugerunt, seque penitus a Bavaris alienaverunt, in oppidum Werd, quod adhuc exile erat, domicilium transferentes, per quorum introitum totum oppidum melioratum fuit et longo tempore per eos gubernatum. Et quia erant viri magnifici liberales Deumque timentes, plurimas et grandes eleemosynas perpetuas in diversis statuerunt, monasteriis et ecclesiis præbendas et beneficia fundantes et monachorum stipendia¹ meliorantes. Erat enim ex eis quidam liberalissimus miles dominus Conradus Vetter, qui miro modo religiosis affectus multa constituit hinc inde monasteriis ad provisionem eorum indefectibilem. Præcipue tamen monasterio Cæsariensi² magna contulerunt beneficia in quo suas honorabiles sepulturas, et perpetua statuerunt anniversaria. Superiori autem anno abbas monasterii eiusdem ad locum sepultureæ dominorum Vetterensium quoddam ædificium erexit sine eorum requisitione, unde contra ab-

*

1 et monachorum stipendia Schmid. Wibl. pistantias monachorum meliorantes Mon. 2. Schad. piantias Kl. Eine lücke haben Gok. und Bess. 2 Wohl Kaiserswerth, unterhalb Düsseldorf.

batem apud papam iustitiam quærentes censuris magnis coactus fuit ædificium resolvere et nobilium sepulturam liberam dimittere. De his Vetterensibus Ulma etiam superioribus annis quosdam recepit in consortium civium, ex quorum connubiis certæ familie Ulmensium non parum sunt nobilitatæ utpote militaribus iunctæ. Nam hodie Ulmæ degit dominus Leonardus Vetter, miles strenuus, de quo etiam supra facta est mentio¹. Et tantum de illis.

Lieber².

Lieberensium indubitatae nobilitatis familia civitatis ulmensis vetustæ probitatis insignes viros habuit et hodie ingenua radix maturos emittit homines. Olim ut quidam autem dicebantur domini de Liebental, a castro quodam, a quo tandem vi bellorum pulsi curias sequebantur principum, et iam non Liebentaler sed de curtato nomine Lieber appellari cœperunt usque hodie. Sic enim popularis ruditas dictiones et nomina truncans nonnunquam totam significationem tollit, aliquando vero partem auffert, ut in nomine illorum nobilium civium, qui a quadam amoena valle quæ dicebatur dilecta vallis, Liebental, in qua arcem munitam ædificaverunt eiusdem nominis, dicebantur domini de Liebental, quod nomen significat substantiam cum qualitate, vallem dilectam vel amœnam. Nunc autem mansit sola qualitas illius nominis, scilicet dilecta, a qua dicuntur Lieber. Et forte ex intentione facta est truncatio illa, ex eo tempore, quo vallis illa cum fortalito desivit esse possessio eorum, obtinetur hoc quod vallem significat. Vel forte ab antiquo ante vallis possessionem dicti sunt Lieber, sed adepta valle nomen suum ei communicaverunt et dicebatur Liebental, quod postea vulgus etiam familie attribuit. Si autem hoc nomen Lieber a primæva origine secum tulerunt, si ex Romanis latinis emerserunt, facta est additio a vulgo illius litteræ e, quia dicebantur liber quasi liberi a gravaminibus vulgi, sed teutonici more suo ad i addiderunt e et significacionem confuderunt, aliam inducentes, quæ etiam bonum im-

*

1 S. s. 58. 2 De Lieberensibus Mon. 2. De Lieberensibus von Liebenthal Gok. Bess.

portat, scilicet dilectionem propter probitatem et pacificam inter homines conversationem. Dum autem familia illa Lieberensium in curiis esset principum et comitum divisa, quidam ex ea curiam dominorum de Helfastein sequebatur in armis, miles strenuus, qui auctus prolibus et divitiis in notabilem crevit familiam. De qua unus annis superioribus, quando filia regis Ungarorum tradita fuit comiti de Helfastein, erat præfectus curiæ et coquinæ magister in nuptiis, quod hodie antiqui testantur, qui his interfuerunt. Dum autem novissime domini de Helfastein deficere inciperent et passim villas et castra castellaque venderent et impignorarent, Lieberensesque pro suo statu abundantes essent, obtulerunt eis comites dominium et comitatum de Helfastein, ut vel eum pro prompta pecunia in pignus reciperent, vel eum absolute emerent. Cum autem neutrum se posse facere dicerent, postulavit ab eis certam summam florenorum sibi concedi. et dum neque hoc facere vellent, iratus comes cepit principalem rectorem totius familiæ et in vincula coniecit, ubi angustiatus pecunia se redemit et cum omni domo in Eslingam commigravit. Post tempus domicilium in Augustam transtulit, ubi dum quadam vice oriretur seditio inter cives, multi civitate Augustensi derelicta alias sibi sedes quæsierunt, inter quos Lieberenses Ulmam se transtulerunt, ubi concives nobilium facti hodie honoribus, divitiis et filiis ac amicis sunt felices et singularis maturitatis et probitatis sunt famosi.

R e m ¹.

Remensium familia nomine et stemmate antiquo nobilitatis præfert insignia: æstimari enim potest Remos nominatos a Remo fratre Romuli, qui fuerunt nobilissimi urbis fundatores, a quibus hæc familia ob aliquem insignem actum vel ob aliquam aliam causam nos latentem nomen sortita est. Vel forte ortum habent a Remis belgis, habitatoribus civitatis Remensis ² inter Belgas et Oeltas sitæ, et inde transfusi in Sueviam in Augusta civitate sibi sedes acceperunt, ibique multiplicati in diversa loca sunt divisi. quorum quidam Ul-

*

1 De Remensibus Bess. 2 So, und auch Remi, heißt Rheims.

mam adeuntes inter cives nobiles conscripti rempublicam Ulmensem personatis hominibus et divitiis adornant, de quibus Ulma iudices et consules habuit.

Stamler et Kargen¹.

Stamlerensium familia unde orta sit vel unde suum sortita sit nomen, tulit e memoris hominum optata² antiquitas. Eam tamen diu Ulmæ fuisse antiqua testantur instrumenta. Dicunt autem eam familiam olim inter zunftales commemoratam, et in quadam grandi et periculosa seditione civium et zunftalium ita strenue pacem fovisse, et partes adunasse et rempublicam, ne penitus periret, manu tenuisse, quod cessante discordia præter communem legem cives eam in nobilium societatem ascendere fecerunt. Et eodem modo familia Kargensium zunftalis in civium ordinem ascendit sedata discordia. Hæc Stamlerensium familia quondam Günzburgi habitavit, et onusta divitiis Ulmam in nobilium ordinem concendit, deinde attenuata substantia mechanicis operam dantes in zunftalium ordinem descenderunt, ubi iterum crescentes in seditione profata reassumpti sunt inter cives. Unde autem hoc nomen Stamler eis advenerit, non inveni. nihil tamen refert opinari, eos Stamler nominatos a stipite vel a stirpe aut trunco arboris, quem teutonice nominamus stam, inde stamler. Sicut enim ex trunco et stipite procedunt rami folia et fructus, sic hæc stirps quondam fecunditate clara hoc nomen contraxit. Plures tamen autumant ex conditione aliquorum nunc existentium illius familie eos sic nominatos propter impedimenta linguæ et locutionis difficultatem, quam semper aliqui in ista familia habuerunt et balbi fuerunt, quos vulgares nostri stamler nominant, unde hodie Johannes Stamler alias satis industrius tantum titubat, quod non bene potest percipi dum loquitur, quid velit. Puto autem fuisse in principio aliquem balbum fortunatum et divitem, a quo tota sit denominata familia usque in præsens.

Sed et familia Kargensium, ut prædixi, olim nominata

*

1 Stamler Schad. Stamler et Kargen Wibl. Stamler, Kargen, Gassolden, Imhofen etc. Schmid. De Stamlerensibus Mon. 2. De Stamlerensibus et Kargensibus Gok. Bess. 2 So haben alle.

et grandis in Ulma in prædicto civitatis disturbio assumpti in ordinem civium tertium fuerunt. Hæc familia orta fuit a nobili et antiqua Ulmensis civitatis familia quæ dicebatur illorum de Hall. Æstimo autem Hallensium et Kargensium unam fuisse stirpem, et solum nomen alicuius de Hallensium familia fuisse mutatum, propter eius tenacitatem, qui dictus fuit karg, quod idem est quod tenax. Proximus autem Karg dictus Johannes uxorem habuit Unsorgin dictam per oppositum karg, quorum adhuc supersunt proles defectivæ. Extincta est enim pæne illa Kargensium familia, sicut et multarum aliarum nobilium antiquarum familiarum, ut familia Hallensium quæ potens in Ulma erat, et familia Arlabuſ, Gassolt, Kelbli, Unsorgen, Pyrman, Byberbach, Lebzelter, Aulber, Gütwil, Gremlinger, Hundfūes, Im Hoff, Becht, Hutter, Hugen, Reyser, Ficken, Spügel, Firabend ¹.

Rembold ².

Remboldensium ornatam vetustate, nobilem familiam ³ e Laugingen mersisse ⁴, aevo nostro deprehendimus, Ulmæque in civium tertii ordinis societatem insertam esse scimus. qua occasione autem oppidum Laugingen dereliquerint, incertos cives legere velim, quatenus intelligerent, quam de facili causa harmonia, regimen et politia etiam ordinatissima dissolvitur, confunditur et desolatur. Relatu antiquorum et prudentum didici oppidum Laugingen esse vetustissimum a quodam imperatore donatum abbatii de Fulda. Et post plures annos abbas illud contulit pro xenio nuptiali ducissæ Bavariæ, ita tamen

*

1 Arbabus Schad. Wibl. Arbabus Gok. Bess. Arlabuſ Mon. 2. Arbabusch Schmid. Gassolt Schmid. Wibl. Kl. Gossolt Mon. 2. Bess. Pirman Gok. Bess. Biberbach Gok. Schm. Wibl. Bess. Lebcelter Schad. Gutwil Gok. Guttwill Schad. Kl. Schmid. Wibl. Grimlinger Gok Bess. Hundfies Schad. Kl. Schmid. Hundfūes Wibl. Hiuntfies (?) Mon. 2. Im Hof Bess. Hütter Gok. Bess. Hüter Mon. 2. Hug Mon. 2. Hutton, Hugen Kl. Reiser Schmid Gok. Bess Reißer Wibl. Spiegel Mon. 2. Finarckhen Wibl. Firabend Gok. Bess. Fürabet Schad. Kl. Schmid. Firabet Mon. 2. Fürnbet (?) Wibl. 2 Rembold Schad. Remboldt Schmid. De Remboldensibus Mon. 2. Gok. 3 ornata vetustate nobilis familia Mon. 2. Schad. Schmid. Gok. Bess. 4 so haben alle ms.; soll vielleicht heißen emersisse.

ut sine gravaminibus et servitiis fieri solitis principibus dimitterentur cives, et nihil ducibus tenerentur dare vel facere, nisi annuatim trecentos florenos, quos poterant duci mittere et, si placuit civibus, eam pecuniam poterant clausis portis lancea per murum emissam principi vel nuntio eius præbere. Nec enim tenebantur ducem intromittere ad placitum eius; unde nunquam indultum fuit ducibus Bavariæ ab antiquis civibus, quod in Laugingen sibi fortalitium et arcem ædificarent usque ad tempora nostra, in quibus cives pavidi et formidolosi duci Ludwico non restiterunt, qui erecta fortissima in ea arce civitatem ex ea, si opus foret, destruere posset. Dum ergo oppidum hoc tali ut dixi libertati gauderet, multi nobiles in eam commigrarunt, et cives ibi residentes felices divitiis effecti rempublicam in ornatissimam politiam deduxerunt; unde proverbium erat in Suevia, quod non esset civitas municipalis melius instituta quam Laugingen. Erant enim consules maturi et dives, et nullus ad consulatum recipiebatur mechanicis intentus et mercantiis vacans. Inter illos consules erant non minimi Remboldenses, qui etiam aliquoties magistratum civitatis reixerunt, quia de optimatibus erant a tanto tempore, quod non est in memoriis hominum alium eos statum habuisse. In illa ergo tranquillitate accidit, ut quadam nocte ante carnisprivum civium nobilium filii cursitarent per vicos cum instrumentis musicis ad complacendum iuvenculis. casu autem currebat post eos ovicula una domesticata crebros balatus emittens, quia errabunda suum in tenebris perdiderat ovile et notos amiserat. cumque ovicula balatu suo instrumentorum musicorum tonum confunderet, iuvenes eam percussionibus aliquoties repulerunt, quæ semper reversa clamore molestabat eos. Unde quidam eorum consilium dedit, ut oviculam mactarent, eamque hospiti dirigerent coquendam pro illa societate, et in crastinum ad obulum solverent eam homini, cuius erat. His omnibus peractis crastinus advenit dies et proposita est in consulatu querimonia de ovicula. Divisi ergo sunt consules inter se propter causam in contrarias sententias. Et facta fuit grandis divisio et seditio in civitate, in tantum, ut Augustenses et Ulmenses descenderent gratia reformandi pacem. Sed dum nihil proficerent, devoluta fuit causa ad ducem Bavariæ, qui incassum

diu laborans dum nihil emendationis assequeretur, et plures diætæ nobilium et civium celebrarentur propter illam causam, tandem appellatum fuit ad tribunal cæsarî, ubi res in tantum fuit aggravata et cervicose pro utraque parte proposita et defensa, quod imperator, omni via iuris postposita, partibus indixit singulare bellum, hoc est duellum, et locum et tempus assignavit. erant autem sex in una et sex in alia parte inter quos unus Remboldensis fuit. Sed die duelli statuto, altera pars in loco assignato non comparuit, impedita per principem cum industria; sicque per quatuor vices in campo una comparente parte altera defuit, aliquo interveniente impedimento procurato per aliquem industriose. Libentissime enim partes convenissent, quia fremebant in invicem. Ex hac discordia dissoluta fuit tota harmonia regiminis civitatis Laugingensis et ipse Bavariæ dux plenam accepit potestatem in cives, et fecit cum eis sicut voluit. Unde maior pars civium, recollectis rebus suis, alias sibi quaesierunt sedes in diversis locis, de quibus Remboldenses Ulmam in habitationem elegerunt, et hodie, licet paucis suppositis, ibi habitant in honore et gloria. Ex quo autem facta est mentio de civitate Laugingensi, de ea modicum placet dicere, quæ nullis litteris aut scripturis, sed tantum vulgari relatione accepi. Fuit olim, ut præmissum est, hæc civitas imperialis et ab imperatore data est abbati de Fulda; puto autem hanc donationem factam per Karolum primum, sicut et idem Ulmam dedit abbati Owiae magnæ, ut supra dictum est. Postea abbas dedit eam duci Bavariæ, sub cuius potestate hodie gemit. Habuit autem antiquitus hoc oppidum quatuor singularissima ex se producta, uno et eodem loco genita. Dicunt enim, quod in loco, ubi iam est capella ad omnes sanctos, fuerit domus, in qua non simul et semel, sed successive fuerit natus equus maior et velocissimus, homo suo tempore fortissimus, vir deinde expertissimus, mulier speciosissima. De equo dicunt, quod fuerit magnus et adeo velox, quod nulla bestia evadere cursu ab eo potuit, adeo agilis, ut latas foveas transvolaret et per currum plenum fœno transliret. Suspicatum autem fuit in bestia maligni spiritus portentum esse; unde submersus est in Danubio. Puto equum illum fuisse de genere Bucephali equi Alexandri magni, vel de

sanguine Pegazorum aliquid participasse. De secundo, scilicet de homine fortissimo, una satis obscura recitatur historia. unde quodam tempore quidam gigas gentilis quasi alter Golias cum exercitu Scythiam egressus usque in Sueviam ascendit, audierat enim Suevos esse bellicosos et animosos. Unde in Rhætia fixit sua tentoria et Suevorum principibus scripsit, campestre prælium velle inire cum eis commune, vel certamen singulare sive duellum cum aliquo. Convenientes autem Suevorum proceres duellum sibi addixerunt, eligentes ad hoc fortissimum suum virum marchschalcum de Papenheim¹, qui etiam spontanee ad hoc se obtulit. Die autem statuto cum omnis multitudo in locum certaminis convenisset, insonuit vox in exercitu christianorum haud dubium angeli, non marchschalcum de Papenheim, sed homuncionem de Laugingen in conflictum dirigendum. Querentes autem in exercitu, invenerunt parvum quidem hominem, sed bene armatum et audacissimum de Laugingen, et hic gigantem aggressus eum prostravit infidelesque fugavit. De viro prudenti et expertissimo, quod est tertium, habetur longa et veridica legenda, iam Coloniæ impressa, de Alberto magno, qui in omni scientia fuit singularis et cum hoc a iuventute innocens et sanctus, et nequaquam, ut sibi imponitur, magus aut nigromanticus. De quarto, de muliere speciosissima nihil in singulari audivi, nisi quod quibusdam visum fuit Helenam Troianam in hac revixisse aut Hecubæ vel Veneris aut Medusæ filiam forte.

Dietahimer².

Dietahemensium familia³ ab antiquo clara castrenses nobiles habuit, primas nobis notas sedes habentes in inferiori Suevia non longe ab oppido Werdensi⁴, inde autem consequenter effusi in alia loca domum Ulmæ habitare cœperunt,

*

1 de Papenheim Mon. 2. am rande von derselben hand: de Salentin. de Pappenheim Schad. und darüber geschrieben: caltin (?). de Pappenheim Schmid. Gok. Wibl. Kl. de Pappenheim Bess. 2 Dietahimer Schad. Kl. Dietheimer Schmid. Diethaimer Wibl. De Dietahemaren-sibus Mon. 2. De Dietahimerensibus Gok. De Dietahimaren-sibus Bess. 3 Dietahimerensium familia Gok. Dietahimaren-sium F. Bess. 4 wqhl Donauwörth.

ubi proficientes magistratum urbis illius adepti sunt et rem-publicam bene et pacifice rexerunt, quorum germen hodie in Ulma pullulat.

Günzburg er¹.

Günzburgerensium² familia divitiis antiquatis agitata di-versas sibi sedes quæsivit. Olim autem non Günzburger sed Amman nomen habebant. quod puto eis adhaesisse ex aliquo honorabili ministerio imperii vel alicuius civitatis aut dominii, cum hodie ministri civitatum ex parte imperii amman quasi amptman dicantur, quos latine dicimus a commentariis, quos etiam aliqui nominant palatinos³. Ex hac ergo familia æstimo antiquo tempore aliquem insignem imperatoris officiale fuisse, a quo tota genealogia nomen sortita est. Memorantur autem primo habitasse in Laugingen, et in disturbio totaliter emigrasse in Gundelfingen, post tempus ascendisse in Günzburg et inde Ulmam intrasse cum multa substantia. Et quia im-perator semper habet in Ulma a commentariis, quem omnis vulgus nominat amman, ne æquivocatio errorem induceret, incepit familia ita appellari nomine oppidi a quo Ulmam de-venit, dictique sunt Günzburger usque hodie et habiti cives honorabiles in numero tertiorum.

Haiden⁴.

Haidensium honesta et antiqua familia suo in nomine vetustatem præferens, quia sic dicti a nonnullis æstimantur pro eo quod dum olim a paganismo conversi christiani facti fuissent et apud paganos honorabiles extitissent, nomen pa-ganitatis suæ retinuerunt etiam post baptismum usque hodie. Aliqui vero dicunt, quod magis credo, eos ortos ex oppido

*

1 Günzburger Schmid. Guntzburger Schad. Wibl. Güntzburger Kl. De Günzburgensibus Gok. De Ginzburgensibus Bess. De Gintz-burgerensibus Mon. 2. 2 Günzburgensium Gok. Ginzburgensium Schad. Kl. Bess. Ginzburgerensium Schmid. Wibl. Gintzburgensium Mon. 2. 3 palatina militia est eorum, qui munus in republica prin-cipis nomine gerunt, sagt der Nomenclator des Hadrianus Junius Me-dicus Francof. 1591 s. 256. 4 De Haidensibus Gok. Bess. De Hay-denibus Mon. 2.

Haidenheim, et dum ad alia loca emigrarent, nomen sui oppidi retinuerunt perduto suo proprio nomine. Hæc familia etiam a Laugingen Ulmam devenit in consortium magnatum quibus connubiis iuncti inter eos crescunt.

Heintzler¹ (Hainzel).

Heintzlerensium antiquata familia² adeo, ut ignoretur a quo insigni aliquo Heinrico nomen illud contraxerint; verisimile enim est eos olim aliud habuisse nomen, sed a quodam notabili inter eos Heinrico dicto hoc nomen hæreditavere Heintzler, quasi filii Heinrici. Quidam tamen dicere volunt quod dicantur Hantzler sine i quasi manibus contrectantes, ex eo quod in negotiationibus fortunati fuerunt et substantia ab eis contrectata augmentabatur. Hi Heintzler quondam in Lindow oppido imperiali in lacu Venedico habitaverunt, ibi multiplicati et ditati in Memmingen oppidum sunt effusi, a quo ulterius usque Ulmam descenderunt et optimatibus iuncti felicitate civili gaudent, augmentati liberis, amicis, divitiis, fama et honestate.

Schermayer³.

Schermayerensium⁴ aucta familia ubi sua habuerit prima initia non constat, semper tamen honestis personis extitit ornata. Scimus autem eam superioribus annis ex nobili oppido Rheni Schaffhusen ascendisse in Memmingen, et ibi inter optimates habuisse sedes. Ex hoc quidam aevo nostro Ulmam intravit cum non exigua substantia, nobilioribus civibus conubio iunctus est, sicque in locum primatum ascendit, crescens et proficiens in filiis in propriam et ingenuam tribum. nam uxor eius sicut vitis abundans et filii sui sicut novelli olivarum,

*

1 Hainzel Schmid. Wibl. Haintzel Schad. Kl. De Heinzlerensibus Gok. am rande: Heinzler. De Haintzlerensibus Mon. 2. De Heinzlerensibus Bess. 2 Heinzler antiquata familia Gok. Bess. Hainzlerensium antiquata familia Schmid. Wibl. 3 De Schermayrensibus Mon. 2. Bess. De Schermayerensibus Gok. ad marginem Gok. habet: Schermar. 4 Schermayrensium Mon. 2. Wibl. Schermayerensium Schad. Gok. Kl. Bess. Schermairensium Schmid.

Deo¹ benedictionem largiente timenti se, ut dicitur in psalmo 128².

Z w i c k e r³.

Zwickerensium⁴ vetustissimorum superstites Memmingensium civium honestam semper repræsentarunt familiam, de qua nostro tempore quidam Ulmae habitare desiderans, coniugem de nobilioribus civibus Ulmensibus adeptus est et in numerum optimatum relatus, inter quos hodie honesta conversatione deget⁵.

M e s l i n⁶.

Meslinensium⁷ honoratæ vetustæque nobilitatis non parva familia quondam in Bacenis sylva⁸ sedes habuit in castro et arce vetustissima Granegk, unde ab antiquo Granegker vel domini de Granegk dicti sunt. Sed bellorum infortunio acti Granegkam suam derelinquere sedem coacti sunt, et pro refugio Rotwilam intravere, in qua civiliter viventes divitiis et honoribus floruere. Nobiles autem extra manentes eos iam non Granegker sed Meslin appellavere, pro eo quod civili vitæ se penitus tradiderunt derelicta castrensi. Unde meslin dicitur parva macula, quia nobiles hos maculosos putant nobiles, qui civitates inhabitant et cum civibus connubia habent. De his nobilibus Granegker iam Meslin dicti duo fratres ævo nostro Ulmam se transtulerunt, eamque urbem suo nobili germine decorare conantur.

H e r w a r t⁹.

Herwartensium familia ab antiquo insignis in civitate

*

1 Deo Mon. 2. domino Schad. Schmid. Gok. Wibl. Kl. Bess. 2 timenti scilicet vt dicitur in psalmo 137 Wibl. timenti se vt dicitur in psalmo 137 Mon. 2. Kl. Sch. Eh. Psalm 128 Bess. 3 Zwickher Wibl. De Zwickerensibus Mon. 2. Gok. Bess. 4 Zwickherensium Wibl. 5 degit Bess. allein. 6 Messlinger Kl. De Meslingensibus Mon. 2. De Meslingensibus olim Granegger Gok. Bess. Messlinger Kl. 7 Messlinensium Schmid. Wibl. 8 in Bacenis sylva Mon. 2. Schad. Kl. Schmid. Wibl. in sylva Bacciniæ Gok. Bess. 9 Herwarten Kl. De Herwartensibus Mon. 2. Gok. Bess.

Augusta sedes habuit, quæ quondam Alpibus transensis in civitatem Tervisanam domicilium transtulit ibique inter Italos ditata in Augustam rediit onusta divitiis, inde autem palmites suos in Ulmam extendit et in familiam notabilem ibi excrescit. Sunt et alii eiusdem nominis in Ulma honesti homines, zunftales tamen, qui se ex eadem radice dicunt processisse a qua et illi. Quidam putant villam Herwartingen¹ ex eis nomen accepisse eosque olim in ea sedes habuisse. Alii dicunt quod ipsi a villa nomen traxerunt.

Harscher².

Harscherensium³ familia quondam divitiis florens Rüching prius dicta, et post Harscher, in Horw oppido habitavit, indeque evocata in Esslingam domicilium transtulit. Hac quoque civitate derelicta in Rütingam migravit, ibique multis annis feliciter degens unus ex ea ævo nostro negotiationibus variis intentus Ulmam incoluit, ubi consortio civium tertii ordinis iunctus in hanc usque horam permanet, fluctibus fortunæ sicut omnes alii expositus. Huius nominis Harscher inveniuntur per Sueviam infimi gradus homines villani, et medii cives, ac supremi antiqui nobiles. Significatum enim illius nominis potest cuilibet secundum proportionem convenire: nam Harscher dicitur ille, qui sua abundanter et hilariter communicat, unde in vulgari teutonico talis communicatio dicitur harschlich vel ratlich⁴. Ideo accidit quod hoc nomen commune reperitur nobilibus et plebeis. Homo etiam lætus harscher dici solet.

Schützen⁵.

Schützensium⁶ optimatum Memingensium honesta et anti-

1 Herbertingen, k. württ. o.a. Saulgau oder Herbrechtingen o.a. Heidenheim. S. 301. Herwartingen Gok. Herwartigen Mon. 2. Herwartingen Schad. Schmid. Kl. Herwettingen Wibl. Herwertingen Bess. 2 Harschär Schad. Harschären Kl. De Harscherensibus Mon. 2. De Harscherensibus, olim Rüding Gok. olim Rüching Bess. 3 Harscherensium Mon. 2. Schad. Harschärenschmid. Kl. 4 wa einer ist der 6, 7 oder 8 kind hat, dem helfen wir dester rathlicher. Aus e. ulm. bettelordnung vom ersten viertel des 15 Jahrh., Schmid, Schwäbisches wörterbuch s. 421. Aber harschlich? harscher? 5 Schützen Schmid. Wibl. De Schützensibus Gok. De Schützensibus Bess. De Schützsenbius Mon. 2. 6 Schützensium Schad. Schmid. Gok. Bess. Wibl.

qua familia olim castra incolentes sicut ahii nobiles militiæ vacabant. Post tempus autem oppidum Memmingen ingressi civili vitæ se conformabant. De hac familia unus ævo nostro Ulmann advenit ibique in tribum propriam crescens clarus in societate nobilium civium habetur et prosper¹. Unde autem familiæ illi hoc nomen advenerit, certum propter longi temporis cursum non habetur. Notum tamen est eam aliud nomen habuisse statui suo magis congruum. Non autem sunt familiæ iudicandæ nobiles propter egregria nomina vel ignobiles propter despecta, quia definitio nobilitatis non datur de nomine. Unde videamus, quod quandoque vilissimi homines in suis familiis pulchra et ornata habent nomina, et nobiles nonnunquam despacta habent nomina. finaliter enim mutantur secundum aliquam conditionem et proprietatem repartam in aliqua familia vel in persona familiæ. Potuit enim esse, quod aliquis in familia, de qua loquimur, fuerit egregius sagittarius, et magnifica egerit in rebus bellicis, et multa acquisierit industria sagittandi, et inde nomen sibi et successoribus suis acquisiverit. Sic etiam de facto contigit cuidam familiæ civitatis Turicensis, quæ hodie nominatur Schmid, et omnia eius supposita fabri dicuntur, et tamen in memoriis nec nostris nec antecessorum nostrorum est, quod aliquis inter eos fuerit arte faber, qui nutrimenta illa arte quæsiverit. Sed hoc est verum, quod viri omnes illius familiæ ad fabricandum sunt dispositi. Unde tempore meo Oswaldus² Schmid, præfector comitatus Kyburgensis, quinque habuit filios elegantes, armaturæ deditos et venationibus vacantes. Quibus tamen non obstantibus omnes sine docente sciebant malleo [et] igne metalla diversa operari, ut puta sufferrare equos, fabricare clavos et ferramenta, facere seras et claves, fundere bombardas et campanas ac ollas, et in auro unus eorum erat magister expertus. Quidam autem ex illis fratribus cliens erat in curia domini de Wirtenberg, qui sœpe dixit mihi, quod dudum inter nobiles fuisset computatus, si solum aliud habuisset nomen. Nam propter hoc nomen

*

1 et pro semper Schmid. Wibl. et prosper Mon. 2. Schad. Kl. Gok.

2 Osthwaldus oder Oschwaldus Mon. 2. Dieser war unseres F. F. großheim, s. den stammbaum bei Dr. Hermann Escher, descr. Suev. fr. Fel. Fabri, s. 136.

Schmid omnes equestres eum in campis invocabant, dum aliquis defectus accidit equo, et quia consulere et sufferrare sciebat, purum fabrum arte nutritum aestimabant. Sed et in Basilea nobilis hodie extat familia quæ dicitur Schmidli et in Veldkyrch sunt etiam boni cives abundantes quondam qui dicuntur Schmid. Sic et Schütz exile nomen est, significans ingenuam familiam.

Spiser¹.

Spiserensium² familia, exigua suppositis, sed origine non minima. nam ante paucos annos divitiis et personarum numero Gamundiam decorabans civitatem, et eius magistratum potenter gubernabant. inter optimates illius oppidi optimi. Orta autem dissensione inter Gamundienses transtulerunt se Spiserenses in Giengen oppidum. Inde vero unus Ulmam adiit, et accepta ibi uxore ingenua ad cives tertii ordinis ascendit et propriam familiam sui nominis suscitare conatus est. Huius nominis in diversis locis reperi familias: unam in Diesenhofen insignis nobilitatis de qua vidi milites strenuos; aliam in Basilea bonorum civium familiam; tertiam in Bissingen prope Ecclesiapolim, vulgariter Kyrchen³, rusticam⁴. Aestimo autem hoc nomen sic communicatum temporibus vehementioris famis. Erant enim ibi quam plures, qui blada, frumenta et alia, de quibus panis confici posset, reservata habebant, eaque extremam necessitatem patientibus largiebant: et hos dispensatores spiser nominabant, quorum aliqui erant nobiles, aliqui cives, aliqui rurales. Sonabat enim eo tempore hoc nomen in magnum honorem, et de multis civitatibus ac villis ad locum currebant, ubi auditum fuit, aliquem Spiserensem residentiam habere. Sic etiam puto hoc nomen huic familie, de qua intentio est, impositum fuisse.

*

1 Spiser Schad. Kl. Spisser Schmid. Wibl. De Spiserensibus Mon. 2. Bess. De Spicerensibus Gok. 2 Spiserensium Mon. 2. Schad. Kl. Bess. Spisserensium Schmid. Wibl. Spicerensium Gok. 3 Kürchen Schad. Kl. Schmid. Wibl. vulgo Kirchen Gok. Bess. Es ist Bissingen an der Teck, württ. o.a. Kirchheim. 4 rusticam Gok. (non Bess.).

Rudolfen¹.

Rudolfensium² satis antiqua familia ex Monaco olim in Augustam transmigravit, ex qua nostro ævo unus Ulmam domicilium suum transtulit, illata omni sua substantia, ibique more consueto in consortium civium tertii ordinis assumptus fuit, cum quibus hodie deget. Unde autem hoc nomen Rudolf ei sit impositum, non audivi. nisi fingere vellenus ipsos oriundos a villa Ruodelfingen; vel quod olim fuerit aliquis servus primi regis Romanorum de comitibus Habsburgensibus, qui Rudolfus dicebatur, a quo plures sui servi Rudolfi dicebantur; vel, quod magis credo, dicti sunt Rudolfi ab aliquo insigni viro Rudolfo dicto, a quo genealogia illa initium et memoriam sumpsit.

Schaden³.

Schadensium nota et nominata familia ab ingenuis Ehingerensibus non parum suæ dignitatis adepti sunt. Ab antiquo autem in oppido Walse habitaverunt, et fecunditate effluentes aliqui in Bibracum suum locaverunt domicilium, ibique multiplicati in Memmingen habitare cœperunt. De his autem hoc anno quidam iuvenis Ulmam veniens, ubi accepta uxore numero maiorum natu aggregatus est, et in propriam succrescere conatur familiam. Porro quomodo hoc nomen Schad huic familiæ advenerit vel qua occasione, nec ipsis Schadensibus constat, antiquitate obfuscante memoriam. Dicere tamen possumus quod ab aliqua arce Schad nominata contraxit nomen, quia arces et munitiones, de quibus aliqua civitas impugnari potest, dicuntur Schad, sicut Schadwien, Schadaugenstein⁴ etc.

Besinger⁵.

Besingerensium familia in Rhæticis Alpibus⁶ satis ampla et ab antiquo deducta suppositum unicum duntaxat Ulmæ habet, qui tamen ibi in tribum propriam proficere ex uxore

*

1 Ruodolffen Kl. De Ruodolfensibus Mon. 2. De Rudolfensibus Gok. Bess. 2 Rudolfensium Schmid. Wibl. Ruodolfensium Schad. Kl. 3 De Schadensibus Mon. 2. Gok. 4 Schad: augstein Schmid. Wibl. sic Schadwien, Schadangestein Gok. Bess. 5 De Besingerensibus Mon. 2. Gok. Bess. 6 Besingen: F. in Rheticis alpibus Bess.

Ulmense haud dubium exoptat. Puto autem hanc familiam olim villæ et arcis Besingen habuisse possessionem; vel forte ab aliquo effectu Besinger dictus est aliquis de antiquis. solemus enim percussionem violentam teutonica locutione besi nominare et illum, qui percussionem infert, besinger, sique ab aliqua memorabili percussione dicti sunt Besinger. Habet etiam locutio montanorum iuxta Veldkyrch, de qua Besinger sunt, quod pueri nominant sorores patrum et matrum suarum besi¹. et si aliquis puer forte nutritus, educatus, et bene provisus a sorore matris aut patris, ab ea nomen habere voluit et Besinger dici, nihil refert si dicatur his hoc nomen sic esse acquisitum.

W e s p a c h e r².

Weschbachensium³ familia insignis ultima quidem concepto ordine, sed de primis et supremis esse nemo dubitet nobilitate, divitiis, vetustate et honestate. In hac autem descriptione civium ultimo loco ponuntur ea ratione, quia dum iam præcedentes descripsisset, fuerunt nuptiæ celebratae Ulmæ unius de Weschbach, qui ibi residentiam habere disposuerat; et propter hoc, quia iam ultimi fuerunt habitatione, facti sunt ultimi descriptione: quia qui tarde venit, male sedet. Hæc familia antiqua et nobilis iudicatur ex eo, quia hodie existunt ruinæ castri in villa Weschbach, in quo olim dominabantur, sed pulsi bellorum infortuniis Ulmam devenerunt, ibi civibus nobilibus iuncti ad tempus degerunt. Deinde domicilia in Memmingen reduxerunt, oppidum hoc divitiis et personis ornantes. Postremo autem de hac familia venit Ulmam singulare suppositum, insignis vir magister Johannes, doctor utriusque iuris, qui ibi ex nobilioribus uxore accepta conatur egregiam suam in Ulma resuscitare stirpem. Dicitur autem hæc familia Weschbach a castro Weschbach et villa, quam præterfluit rivus eam lavans et rigans, a quo nomen Weschbach tam habitationis quam possessorum est assumptum. Amissa autem habitatione ad*

1 Besi (Baß) Bess. 2 De Wespachensibus Gok. Bess. De Weschbachensibus Mon. 2. 3 Wespachensem Gok. Weschbachensem Wibl. Schad. Kl. Schmid. Mon. 2. Wespach, weiler im bayr. landgericht Otto-beuren.

hæsit familia hæc nobilibus de Stadiona et aliis in armis serviens, et post hoc in vitam civitatensium migravit, in qua usque hodie degit prospera et felix.

Hæ sunt præsentes genealogiae civium Ulmensium tertii ordinis, quarum aliquæ de se ab antiquo sunt nobiles, aliquæ vero ex eis nobilitatæ. Fateor enim unam familiam alia esse nobiliorem et antiquiorem, sed mei iuris non est hoc definire. Porro in hac conditione omnes prænominatae familie conve-niunt, quod ex ea, quæcunque sit illa, potest eligi magister civium si inventus fuerit vir prudens, pacificus et bonus, nec subsunt magistris zunftarum, et certis præ aliis prærogativis gaudent ut ex superioribus diffuse patet, nec esse possunt magistri zunftaruni. Et tantum de illis.

Cap. 4.

Ordo civium quartus¹.

Quartus ordo civium civitatis ulmensis constat ex honorabilibus et antiquis familiis, in quo ordine sunt plures familie æque nobiles ut priores, aliquæ nobiliores aliquibus prænominationis in tertio ordine, sicut etiam æque prudentes, divites felicesque in eo ordine reperiuntur. In hoc tamen differunt a tertiiis, quia zunftales sunt, nec privilegiis tertiorum gaudent, sint quantumcunque nobiles, prudentes, divites, favorem hominum habentes. Et quamvis magistri civium regulariter fieri non possint, cum sint zunftales, ad omnia tamen publica honorum officia assumuntur, possuntque esse zunftarum magistri, consules, iudices, datiarum et censuum communium ratiocinatores², comitatum et dominiorum præfecti, unitores, quintini et operum civitatis architectores³. De hoc ordine sunt plures familie nec mercantiis nec mechanicis vacantes, sed ut veri

*

1 De honorabilibus et modestis civibus Ulmensibus. Von der guten gemein. Gok., dazu am rande: IV ordo civ. Ulm NB. Die von der erbarkeit, oder erbare geschlechter sunt Patricii Gok. unter dem titel im text. Ebenso Bess., welcher beifügt: de quo titulo fuse egli in meo msc. 2 Stewrherrn, Stättrechner Bess. am rande. 3 Bawherren Bess. am rande.

nobiles ex antiquis derelictis divitiis glorianter vivunt. Quidam vero in eo ordine sunt mercatores, quidam minoribus negotiis insistunt. De omnibus familiis illius ordinis singulariter dicere esset nimis longum, quia sunt multæ. Ideo tantum aliquas nominabo, quæ quasi æquipollent tertii.

De quibusdam familiis¹ (quarti ordinis).

Ulmer².

Ulmerensium³ familia dicta Ulmer communi relatione vetustissima esse prædicatur, a qua etiam vicus quidam dicitur vicus Ulmerensium⁴. Sed quomodo hæc familia adepta sit nomen civitatis ulmensis, diversi diversa opinantur. Quidam dicunt, Ulmerenses primos fuisse villæ ulmensis habitatores. Alii dicunt, eos habuisse olim regimen oppidi, et quasi domini ipsius reputati, Ulmerque idcirco nuncupatos. Alii dicunt, quod olim emigraverunt ab Ulma ad alia loca, et in alienis locis nomen suæ civitatis obtinuerunt perduto suo nomine, sicut communiter contingit, quando aliquis de loco ad locum se transfert, quod nomine prioris loci vocatur vel nomine suæ gentis aut terræ; dum aufem longo tempore extra Ulmam degissent et ditati fuissent, demum Ulmam redierunt cum multa substantia, et in tertium ordinem civium venerunt habiti inter primos optimates. Post hoc orta fuit gravis seditio in civitate, in qua ordo politiæ pæne dissolutus est, et multi divites pauperes facti et e contrario. Inter hos non parum Ulmerenses diminuti sunt. Itaque cessante quassatione in zunftalium societatem descenderunt, in qua hodie sunt honesti et honorati. Nonnulli æstiment, eos in Ulma Ulmerenses nominatos antiquitus propter fidelem reipublicæ intentionem. Nam illos homines consueverunt nominare nominibus civitatum aut locorum, ad quæ eos magnum affectum habere intelligunt. Vidi etiam in aliis locis huius nominis Ulmer homines divites inter nobiles

*

1 De quibusdam familiis Schad. Schmid. Kl. Wibl. Mon. 2. 2 De honorabilibus quibusdam familiis Vlmensium in specie. Gok. Bess. 3 Vlmerensibus Gok. Bess. Vlmer, vel de Vlmerensibus omitt. Mon. 2. Vlmer hat Schad. Schmid. Wibl. Kl. 4 noch heute Ulmergasse.

connumeratos. Nam in Diesenhofen¹ erat tempore iuventutis meæ vir prædives Ulricus Ulmer nomine, socius nobilium, cuius uxor auro fulgens mihi adhuc puero stupori erat; unde autem ortus fuerit Ulmer iste ignoro. De nostris vero Ulmerensibus ambiguitas nulla est, quin Ulma longe ante ævum nostrum eos produxerit ex vetusta et honorabili stirpe. Consonum enim rationi est, eos aliquando nomen aliud habuisse, et in constitutione civitatis Ulmensis cum aliis nobilibus adventasse, et propter hoc nomine suo perduto, nomen a civitate hereditasse. Antiquitati eorum attestantur libri vetustissimi censuum civitatis Ulmensis et vicus ab eis nominatus. nam in eo loco prope murum civitatis in ampliatione curiam ædificaverunt latam et spatiösani, et dicebatur curia Ulmerensium: vicus vera a curia protensus idem nomen sortitus est usque in hunc diem. Quomodo autem in zunftalium ordinem descenderint, dicunt aliqui, quod quondam unus Ulmerensis unum alium nobilem civem Ulmensem, cui inimicabatur, interemit in contentione, amici autem interempti contra Ulmerensium familiam insurrexerunt, eamque conabantur extingere vel suppressimere, quapropter familia hæc dorsum sibi quærens zunftæ lanificum sociata fuit, quia tunc temporis lanifices, vulgariter marner², magni et potentes erant in Ulma, et quem ipsi lanifices fovebant, nullus contra eum ausus fuit stare. Alii dicunt, quod propter defectum rerum temporalium, ut supra dictum est, statum civium ducere non valentes, abdicaverunt alta, et negotiationibus vacabant zunftalium connumerati inter eos.

Gregken³.

Greggensium familia Ulmensium antiquæ nobilitatis insignis Ulmam longe ante nostra tempora de Franconia a Kochadorff⁴, Cogani villa, adventavit, ubi civili dedita vitæ

*

1 Dyesenhofen Mon. 2. Schad. Diesenhofen Wibl. Gok. Bess. Diet-senhofen Schmid. Diessenhofen Kl. 2 vulgo Marner Schmid. Wibl. Gok. vulgariter Marner Bess. vulgariter Mariner Mon. 2. 3 Grecken Kl. De Greggensibus Mon. 2. De Greggensibus von Kochadorff Gok. Bess. 4 Marktflecken unterhalb Heilbronn, an der mündung des Kochers in den Neckar. Kochadorff Mon. 2. Gok. Bess. Kochendorff Schad. Wibl. Kl. Kochdorff Schmid. Cogani fehlt bei Schad. Kl. Wibl. Schmid.

continuo et longo temporis successu in oblivionem venit ortus, conditio et adventus Greggensium, ita ut, nisi paucis antiquis illius familie innotesceret, obscure unde essent. Porro superioribus annis nobiles de Kochadorff, perscrutatis casu archivis secretioribus sui castri, invenerunt vetustissimas litteras sui originis, et quomodo dicti sint Greggi de Kochadorff, et qualiter olim divisi una pars Ulmam devenerit, ibique mutata conditione solum sub nomine Greggensium inter cives degerit. Post inventionem igitur illarum litterarum quidam de Kochadorff Ulmam venerunt quærentes Greggos, quibus inventis eos amicos suos et consanguineos appellarunt, testimonia ostendentes, quæ non solum ipsi Greggi sed illustres comites de Helfenstein et de Kyrchberg viderunt, et instrumentum testimoniale cum appensis sigillis confici desuper fecerunt, quod generosus pater et dominus dominus Johannes de Werdenberg episcopus Augustensis vidimavit, procurantibus his omnibus Greggensibus de Ulma, quia ex quo non erant de numero tertiorum, sed zunftales, æstimabant multi eos esse minus nobiles et obscurioris generationis. Quare autem dicti nobiles de Kochadorff nominentur Greggi et quomodo nostri Greggi Ulmam venerunt, breviter videamus. Greggus, hoc nomen per se possum non est teutonicum nec latinum et credo in nulla lingua usitatum ad significandum, nisi in nostra est nomen proprium prædictorum nobilium; iam olim autem in principio, antequam vulgaris ruditas nomen truncasset et corrupisset, dicebantur dicti nobiles domini Græci de Kochadorff, et non Greggi, quia de Græcia cum Francione nepote Priami post Troiae eversionem creduntur educti in Franciam orientalem, quam nos Franconiam dicimus. Omnis enim Europæ nobilitas de Græcia emanavit. Dicti ergo nobiles in sortem suæ habitationis Kochadorff villam Cogani¹ fluminis in Franconia possederunt, et nomen suæ gentis cum nomine habitationis retinuerunt, dicebanturque domini Græci de Kochadorff, quos vulgus Greggos de Kochadorff nominare cœpit, sicque hoc nomen mansit usque nunc. Multo autem revoluto tempore militabant dicti Greggi sub palatino Rheni. a quibus aliqui Ulmam devenien-

*

1 Cogani Kl. Sch. Eh. Cogavi Wibl. (soll das nicht Cogari heissen?)

tes in urbis illius constitutione donum in ea sibi munitam ædificaverunt, quæ hodie dicitur uff der Vesti, iuxta prætorium et cancellarium civitatis, in quo loco nunc est domus lignea et hospitium publicum¹. Tandem autem infortunio tacti deficere in substantia ceperunt, unde negotiationibus animudantes necessaria sibi conquærebant. Necdum erat in civitate Ulmensi civitas illa quæ hodie est, sed quilibet negotiator inter maiores reputabatur. Posito autem illius politiæ ordine placuit Greggis in zunftalium numero manere, ut liberius suis possent vacare negotiis. Porro post temporis decursum cum iterum divitias aggregassent et incliti facti essent, in tertiorum ordinem ascendere conabantur, sed non poterant, quia iam cautum erat, ne quis zunftalis in eum assumeretur ordinem. Unde cum apud cives instantia eorum nihil proficeret, imperatoris Friderici tertii imploraverunt auxilium, et multis habitis expensis in utraque parte, manserunt Greggi illi zunftales et hodie sunt, divitiis officiis et honoribus florentes, inter quos valde maturos et prudentes vidimus viros. De quibus erant magistri zunftarum, iudices, consules, comitatuum præfecti, unitores, quintini, civitatis ratiocinatores etc.

Renzen².

Renzensium³ familia adeo honesta, ut semper habiti sint tertiorum et nobilium socii eisque connubiis iuncti non obstante zunftalitate. Hi ad differentiam nobilium aliorum eiusdem nominis stemma habent satis egregium. Clypeus enim eorum campum aut superficiem habet argenteam in qua panthera rubea videtur, irascens, erecta, extensis ad lacerandum unguibus, et hianti ore nudum hominem videtur devorasse, qui ut alter Jonas de ventre bestiæ exsurgens in fauces ascendit, manumque nudam cum brachio per serratum os quasi

*

1 Hospitium hoc Senatus Reip. Vlm. emit d. 15 Juli 1668 pro flor. 3150. Gok. am rande. Bess. ebenso, von der gleichen hand wie das ganze manuscript. Das güßchen hinter dem rathause heißt heute noch das vestgäschchen, und da war auch in alten zeiten der »herrenkeller«, ein hospitium publicum, öffentliches wirtshaus. 2 Rentzen Schad. Wibl. Kl. Schmid. De Renzensibus Gok. Bess. De Rentzensibus Mon. 2. 3 Rentzium Mon. 2.

petens auxilium extendit. Ex illis Renzis vidimus in Ulma iudices, consules et comitatuum præfectos et in armis nobilibus servientes. Sunt autem præter hos Renzos multi illius nominis infimæ conditionis in Ulma et in aliis Sueviæ locis. Causa autem una est, quod hoc nomen est diversis attributum, quia Fridericus huius nominis secundus imperator filium habuit Renz¹ nomine, virum bellicosissimum, qui contra Lombardos et Italos et Siculos multa gravia commisit bella; unde omnes de suo exercitu dicebantur Renzi, ex quo hoc nomen apud plures mansit tanquam proprium, præsertim in Suevia, quia exercitum de Suevia in prædictas regiones eduxerat. Alia causa multiplicationis illius nominis est. nam eo tempore quo Clemens papa Avinione resedit, erat Romæ quidam publicus scriba, vir magnanimus, qui collectis Romanis eis promisit, si sequi vellent, reformationem et reductionem monarchiæ in Romanam urbem. Dicebatur autem vir ille Rentius², quia erat de familia nobili Rentiorum. Cum collecto ergo exercitu desævit in officiales et præfectos positos a papa, magnamque interermit multitudinem, et aliam politiam ponere conabatur senatusque restituere. Omnes ergo illius exercitus armati dicti sunt a capitaneo eorum Rentii, inter quos erant multi Alemani et præcipue Suevi, qui de Italia nomen in suas detulerunt regiones. Insuper tertia causa est. nam dum Ludwicus Bavarus sœviret in ecclesiam et multoties esset excommunicatus, schismaticus et hæreticus denunciatus, et tamen contra papam et ecclesiam se imperatorem gereret, per papam depositus fuit, et Karolus quartus fuit contra eum electus in villa quæ dicitur Renz³, et propter hoc omnes ei adhærentes dicebantur Renzii, et his de causis adhæsit hoc nomen aliquibus nobilibus et ignobilibus, divitibus et pauperibus, magnis et parvis.

Bitterlin⁴.

Bitterlinensium familia semper nobilium consors, plurima honestate pollens, Ulmam ab antiquo et forte a principio sua

*

1 Ist vielleicht Enzius gemeint? 2 Renzius Kl. Rentzius Bess. (Cola Rienzi, Nicolaus Laurentius ist gemeint.) 3 Rense, am Rhein oberh. Coblenz. 4 De Bitterlinensibus Mon. 2. Gok. Bess.

decoravit maturitate. Adeo autem hæc familia reputata est nobilis, quamvis sit zunftalis, ut optimatibus et maioribus natu connubiis iuncta multipliciter inveniatur. In curiis etiam principum militiae vacantes inter nobiles servos non minores reputati sunt. Unde dum in quodam agonali ludo quidam ex hac familia armatus incederet et stemmate suo ornatus inter nobiles luderet, invasit eum quidam nobilis increpans, cur arma suæ progeniei propria ferre præsumeret. Qui dum diceret arma illa suæ familiæ esse propria, deducta est causa ad tribunal Cæsaris, qui istam mutationem fecit, ut nobilis ferret capram cornutam, Bitterli vero capram in eisdem coloribus sine cornibus. Unde autem hoc nomen Bitterli illi familiæ advenerit, non audivi. Sed quia diminutivum sonans parvum amarum, opinor in aliqua generatione olim fuisse vel puerum seriosum aut homuncionem parvum potentem et rigidum, quem vulgus bitterli nominare consuevit. De his Bitterlinensibus vidimus ævo nostro magistros zunftarum, iudices, consules, unitores, ratiocinatores, quintinos, magistrum curiæ hospitalis, et maturos viros qui etiam mittebantur a consulatu ad imperatores, ad reges principes et ad diætas, tum propter prudentiam tum etiam propter personarum venerabilem adspectum.

Öttinger¹.

Öttingensium² familia dignitate florens, semper in Ulma optimatibus iuncta et amica [fuit]. Hanc nonnulli suspicantur olim ex Rhætia Ulmam venisse, ex nomine sumentes occasionem, quasi ideo Oetten dicerentur quia de Oettingen³ oppido essent. Hoc tamen an verum sit, nullo evidenti testimonio probari potest, quia antiquitas illius familiæ, qua Ulmam inhabitavit, tulit originis memoriani certam. De hac familia vidimus annis ante actis in Ulma iudices, consules, præfectos terrarum Ulmensium, et prædicatorum tutores, nunquam autem mechanicos.

*

1 Ötingen Schad. Kl. Ottingen Schmid. Wibl. De Oetingensibus Mon. 2. De Ötingensibus. Otten Gok. Bess. 2 Oettingensium Schad. Mon. 2. Kl. Oettingensium Wibl. Ottengensium Schmid. Otingensium Gok. Bess. 3 Das städtchen am Inn ist wohl gemeint, nicht Öttingen an der Wernitz.

Wissen¹.

Wissensium² familia Ulmensis antiqua olim felicia fata habens divitiis et honoribus famata erat. Ex hac ævo nostro Sigismundus imperator creavit auratum militem Petrum Wiss, tunc hospitem principum Ulmam declinantem in domo coronæ³. Hic Petrus erat vir singularis fortunæ, rationabilis, prudens, dives, facundus et totus curialis. Filios plures habuit, qui post obitum genitoris etiam a fortuna derelicti in diversa agitati sunt; de quibus unus optimam partem eligens, ordinem prædicatorum ingressus, sectator bonorum operum factus usque hodie apud nos perdurat confrater et pater Melchior Wiss, paulatimque senio marcescens sidereas anhelat ad sedes.

Porro præter prænominatas in illo ordine familias sunt adhuc plures, quorum omnium nec nomina mihi nota sunt; aliquas vero nosco, ut sunt Rüching, Ritter, Linsen, Falben, Weckerlin, Gienger⁴ et ceteri multi. Ad hunc enim ordinem computo omnes illos, qui cum civibus præcedentis ordinis con-nubia inierunt, etiamsi sint vel fuerint mechanici, ut sunt Giengerenses, qui antiquitus molitores fuerunt, iam vero in tantum profecerunt, ut sint generales et abundantes et famosissimi negociatores, quorum filii optimatum et maiorum natu filiabus matrimonio iunguntur.

Cap. 5.

De quinto ordine civium Ulmensium, negotiatorum⁵.

Quintus ordo civium civitatis Ulmensis ex negotiatoribus

*

1 Wissen Schad. Kl. Schmid. Wibl. De familia Wissensium Mon. 2. De familia Wissensium. Weissen Gok. Bess. 2 Wisensium Mon. 2. 3 Cron-würt zum ritter geschlagen Besser. am rande. 4 Rüching Mon. 2. Schad. Kl. Schmid. Gok. Bess. Ruchingen Wibl. Ritter Schad. Schmid. Wibl. Gok. Kl. Bess. Rutter Mon. 2. Linsen Schad. Schmid. Gok. Kl. Linsi Mon. 2. Linssen Wibl. Falben haben alle. Weckerlin Schad. Schmid. Gok. Kl. Bess. Weckerli Mon. 2. Weckherlen Wibl. Gienger haben alle. 5 negotiatorum (sicilicet) Schad. (non Kl.) De Negotiatoribus Gok. derselbe am rande: V ordo ciuium Vlmens. Ebenso Bess.

constitutus habetur, ordo utique insignis et quasi centralis, ad quem omnes paene præcedentes et sequentes respectum et participationem quandam habent. Et cum omnibus vice versa participat, in nobilitate, divitiis cum superioribus, in laboribus vero et angustiis cum inferioribus; et dum aliquis de secundo, tertio aut quarto ordinibus deficere incipit, mox in hunc quintum ordinem descendit, ut resipiscat; et si quis de sequentibus ordinibus proficit, in hunc statim ordinem se sursum tollit ut magis proficiat. sicque socios habent mercatores supremos et infimos, et nonnunquam cum eis optimates participationem in lucro habere procurant. Hi negotiatores civitatem Ulmensem ab intra ornant, ab extra vero ipsam formosam reddunt. nunquam enim ad tantas devenisset divitias nec tantum acquisivisset nomen et famam, nisi mercatores id egissent. Ideo olim negotiatores veri, qui magnis mercibus operam dabant, dum ditati fuerunt, tanquam emeriti habitu admittebantur in ordinem tertiorum civium nobilium, dummodo divitiis et prudentia essent valentes. Negotiatores quandam Tyrum civitatem reddiderunt famosissimam, ut sacra dicit scriptura Ezechiel 26 et duobus capitulis sequentibus. Sic hodie Alexandria et Chayrus¹ Egypti civitates; Damascus, Berutum, Tripolis, Syriae urbes; Famagusta, Nicosia² Cypri; Constantinopolis, Capsa³ Græciæ; Venetiæ, Jenua⁴ Italiæ; Gebennis⁵, Lugdunum Galliæ universis notæ factæ [sunt] per negotiatores. Eodem modo Coloniam, Franckfordiam, Nürembergam, Augustam et Ulmam nemo plus quam negociatores diffamant. Habet enim Franconia Nürembergam tanquam suum fonticum⁶, Bavaria Augustam, Suevia autem nostram habet Ulmam mercibus notis et peregrinis refertam, industriosissimis negotiatoribus plenam, quorum sagacitate tota fere Suevia optatis fruitur mercibus. Ulma ut dixi

*

1 Chayrus Aegypti Schad. Kl. Cayrus Aegypti Schmid. Wibl. Cairus Aegypti Gok. Chairus Aegypti Bess. 2 Nichosia Schad. Schmid. Wibl. Gok. 3 Capsa Schad. Schmid. Wibl. Kl. Capha Mon. 2. Capfa Gok. Bess. Auf der insel Cerigo die bedeutende handelsstadt Capsali. 4 Jenua Italiæ Mon. 2. Jenua Italiæ Schad. Kl. Genoua Italiæ Schmid. Wibl. Genua Italiæ Gok. Bess. 5 Gebennis haben alle; vielleicht für Geneva. 6 Was ist fonticum? Wohl das italienische fondaco, Kaufhaus; in Venedig ist bekannt il fondaco dei Tedeschi.

ad tantum sublimata est culmen mercatorum sudoribus, nec hodie subsistere posset absque negotiatorum sollicitudine. Nam cives illi de quatuor præfatis ordinibus et isti de duobus sequentibus non possent commode adire terras ad emendas res, quibus quilibet pro suo statu eget, nec industriam nec peritiam ad hoc habent. Clericis enim et ecclesiasticis personis mercari non licet, nobilibus et militibus non convenit, optimatibus et tertii ordinis civibus non expedit, mechanicis et aliis non vacat: ideo reipublicæ necessarii sunt mercatores, quorum notabilis numerus est in communitate ulmensi, inter quos sunt familiae multæ non minus honorabiles et claræ, quam præfatæ in quarto ordine; ut est familia antiqua dicta Slicher (Schleicher)¹, quæ quondam ruralibus dedita in villa Sweickhofen² ante Ulmam sudabat, translata autem in urbem villa cum domibus et hominibus ad civiles operationes se extendit et in divitem honorabilem felicemque familiam evasit, in qua ævo nostro non solum mercatores felices vidimus, sed egregios doctores et plebanum Ulmensem theologum. Sic et familiae Hunstetter, Rottengatter, Kamerstein, Gussgustat, Wirtenberger, Liebhart, Hutzen, Lüpen, Schricher, Stremphlin, Bremen, Nachbur, Offemer, Rüll, Griesinger, Kobolt, Weikman, Gerst, Ritzman, Leschabrand³,

*

1 Slicher Mon. 1. Schleicher Schad. Schmid. Wibl. Gok. Kl. Schlicher (Schleicher) Bess. 2 Sweickenhofen Mon. 2. Schweickhofen Schad. Schmid. Wibl. Gok. Bess. 3 Hünstetter Schad. Kl. Bess. Günstetter Gok. 2. Rottengartter Mon. 2. Kamenerstein Wibl. Gussgustatt (?) Schad. Gustgustat Mon. 2. Schmid. Gok. Bess. Gustgustatt Wibl. Kl. Wirtenberger Mon. 2. Wirtenberg Sch. Kl. Bess. Wurtenberg Wibl. Liebhard Gok. Bess. Hutzen Mon. 2 Schad. Kl. Schmid. Wibl. Hugen Gok. Bess. Lupi Mon. 2. Lupin Schad. Schmid. Kl. Lüpen Gok. Bess. Luxen Wibl. Schricher Mon. 2. Sch. Kl. Bess. Schriher Wibl. Stremphli Mon. 2. Stremphlin Sch. Kl. Stremphlen Wibl. Stümpfflin Wibl. Bess. Bermen Schad. Kl. Berner Schmid. Wibl. Bremen Bess. Mon. 2. Nachbaur Schad. Schmid. Wibl. Nachbawr Kl. Offmer Mon. 2. Offemer Sch. Kl. Offener Gok. Bess. Nüll (?) Wibl. Züll Gok. Bess. Rull Kl. Grissinger Schad. Schmid. Wibl. Gok. Kl. Bess. Koboldt Wibl. Wichman Mon. 2. Wickmann Wibl. Weickman Gok. Wilkman Kl. Wickman Bess. Nüzman (?) Wibl. Leschenbrandt Schad. Schmid. Kl. Löschenbrandt Mon. 2. Löschenbrandt Gok. Bess. Löschenbrandt Wibl.

Krafft uff der braiti¹, Tailfinger², Widersatz³, et ceteri multi, qui memoriae non occurunt, vel quorum nomina ignoro. De his familiis sunt nonnulli magistri zunftarum, indices, consules, senatores, unitores, quintini, et civitatis secretarii et honorabilibus officiis clari.

Cap. 6.

De sexto ordine civium in Ulma, de mechanicis⁴.

Sextus ordo civium in urbe Ulmensi est constitutus ex varietate mechanicorum, de quorum multitudine et varietate dicere paene nihil scio in singulari, oppressus mole tantæ multitudinis, nec est necesse exponere, quomodo hic ordo rempublicam conservat et restaurat, cum id quilibet in se et in sua domo sensibiliter percipiat. Tollantur mechanici, ubi sunt domus, habitacula, vestes et tegumenta? ubi omnia homini necessaria instrumenta? Tanto autem studio mechanici operantur res suas in Ulma, ut artificialia Ulmensium sint undique cariora et pretiosiora, quia nullus magister alicuius artis efficitur, nisi rigidissimo examine sit probatus. In isto ordine sunt multæ vetustissimæ progenies et multæ divitiis ac honoriibus felices: finale enim refugium omnium est in hunc ordinem, qui enim clericari⁵ non valet et in armis esse non habet, nec inter cives morari, nec negotiis insistere potest, ad hunc se confert ordinem, et cui nec nobilitas nec potentia nec negotiatio suffragatur, in illo ordine invenit adiutorium. Clerici enim quibus de iure communi bellare non licet nec arma ferre, nec communitates in secularibus negotiis regere, nec mercari aut negotiari, possunt aliquod honestum artificium exercere et sine indigentia (ut patet de consequ. dig. 5 capitulo nunquam, et dig. 51 per totum, et in spec. de clericorum conjugatione

*

1 krafft vff der Braiten Gok. Bess. kr. vff der braitten Schad. Kl. kr. vf der braitten Wibl. kr. vff der breitten Schmid. kr. vff der braiti Mon. 2. 2 Thalfinger Gok. Bess. Talfinger Schad. Schmid. Wibl. Kl. Tailfinger Mon. 2. 3 Wiedersaz Wibl. 4 De Mechanicis. Gok. Bess.; dieselben haben am rande: VI ordo ciu. Vlm. 5 claricari Mon. 2. Gok. Bess.

11 coll.¹), sed non negotiari (1 Thess. 2². nemo militans domino implicet se negotiis secularibus³; et declaratur in cap. multa extr. de cler. vel monach. et cap. fin. de vita et honestate cler. 13 § 4⁴). Ex quibus patet illius ordinis sexti communitas et necessitas. De his singularius patebit in zunftarum nominatione.

Cap. 7.

De habitatoribus in Ulma qui non sunt de corpore civitatis⁵.

Septimus et ultimus ordo inhabitantium Ulmam est cohabitantium⁶ omnibus prædictis qui non sunt de corpore civitatis nec cives, sed solum cohabitans sub quibusdam pactis, liberique sunt ab oneribus civium et zunftarum, dummodo faciant, quod in pactis eorum continetur, et dicuntur concomitativi, quorum grandis est numerus, inter quos nobiles, divites, ignobiles et pauperes degunt.

Ad illum ordinem reduci possunt Judæi qui potenter Ulnam inhabitant, quos Ulmenses tolerant, sicut et ecclesia eos tolerat in testimonium fidei christianæ (45 dig. qui sincera. Paulus de Castro consil. 378⁷). Vivunt autem Judæi

*

1 vt patet de conse. di. 5 c. nunquam et dis 51 per totum et in spe. de cle. coniuga. 11 col. Mon. 2. vt de conse. di. h. ca. nunquam et dist. 51 per totum et in spe. de cle. coniuga. 11 coll. Schad. Kl. vt de conse. dig. habetur cap. nunquam et dist. 51 per totum, et in Spec. de cler. coniug. 11 coll. Schmid. Wibl. sine indigentia per canonem . . (lücke) . . Gok. Bess. 2 1 thy. 2. Mon. 2. 1 Thi. 2. Sch. 1 Thim. 2. Kl. Wibl. 1 Thessal. 2. v. 9 Bess. 3 Nach secularibus lässt Gok. alles übrige weg bis ans ende dieses kapitels. 4 in c. multa ex. ne cle vel mo. et c. fi. de vita et honesta. cle. 12 q. 4. Mon. 2. in c. multa extra. de cler. vel mo. et c. fin. de vita et ho. cle. 13 q. 4. Schad. Kl. in cap. multa extr. de cler. vel monach. et cap. fin. de vita et hon. cler. 13 q. 4. Schmid. Wibl. 5 De habitatoribus qui non sunt de corpore civitatis Gok., und am rande: VII ordo ciu. Vlm. Itid. Bess. 6 cohabitantium [Außburger, Beysitzer] Gok. Bess. 7 45 di. qui sincera pau de co cōsi 378 Mon. 2. 45 di. qui sincera Paulus de Castro cons. 378 Schad. Kl. 45 dist. qui sincera Paulus de Castro cons. 378 Schmid. Wibl. Paulus de Castro c. 378 Gok. Bess. (Vor diesen worten ist bei Gok. u. Bess. eine lücke, nach dem wort christianæ.)

et ligantur iure communi, et gaudent privilegiis civitatis, in qua habitant vel nati sunt. (Joannes de Bombellis consil. venditio introitus commercii¹, et in consilio Christi nomine² amen.) Antiqua Ulmensium statuta continent, quod tantum tres deberent ibi esse Judæi cum signatis servis, et Judæus hospes ultra tres dies in civitate manens omni die solvere tenetur unum florenum.

Sic ergo patet de septem differentiis habitatorum civitatis Ulmensis.

*

1 consi. venditio introitus commercii 112 Mon. 2. cons. venditio introitus commercii 2 Schad. Kl cons. venditio introitus commercii Schmid. Wibl. cons. . . (lücke) . . Gok. Bess. 2 dei nomine Mon. 2.

Principale V.

De politia et regimine civitatis Ulmensis et de bono eius ordine¹.

Quintum principale promissum supra de civitate Ulmensi est de politia et ordinato regimine eius, sine quo respublica Ulmensis de tam parva scintilla in tantam flamمام non succrevisset. Pro quo considerandum quod civitas Ulmensis triplicem statum habuit et in quolibet aliis et aliis municipalibus gubernata et recta fuit.

Primus status eius fuit ante Karolum magnum qui regnabit ao. Dni 805 vel circa, sunt iam anni septingenti. Quibus autem legibus et quali civilitate Ulma ante 700 annos recta fuerit, nobis ignotum est, sicut et ignoramus qui tunc cives et rectores in ea fuerint. Hoc tamen patentibus instrumentis Karoli magni et primi huius nominis imperatoris monstrari potest, Ulmam tunc fuisse villam egregiam et insigne oppidum. Non enim Karolus ille magnificus nominasset in littera donationis Ulmam villam suam regalem, nisi excellentia quadam et bono regimine informata fuisse; quod tamen regimen ad nostras non devenit manus, sicut nec antiquiora regimina quae ante Karolum magnum fuerunt. Dicunt enim Ulmam ante 700 annos municipium fuisse nobilium de Westerstetten et postea villulam dominorum baronum de Klingenberg, quae tamen nullo certo testimonio probari possunt ita se habuisse, nisi dicti barones et nobiles litteris ostendere possent², quod post donationem Karoli Ulma ipsis data sit vel impignorata fuerit

*

1 Quintum principale Mon. 2. Gok. Bess. am rande. 2 So alle.

ipsis a monachis Owiæ magnæ, quod tamen non legimus in litteris Ulmensium. Statum ergo primum et leges eius et civitatis Ulmensis politiam tanquam nimis remota a nobis iam dimittimus, et ad alia magis certa et manifesta nos convertamus.

Secundus status civitatis Ulmensis [fuit] post Karolum magnum et primum sub monachis Owiæ magnæ. Siquidem, ut ex præmissis sæpe patet, Karolus magnus imperator Ulmam abbati Owiæ donavit sub certis conditionibus, quarum una fuit ut imperator ibi suum haberet officiale, quem nominabant ministrum, vulgariter amman i. e. amptman, quem latine dicimus a commentariis, quod est nomen indeclinabile in utroque numero et sæpe habetur in biblia, et significat illos vel illum, qui scribebant leges vel qui ferebant regum iudicia. Ille ergo minister erat in Ulma sicut magister civium ex parte imperatoris. Præter hunc ministrum habuit abbas Owiæ in Ulma præfectum vel advocatum¹, qui ex statuto Karoli non debuit gravare civitatem ponendo in ea ultra 30 equites, nisi in abbatis expensis; abbas autem Ulmensibus tenebatur mittere trecentos lanceatos², quotiens requisitus ad hoc fuisset; eratque inter monachos Owiæ et civitatem Ulmensem dura et fortis colligatio per Karolum prædictum facta, ita quod imperator erat dominus superior civitatis, sed abbas erat immediatior et proximior utpote ad quem spectabat eius iurisdictio in spiritualibus et temporalibus, et cuius omnes erant proventus ecclesiastici et seculares, et institutiones officiorum ab eo pæne omnes dependebant a baculo præfecti et iudicis usque ad baculum pastoris pecorum, a custode portarum usque ad custodem thesaurorum. Fuit autem status ille ad tempus quietus et multos duravit annos, ab imperio scilicet Cæsarum Karoli primi usque ad Karolum quartum, inter quos fluxerunt plus quam 600 anni. Dum autem civitas Ulmensis iam ampliata esset et quotidie proficeret et cives inclyti ac potentes in dies fierent, quærebant occasionem, ut non legibus monachorum, sed imperatorum subessent. et inter hæc, ut supra dictum est³, fiebat in dies peior status et conditio monachorum in Ulma, et con-

*

1 S. Jäger Ulms verfassungsleben im mittelalter s. 35 ff. 2 300 Sperreutter Gok. am rande. 300 sperreiter Bess. ebenso. 3 S. 25.

tinue sine cessatione diminuebatur potestas abbatis, et debitibus ultra modum gravatus vendebat et impignorabat passim possessiones, curias, census, decimas, redditus, telonia et huiusmodi, quae omnia Ulmenses emebant et cum industria cooperabantur ad hoc, ut abbas cum monachis grandes in Ulma expensas haberet, quas ipsi pro eo solverent cum eius damno, et saepissime interpellabant et postulabant sibi ab abbate mitti praefatum lanceatorum numerum, qui Ulmae in gravissimis expensis abbatis erant, quamdiu civibus placuit. Sicque expensae in immensum creverunt usque ad tempora Ludwici Bavari, praetensi imperatoris, qui in praeiudicium¹ abbatis ad Ulmensium preces immutavit omnia municipalia civitatis per abbates lata, et fecit ibi eundem ordinem sicut in aliis imperialibus civitatibus erat, tribuens eis potestatem eligendi magistrum civium, iudices et senatum ponendi et suam communitatem in zunftas dividendi. Sicque anno dni 1346 stetit Ulma in suo ordine secundum regulas ab imperatore datas, non tamen adhuc erat absoluta a iurisdictione monachorum. Post Ludwicum vero Karolus quartus Ulmensibus confirmavit omnia quae in hac parte egerat Ludwicus, et plura addidit privilegia, nec audiebantur monachi in contrarium reclamantes; non tamen solvit Karolus colligationes abbatis Owiæ et civitatis Ulmensis, sed nexus remisit et languidam fortissimam ligaturam reliquit, mansitque res ita stare usque ad concilium Basileense. Tunc enim rex Romanorum Fridericus, iam imperator illius nominis tertius, dissolvit omnes colligationes, Ulmensesque a monachis absolvit et liberam civitatem imperiale esse fecit, data abbati pro suis iuribus ingenti pecuniarum copia².

Tertius status civitatis Ulmensis est a tempore sue redemptionis a monachis Owiæ magnæ usque ad nostra tempora, in quo statu optimis legibus gubernatur quasi ad modum divinæ et cœlestis curiæ, quæ unum habet principem et trinum Deum omnipotentem: sic et in politia Ulmensi est unus magister civium actu regens, et trinus, quia semper tres de optimatibus sibi in regimine succedunt; et sicut Christus 12 habuit apo-

*

1 in iudicium Schad. Kl. Woll. Gok. Schmid. Wibl. Bess.
fl. 24000 Gok. und Bess. am rande. Vergl. s. 27.

2

stolos et 72 discipulos, sic magister civium Ulmensis habet 12 iudices et 72 assessores et consules¹. Est igitur regimen Ulmense conforme satis tribus optimis regiminibus, de quibus Aristoteles 3 polit. tractat. In quantum enim est unus magister civium praefectus totius civitatis et communitatis, regimen regni dici potest; in quantum vero maiores quidam iudices et assessores cum eo regunt, regimen optimatum dici potest; in quantum autem de communi populo et omnibus zunftis aliqui in consilio sunt loco totius vulgi, et simul cum magistro civium et optimatibus reipublicæ provident, participat aliquid de politia populi. Principatus autem ex his tribus mixtus optimus a philosopho esse probatur ex eo, quia quilibet in communitate in principatu aliquam habet partem, et ideo ardentius rem publicanam amat et statuta diligentius servat, et sua propria in rei publicæ utilitatem liberius exponit. Dum enim communitas in zunftis eligit ex se ipsa consules et iudices et zunftarum magistros, et illi electi consequenter suo tempore eligunt magistrum civium, et ille omnes gubernat, resultat in communitate Ulensi suavissima regiminis harmonia. Habet ergo principatus Ulmensis unum magistrum civium de maioribus natu electum, in quem omnes respiciunt, qui tamen ita statutis certis coarctatus tenetur, ut quasi nihil possit praefectus nisi quod velit præficiens, duratque regimen tantum ad anni spatium, quo expirato non potest amplius, nisi post biennium ad magistratum assumi, in tertio autem anno, si placet communitati, reeligitur, sicut in plurimum contingit. Ideo communiter sunt tres qui sibi invicem succedunt, in quibus tribus residet omne negotium. Deficiente autem vel amoto uno de illis tribus, cum tempus advenerit, quo ad magistratum assumendus esset, alter de omnium consensu ei subrogatur. Solum autem, ut supra dictum est, assumitur magister civium de ordine tertiorum, qui nulli zunftæ est iuratus vel incorporatus, cuius causa supra ponitur. Et sicut magistratus civium manet immobilis in ordine tertiorum, sic magistratus zunftarum in ordinibus

*

1 Der kleine rat bestand aus 15 geschlechtern und 17 zunftgenossen und der große rat aus 10 geschlechtern und 30 zünftlern, zusammen 72. S. Jäger s. 270. Der richter oder schöffen waren 12. S. das s. 163.

zunftalium, quia quaelibet zunfta proprium habet magistrum. Habet autem ordo tertiorum solum magistrum civium sibi proprium, alias dignitates omnes et lucrosa ac laboriosa officia dividunt, quod aliqui de tertiis et aliqui de zunftis simul ea habent. Sic ergo in ordine civilitatis Ulmensis sunt magistri civium tres, quorum unus solus uno anno principatur. et iudices 12, consules [senatores] 72, magistri zunftarum 17 secundum numerum zunftarum.

De his eliguntur viri novem qui dicuntur nonarii¹, etiamsi sint plures quam novem, in quos quandoque totus compromittit consulatus, et multæ causæ eis a consulatu committuntur ne omnis senatus occupetur. Et isti nonarii sunt partim de optimatibus et partim de zunftalibus.

Insuper ex toto consulatu eliguntur quinque viri probati, quos nominare possumus quintinos vel quinquerios², duo ex optimatibus et tres ex zunftalibus, quorum auctoritas grandis est, et præcipue in repentinis casibus et urgentibus ac occultis, quando communis consulatus commode convocari non potest, vel quando rem non expedit ad multorum aures deducere. Et communiter unus de ipsis quinque est ille qui anno futuro erit magister civium. Sæpe ergo contingit quod mediis noctibus excitantur, et casum emergentem, si non capit moram, omnibus re requisitis³ tractant, portas civitatis aperiunt, nuncios intromittunt vel emittunt, armatos quandoque occulte congregant et emittunt, vel emissos revocant.

Sunt etiam aliqui ex consulibus unitores, ad quos causæ vagæ et contentiose deferuntur et si expedire et unire possunt, faciunt, si non, ad consulatum referunt.

Quamvis autem magistri civium, magistri zunftarum, iudices, consules, nonarii, quinquerii concludere et definire possunt ea, quæ municipalia concernunt, et statum civitatis civiumque respiciunt, non tamen illas causas decernunt, quæ respiciunt imperium, aut extraneas personas, aut etiam ipsam

*

1 Die neiner. munus hoc non amplius in vsu Gok. und Bess. am rande. 2 V. Gehaime am rande Gok. V Geheime am rande Bess. vel quinquerii Mon. 2. vel quinterios Gok. Bess. vel quinquerios Woll. Diese zweite benennung fehlt bei Schad. Schmid. Wibl. Kl. 3 omnibus irrequisitis Sch. Kl. Wibl. Gok. Bess. Woll. Schm. 4 Ainunger Bess. am rande.

Ulmam, prout est civitas imperii; de talibus enim deliberant et quid faciendum sit, votis exprimunt, non tamen sententiant, sed a commentariis aut balivus¹ aut minister, quem vulgariter amman² nominant, qui officialis imperatoris est, audita causa et intentione civium sententiam fert ultimo, et si desuper sunt litteræ conficiendæ, ipse suo munit eas sigillo. Hic minister non est de corpore civium. Olim autem erat officium alicuius illustris nobilis, quia honorificentissimum erat et sumмum in civitate ante Karoluin quartum: sed post eum, mutato statu, et instituto magistratu, non magni ponderis est. Unde hodie cives ulmenses eligunt virum aliquem ad hoc officium industrium et sibi placitum, in cuius absentia bacellum iudicij tradunt, cui volunt.

Sed et protonotarium³ habent semper consules secum, qui de numero consulum non est, omnia tamen acta et iudicata consignat ad imperium consulum, habetque grande a civitate stipendum, et est provisor cancellariæ dominorum Ulmensium, et habet plures subnotarios, scriptores et servos. Est enim cancellaria Ulmensium ad modum regalium cancelliarum; in qua casus varii et magni omni momento occurrent, propter quod habet cursum et strepitum continuum. Unde iuvenes honestorum hominum, qui ad huiusmodi aptandi sunt, a longinquo Ulmam mittuntur in cancellariam, ut ibi quasi in universitate studeant et proficiant, et qui ibi imbuti sunt, in aliis civitatibus probati protonotarii habentur. Modernus protonotarius est dominus Caspar Swertfer⁴, vir ingeniosus, promptus et laboriosus, probus et personatus, qui multos edocet iuvenes et viros expertos nutrit in laboriosa illa cancellaria.

Sunt etiam alii electi a consulatu civitatis thesaurarii, quos nominant ratiocinatores⁵, quia recipiunt omnem pecuniam rei-

*

1 balivus Schad. Gok. Schmid. Wibl. Kl. balinus Mon. 2. Woll. balivus aut magister. Woll. 2 Statt Awmans Ampt Gok. am rande. Statt Ammanß A. Bess. am rande. 3 Stattschreiber Gok. et Bess. am rande. prothonotarium Mon. 2. Schad. Schmid. Wibl. Gok. Kl. Bess. 4 Swertfer Mon. 2. Gok. Bess. Schwertzfer (über dem z ein f) Schad. Schwertzer Schmid. Wibl. Kl. Schwertfeger Woll. 5 Stättrechner oder Stewrherren Bess. Gok. am rande. racionatores Mon. 2. Ratiocinatores Gok. Bess.

publicæ et datiis sive stūris, teloneis, censibus, angariis et punitionibus provenientem, et de ea rationem reddunt magistro stūrarum sive datiarum, ad cuius manum multa civitatis pecunia offertur, qui supra dictis rationem reddit; siveque grandis cura et labor illis dominis incumbit tam in recipiendo quam in exponendo et singula conscribendo. Hi thesaurarii suo tempore pedes¹ vadunt per totam civitatem, conscribentes vicos cum domibus omnibus et cum familiis per domos et familiarum personas singulas, ut sciant, quam contributionem recepturi sint, et ne possit fraude res publica pati damnum².

Alii de prætoribus eliguntur præsides thesaurorum ecclesiæ parochialis beatæ Virginis³ et disponunt de ædificiis. non enim parva illi ecclesiæ accidit substantia per vivos et morientes et per redditus.

Alios præter illos eligit senatus, qui hospitali pauperum præsint⁴, et rationem accipiunt a magistro curiæ, et plebano hospitalario competentiam reddant, et de honesta ac possibili pauperum et advenarum provisione disponant. Est enim hospitale in Ulma abundans in possessionibus, villis, prædiis, censibus, redditibus, decimis et quotidianis eleemosynis, unde communiter dicitur, quod marsupium unum sit, in quod ponatur pecunia civitatis ex datiis, teloneis etc. accepta, et pecunia ecclesiæ beatæ Virginis et hospitalis.

Eligunt etiam aliquos magistros miserorum⁵, qui non in hospitali, sed in domibus sunt, et hi experiuntur, quibus necesse sit mendicare hostiatim vel ante ecclesiarum fores, ne sub prætextu paupertalis otium mendicando sectentur.

Alios eligunt viros strenuos ex consulibus, quos præficiunt dominiis, baroniis et comitatibus⁶, qui dicuntur Landpfleger⁷, quibus non modica commissa est cura.

*

1 pedites Woll. 2 dampnum Mon. 2. 3 præsides thesaurarii Schmid. Wibl. Pfarrkirchenbawpfleger Gok. Bess. am rande. Aediles Woll. ebenso. 4 Spitalpfleger Gok. Bess. am rande. Hospitalis curatores Woll. ebenso. 5 Bürgerliche Allmökasten oder haussarmenpfleger Gok. Bess. am rande. 6 Herrschaft- oder Landpfleger Gok. am rande. Herrschaft- oder Landbäpfleger Bess. ebenso. 7 Landzpfleger Mon. 2. Landspfleger Bess. Landtpfleger Schmid. Landtpfleger Wibl.

Domibus etiam religiosorum et ecclesiis provisores¹ et tutores de consulibus dantur, quos tamen non consulatus, sed ipsi religiosi eligunt, electos consulatui nominant et sibi eos in tutores dari postulant. Sic prædicatores duos habent, unum de optimatibus, alium zunftsalem, de consulibus.

Eligunt etiam aliquos qui extra civitatem præsint oppidis, villis, castris, qui dicuntur advocati burgorum².

Et præter hæc sunt plura honorabilia et utilia officia in civitate et extra, ut præfecti operum, ignium magistri, examinatores vescanicularum vel inspectores³ et multa talia.

Inter illa omnia sunt aliqua officia, quæ per annum durant, aliqua quamdiu quis bene expedit, aliqua frequenter, quasi omni mense alterantur: ut sunt unitores⁴, quorum duo sunt de corpore senatus, ad quos singulares hominum trigæ⁵ devolvuntur et casus occulti et turpes, quandoque inter virum et uxorem. et valde varia illi audiunt, et parva expedient, magna autem quæ notabilem defectum habent consulatui offerunt⁶. De omni autem ordine civitatis Ulmensis si quis dicere velit, volumen grande comportare necesse esset.

Cap. 1.

D e s i n g u l i s z u n f t i s .

Quum maior pars civitatis ulmensis et communitatis sit de numero zunftalium, in quibus etiam fundatur respublica, ideo hic ponam numerum zunftarum cum diversitate artificum in eis. Dicunt autem antiqui Ulmenses, quod olim non fuerint zunftæ, sed per Karolum quartum sint institutæ ad reipublicæ

1 Klosterpfleger Gok. am rande. Klöster Pfleger Bess. ebenso.
 2 Vögt d. Herrschaften Gok. Vögt der Herrschaft Bess. am rande.
 3 Bawherren oder Werkhmeister. Fewrgeschworne. Barchet- vnd Leinwatschauer Bess. et Gok. am rande. vescanicorum Gok. Schad. Schmid. Wibl. Kl. Bess. vestanicarum Woll. Mon. 2. 4 Ainunger v. supra Gok. am rande. 5 singulares hominum brigæ Mon. 2. Woll. singulares hominum trigæ Gok. Bess. singulares birgæ Schad. singulares burgæ Kl. singulares causæ Schmid. Wibl. Eh. Soll wohl heißen tricæ. 6 ad senatum referunt Schmid. Wibl.

ordinem. Credo enim, et ex dictis patet, quod olim Ulma erat oppidum quietum, nobilium habitaculum et monachorum agellus; et tunc non erat necessaria distinctio zunftarum. Sed postquam Ulma imperii Romani villa declarata est et camera negotiatorum facta, et quasi domina pagorum Sueviæ habita, multiplicata et ditata, necesse fuit ordinem ponere et zunftarum distinctionem. Non autem est facta zunftarum distinctio secundum numerum artificiorum, quia nimis multæ zunftæ factæ fuissent, sed ad placitum instituentium sunt ordinatae secundum exigentiam illius temporis. Credo autem si iam instituendæ essent, quod alias poneretur ordo quam sit.

Prima zunfta et maior est mercatorum¹. Magnum hæc zunfta continet numerum non solum mercatorum, sed artificum [disparatis]² artificiis laborantium, aliquos etiam habet qui nec mercantiis nec artificiis vacant, sed ut domicelli vivunt, ut sunt Bitterlin, aliqui puri mercatores ut Oeten, Bruwarten, Bremer, Wirtabberger, Nübrunner, aliqui mechanici ut Lida-frosth³ etc. In illa zunfta sunt omnes in pategis vel valvis⁴ vendentes species aromaticas, pigmenta, et pulveres et alia diversa, vendentes pannos integros vel ulna mesurantes, quos nominant cæsores vestium⁵; in ea zunfta sunt mechanici multarum specierum, ut sunt⁶ equorum sellatores, frenatores, funices, cingulatores et cingularum ornatores, fibulatores,

*

1 Kramer Gok. Bess. am rande. 2 desperatis haben alle. Sollte es vielleicht despectis heißen? oder disparatis? 3 Bitterlin Schad. Gok. Schmid. Kl. Bitterlen Wibl. Oeten Schad. Woll. Schm. Öeten Wibl. Kl. Brüwarten Schad. Kl. Brüewarten Woll. Brunwarten Gok. Bess. Bruwarter Wibl. Brämer Schad. Schmid. Wibl. Kl. Bremer Gok. Bess. Kramer Mon. 2. Wirtenberg Schad. Schmid. Kl. Bess. Würten-berg Gok. Würtemberg Woll. Wirtenberger Wibl. Newbrunner Schad. Schm. Kl. Neubrunner Wibl. Neubronner Woll. Gok. Bess. Lidafrosch Gok. Bess. Lidenfrosch Schad. Schmid. Kl. Lida-frosch Woll. Lidafrosth Mon. 2. Lichfroschel Wibl. 4 in pategis cum valvis Schad. Kl. Schmid. Wibl. in pategis vel valvis Mon. 2. Woll. Gok. Bess. 3 cæsores vestium [Gwandschneider] Gok. censores vestium Schad. Schmid. Wibl. Kl. 6 Sattler; Zaummacher (Riemer); Seiler, Görtler und Borten-macher; Knopfmacher; (folg. s.) Säckler, Beutler, Nestler; Bildmaler, Kartenmaler, Tüncher, Wand- und Tafelmaler; Bildschnitzer; Glaser oder Fenstermacher; Würfelmacher; Pergamenter oder Weißgerber; Nadler; Bürstenmacher; Spindeldreher; Handschuhmacher; Gastwirte.

bursatores, peræfactores, strenatores¹, pictores imaginum, pictores chartarum, pictores domorum parietum et tabularum, sculptores imaginum, vitriatores sine fenestratores, tesseratores, membranatores quos nominant albos cerdones², acuum factores, setatores, fusifices, chirothecarii³, hospitio alienos quotidie pro pretio sno recipientes, etc.

Secunda zunfta est negotiatorum⁴, continens illos qui ferro et chalybe negotiantur, vel cum sale aut butyro et cum lana ovium, aut fabi⁵, aut cum pannis et talis modi negotiis, de quibus longum esset in singulari dicere differentiam inter primos et illos. In hac sunt Greggen, Linsen, Wurm, Lupin, Falben, Gienger⁶. et aliæ insignes familiæ. Et olim poterant ascendere in tertiorum ordinem.

Tertia zunfta est marnerorum⁷, id est eorum, qui faciunt pannos de lana griseos vel qui cum eis negotiantur. Nam olim erat zunfta illa potentissima in Ulma, divitiis et suppositis præcellens, quia pæne omnis negotiatio ab illa dependebat. unde singularibus privilegiis hæc zunfta fuit dotata; in qua hodie sunt aliqui magni negotiatorès et mercatores et aliqui pannifices et omnes pileatores⁸, tintores, lanifices quamcunque lana operantes⁹. In ea zunfta sunt etiam antiquæ progenies ut Renzen et olim Leschabrand, Lebzelter¹⁰.

Quarta zunfta est fabrorum¹¹, in qua sunt aurifabri, suf-

*

1 instrenatores Gok. Bess. 2 quos nominant alias cerdones Bess. Gok. quos alii nominant cerdones Woll. albi cerdones sind Weißgerber! s. 9. Zunft. 3 cyrotacarii Mon. 2. Schad. Schmid. Wibl. Kl. Eh. chirothecarii Woll. Gok. Bess. 4 Kauffleut Gok. Bess. am rande. 5 ouium aut fabi (?) Mon. 2. Schad. Kl. Gok. Bess. aut fabri Woll. ouium aut cum pannis Schmid. Wibl. 6 Grgen Mon. 2. Linsswrm Mon. 1. Linsswurm Woll. Gok. Bess. Linssen, vurm Schad. Linsen vuern Schmid. Kl. Linsen, darauf eine lücke vor Lupin Wibl. Lupi Mon. 2. Luspi Woll. Lupen Gok. Bess. Kolben Woll. 7 Loderer Huter Färber Tuchmacher Gok. et Bess. am rande. 8 piliatores Schad. Woll. Schmid. Wibl. Bess. Kl. 9 quamcunque lana operantes Schmid. quamcunque lanam operantes Wibl. quicunque Woll. 10 Leschenbrand Schad. Schmid. Woll. Kl. Leschenbrandt Wibl. Löschenbrand Gok. Bess. 11 Sckmidzunft; Gold- Huff- Meßer- Waffen- Kupffer- Rotschmid, Schloßer, Platner, Maurer, Goldschlager, Keßler. Gok. und Bess. am rande. Dazu kommen noch die Harnischmacher, Schleifer, Sporer, Hafner (?) und Dachdecker im Texte.

9 *

ferratores¹ equorum, seratores², cultellifices, armorum factores, loricatores et armorum mundatores, calcarifices³, artifices in cupro et auricalco et ollifices, et breviter omnes in hanc zunftam concurrunt qui laborare malleo habent ferreo, ut mura-tores et auri planatores etc. In hac zunfta sunt nunc Wircker, Kobolt, Schwertfirber, Otwin, Ruchschnabel, Teschler, Lang-nower, Schwegler, et domorum tectores sunt in ea ut Nürem-berger. Olim ad eam pertinebant Streler, Lobysin, Refinger⁴.

Quinta zunfta est pistorum⁵, qui coquunt panes sive albos sive nigros aut rubeos, et est zunfta magna, quia multi sunt panum comedentes in Ulma, nec est aliis extraneis mixta artibus. In hac sunt Isilin, Buman, Schmeltzlin, Kremer, bonæ pro-genies, et multæ aliæ olim in ea erant, Wolfen, et Oschwalten, Kolben⁶.

Sexta zunfta sunt molidores⁷, qui licet multa supposita non habent, multum tamen laborare habent. Ad hanc ac-cidunt tartarisatores⁸. In hac sunt Buggen, Griesinger. et ab-solute communiter sine alio cognomine nominantur molidores.

Septima zunfta sunt pescatores⁹, ad quam computant etiam retium et navium ac struum¹⁰ ductores. In hac sunt *

1 sufferatores Schad. Woll. Gok. sufferratores Mon. 2. Schmid. Wibl. 2 serratores Wibl. 3 caldarifices Sch. Kl. Bess. calcari-fices Wibl. 4 Wireckher Woll. Wirker Bess. Kobalt Woll. Ko-boldt Wibl. Schwertfirber Gok. Bess. Öttweli Woll. Ötwin Gok. Schmid. Kl. Ruschschnabel Mon. 2. Ruschnabel Woll. Rauchschnabel Schmid. Wibl. Rawchnabel Gok. Bess. Toschler Sch. Kl. Wibl. Teschler Mon. 2. Taschler Woll. Langenower Woll. Langennower Schmid. Langenower Wibl. Nürnberger Woll. Gok. Bess. Schmid. Wibl. Nirin-berger Kl. sunt in ea, vt Nürnberger, Lobsin, Refinger Woll. (fehlt Streler). Sträler Schad. Kl. Schmid. Wibl. Ströler Gok. Bess. Lobeisen Gok. Bess. Lobsin Woll. Lebeysen Schad. Schmid. Leb Eyssen Wibl. 5 Bäcken Gok. am rande. Beken Bess. ebenso. 6 Isilin Schad. Schmid. Ysilin Mon. 2. Iselin Wibl. Iselen Woll. Eiselen Gok. Iselen, am rande Eiselen Bess. Büman Schad. Kl. Schmid. Wibl. Bü-mann Woll. Birnen Gok. Bess. Schmeltzli Mon. 2. Schmeltzlen Woll. Bess. Kramer Woll. Krämer Wibl. Kemer Mon. 2. Welffen Gok. Bess. Oschwalden Schad. Kl. Gok. Bess. Osswalden Woll. Osch-waldt Schmid. Kolben Gok. Bess. 7 Müller Gok. am rande. Miller Bess. ebenso. 8 tantarisatores Mon. 2. Gok. Bess. Wibl. tantari-satores Schad. Woll. Schmid. Kl. (?) 9 Fischer Gok. Bess. am rande. 10 ac struum fehlt bei Wibl. Eh. Schmid. Sind strues = flöße?

Ruosen, Molventer (Malwarter), Kalharten¹ etc. In hac etiam sunt Garsieder, ut Götzen.

Octava zunfta est lanistarum sive macellariorum² grandis, in qua sunt Rietman, Glaser, Bayer, olim Weckerlin³. Et cordarum factores⁴ in ea sunt.

Nona est pellificum⁵ per se integra et magna, de vario opere tamen. In hac sunt Mercklin, Töderlin, Bletzger⁶.

Decima zunfta est textorum⁷, sive sint vascanicarum sive lani- aut lini- aut mixti textores, et lanæ mundatores. In hac zunfta sunt Gemperlin, Withaw, Schwartz⁸; estque grandis et valde multorum suppositorum, ad quam spectant quidam de genealogiis quarti ordinis. Potens est hæc zunfta turbare totam communitatem, dum in seditiones vertitur, prout quoniam factum fuit.

Undecima zunfta est sartorum⁹ et pannitorum et aliquorum tinctorum non parva, in qua sunt etiam maturi viri multi et antiquæ progenies, ut sunt et omnes tonsores pannorum.

Duodecima zunfta est calciatorum sive calcifacitorum et sutorum¹⁰ admodum magna multorum virorum potens, in qua sunt etiam antiquæ familieæ.

Tertia decima zunfta est cerdonum¹¹, quorum etiam grandis est numerus antiquas continens familias¹².

*

1 Ruosen (?) Mon. 2. Reisen Gok. Rossen Wibl. Rosen Kl. Riesen Bess. Molventer Gok. Molverter ? Bess. Malwart Schmid. Wibl. Malwarter Kl. Kalhart Schmid. Wibl. Kallhavten Kl. 2 Metzger Bess. Gok. am rande. 3 Rietman Mon. 2. Rietman Woll. Riethmann Schad. non Kl. Riethmann Schmied. Riedman Gok. Bess. Riethmann Wibl. Rietman Kl. Glasser Wibl. Weckerli Mon. 2. Weckerlen Gok. Weckherlen Woll. Wibl. 4 Das sind wohl Saitenmacher. 5 Kirsner Gok. Bess. am rande. 6 Merckli Mon. 2. Merckhli Woll. Merklen Bess. Merckhlen Wibl. Töderli Mon. 2. Toderli Woll. Toderlin Gok. Schad. Schmid. nicht Kl. Toderlen Wibl. Tödertle Bess. Thöderlin Kl. 7 Weber Gok. Bess. am rande. vescanicorum Sch. Kl. Bess. Wibl. 8 Gemperli Mon. 2. Gemperlen Woll. Gok. Bess. Wibl. Kl. Witthaw Schad. Gok. Schmid. Wibl. nicht Kl. Schwartz fehlt bei Gok. und Bess. 9 Schneider Gok. Bess. am rande. Vgl. die 3 zunft, wo auch tintores genannt werden. 10 Schuchmacher Gok. Bess. am rande. calceatorum Wibl. calceariorum Bess. nicht Gok. 11 Decima tertia Schad. Gok. Bess. Schmid. Wibl. Rotgerber Gok. Bess. am rande. 12 familias vt est Mon. 2. familias vt etc. Gok. Bess.

Quarta decima est rusticorum¹, terram, agros, vineas et hortos colentes in qua sunt Francken dicti, et Kügelin et Nüer² et ceteri³.

Quinta decima zunfta sunt quos nominant Mertzler vel Grempler⁴. Et sunt illi qui pategas habent et valvas in quibus diversa vendunt, scilicet butyrum, sal, tardum, oleum, legumina, fructus etc.

Sexta decima zunfta scriniatorum et currificatorum⁵, et eorum, qui faciunt vasa lignea sive ad vinum sive ad aquam, in qua sunt Sürlin dicti et Schlaiss⁶.

Decima septima zunfta est balneatorum⁷ et rasorum, in qua sunt dicti Triesch⁸ etc.

Istae zunftae omnes sunt legibus scriptis ordinatae et quælibet suum habet magistrum, qui est de consulatu, et divisæ sunt maiores zunftæ per societas⁹, quæ etiam suos habent præfectos; nec tamen ita arctata sunt articia, ut nullus ausus sit nisi de zunfta in eis operari, sed quilibet civis potest pro sua domo, si scit artificium, laborare, et quilibet, cuiuscunque conditionis sit, potest pannos in sua valva vendere, ita tamen ut civitati solvat quatuor libras. Similiter et lanam fabi¹⁰ potest quilibet venalem habere.

De his et aliis consuetudinibus civitatis Ulmensis plura possem notabilia narrare. Nam tanto studio et diligentia factus est civilitatis ordo pro Ulma, ut si quis velit omnia scriptis mandare, codicem grandem reportare¹¹ necesse foret. Non enim contenti stabant antiqui Ulmenses suis legibus, sed aliorum legibus suas declarabant easque suis inserebant, sicut antiqui Romani facere consueverunt, de quibus Augustin. de civit. Dei l. 2. c. 16 dicit [digest. l. 1. tit. 2. § 3. 4.] (et

*

1 Gärtner Gok. Bess. am rande. 2 Franckhen Wibl. dicti fehlt bei Woll. dicti et fehlt bei Gok. Kygili Mon. 2. Kigili Woll. Kugilin Schad. Krigilin Kl. Kigilen Gok. Bess. Kigelin Schmid. Kigelen Wibl. Neuen Gok. Newer Bess. 3 etceteri fehlt bei Schad. Gok. Kl. Woll. Schmid. Wibl. Bess. 4 Mertzler Gok. Merzler Bess. am rande. 5 Schreiner Wagner Gok. Bess. am rande. 6 Sürli Mon. 2. Surli Woll. Sewrlen Gok. Bess. Sürlen Wibl. Schleyß Mon. 2. 7 Bader Gok. Bess. am rande. 8 Kriesch Woll. Thriesch Kl. etc fehlt bei Kl. Woll. Schmid. Wibl. 9 Rotten. 10 Was ist das? vergl. zunft 2. 11 so haben alle.

habetur ff. de origine iuris § exactis et ibidem in glossa ¹⁾), quomodo Romani miserunt 10 viros ad Græcos pro legibus 12 tabularum, quas tradiderat Atheniensibus Solon sapientissimus. Sed Græci antequam eis leges concedere vellent, miserunt Romam prudentem virum, qui exploraret, an essent digni sacrarum legum, quæ tam præclaræ erant et utiles, ut si eis perpetuo uti vellent, sempiternum habituri essent imperium. Cum autem Romani iam digni iudicati accepissent leges illas, eas declaraverunt, addentes duas tabulas. Sicque vocatæ sunt leges XII tabularum. Sic et Ulmenses omnium pæne civitatum leges perscrutantes sibi utiles et convenientes suis inseruerunt: et quamdiu secundum eas suam gubernant civitatem, proficiunt et crescunt; si vero a legum observantia recesserint, decrescent et deficiunt.

Cap. 2.

De profectu civitatis ulmensis et quomodo dominia sua acquisivit.

Goldast.
caput. IV
Francof.
251.
Ulm. 89.

Romani testante Augustino de civitate Dei [lib. 5. c. 16 et lib. 12. c. 16.²⁾] orbis promeruerunt dominium, quia optimis vivebant legibus primo, et amore patriæ flagrabant secundo, et zelo iustitiæ ardebant tertio, et pace civilis benevolentia concordabant quarto. his, inquam Roma olim mundo incognita exilis et parva exaltata est, et domina totius orbis facta. Sic pari modo secundum proportionem possumus loqui de Ulma nostra, quæ olim parva, cuius nec nomen notum erat in tota

*

1 consueuerunt, de quibus Augustinus de ci. l. 12 c. 16 dit. Et habetur ff. de origine Juris l. 12. §. exactis li. po. et ibid. in glo. Mon. 2. consueverunt vt habetur d. orig. l. 2. f. exactis, et ibid. in gl. Schad. consueverunt vt legitur de orig. l. 2. exactis et ibid. in gl. Kl. consueverunt. De quibus a. dici. l. 2 c. 16 dic. et habetur D. de orig. Juris l. 2. §. exactio li. po. et idem in glossa Woll. consueverunt. De qb. Augustinus de ciuit. Dei l. 2 c. 16 dicit et habetur de orig. J. § ex actis etc. Gok. J. l. 2 § Exactis etc. Bess. consueverunt. vt habetur de orig. Jur. l. 2 et ibid. in gl. Schmid. Wibl. Eh. 2 lo. V. ca. 16. et lo. 2^o. ca. 16 Mon. 1. et lib. 1. 2. c. 16. Sch. et lib. 12. c. 16. Kl.

Suevia, unde nullis antiquis codicibus inscriptum reperimus. Sub unius enim abbatis regimine longa marcuit inertia et in se tabescens somnolento corpore depressa nec ratione viguit, nec divitiis floruit, nec multitudine crevit, sed vivens mortua sine nomine et fama quasi cyfra¹ stetit. subito autem hærens fatali rotæ in excelsum est acta, et inter gloriasas et antiquissimas ac ditissimas est locata, nominata et famosa facta, adeo ut nunc domina sit nobilissimorum comitatuum et baroniarum, dominiorum, oppidorum, villarum, castrorum, camporum, silvarum, habeatque illustres comites, generosos barones et strenuos milites, ac insignes quam plures nobiles, servos et famulos, sitque horrendis principibus formidini², contra quos plerumque prælia concitantur ex ea, ad quam tanquam ad caput tota Suevia respectum habet. Observatio enim traditarum suarum legum civibus illis oculos aperuit, rationem acuit, audaciam, vires, potentiam et divitias attulit.

Et quod mirum dictu est, quinque magnifica et grandia opera aggressi sunt, quæ quasi uno et eodem tempore in spatio quinquaginta annorum perfecerunt, quæ si quis potens rex simul fecisset, procul dubio magnanimus et audax atque potens prædicatus fuisset. hæc quinque Ulmenses eodem tempore perfecerunt, sicut patebit. primum fuit civitatis munitio. secundum ecclesiæ beatæ Virginis fundatio. tertium præliorum et obsidianum perpessio. quartum dominiorum in gyro emptio. quintum civitatis a monachis redemptio³.

De primo notandum, quod dum civitas Ulmensis ampliata esset, ut supra dictum est, multis annis stetit sine murorum ambitu, civibus in erectione propriarum domorum occupatis. a tempore enim Conradi regis, qui fuit anno domini 1139, usque ad annum domini 1300 sine muris Ulma quasi villa stetit, ex quo hodie famant Ulmam villam fuisse. Cives ergo assumpto animo fossata foderunt profunda per gyrum, et murum cum turribus circumduxerunt, aquam Blavii inducentes et cir-

*

1 cyfra bedeutet das zahlzeichen 0, eine null. 2 horrendis Mon. 1. Gold. ut. formidini dieselben. horrendum principibus formidium Sch. Kl. Wibl. 3 Hæc quinque Vlmenses quasi eodem tempore perfecerunt, sicque patebit fügt hinzu Schm.

cumducentes per fossata, et hic labor sufficiens pro una generatione fuisse. dicunt autem antiqui, quod festinantissime hoc agebatur, et omnes cives nobiles et ignobiles, viri et foeminæ operi instabant, quia necessitas vehementer urgebat, sicut patebit.

Aliud opus pariter cum isto inchoatum fuit, profecto grande et magnificum. quia enim timore obsidionis civitatis coacti urbem munierunt, ipsam etiam suam ecclesiam parochialem, ^{Gold. Fr. 253.} quæ extra urbem erat, intus transtulerunt, ut securi in ecclesia esse possent, et templi mirabilis et magni fundamenta iecerunt, relinquentes nobis figuram charta depictam ecclesiæ, quam ipsi magnificis mentibus conceperant erigendam. quæ quidem charta multo pretiosius demonstrat templum, quam illud sit, in quo hodie laboramus, quia moderni parvifici non audent prosequi intentum antiquorum et quotidie multa spectantia ad pretiositatem et decorem structuræ detrahunt. His operibus instantes accessit aliud nimis importunum et grave. nam Ludwicus Bavarus, qui imperium invaserat, quem Papa cum omnibus sibi adhærentibus excommunicaverat, Ulmam venit, et cum Ulmenses nollent eum primo recipere, exercitu civitatem vallavit. ^{Gold. Ulm. 90.} intervenientibus autem quibusdam principibus eum receperunt, sicque ab eis recessit. Non multo post Henricus alter Bavarus Ludwici prædicti consanguineus, cui Papa imperium tradiderat, et cardinales, rex Bohemiæ et rex Franciæ eidem favebant, venit Ulmam cum multitudine Bavarorum, requirens Ulmenses, ut sibi adhærerent, sed nihil proficiens obsidionem solvit, et recessit, statimque post leprosus factus obiit. Deinde paucis interiectis annis Karolus quartus, contra Ludwicum Bavarum electus et confirmatus, etiam Ulmam gravi vallavit exercitu, sed sine effectu captionis civitatis recessit. In his obsidionibus nulla violentia fuit muris aut turribus civitatis Ulmensis illata, sed tantum postulatum ut amicitias inirent. Hæc omnia Ulmenses magis virtute et magnitudine animi ac prudentia quam bellis et armis vicerunt. In eo tempore duces Bavariæ, duces Austriae, duces de Teck, comites de Wirtenberg diversis modis infestabant Ulmenses, ipsis infatigabiliter inceptis operibus moeniorum et turrium ac ecclesiæ beatæ Virginis persistentibus, sicut quondam filii Israel non curantes gentium impedimenta muros et turres Jerusalem et templum ædificaverunt, ut patet.

¹ Eodem fere tempore deficientibus nobilibus comitibus de
 Fr. 254. Helfastein² post multas revolutiones et vertigines castrum Helfastein cum oppido Geislingen³ et universum dominium illud in latum et in longum cum villis, castris, prædiis, possessionibus et omnibus teloneis in sortem Ulmensium cecidit, pro quibus omnibus ingentem auri thesaurum prædictis comitibus dederunt. in hac emptione practica invidorum trina vice de manibus Ulmensium fuit comitatus raptus, et semper restitutus cum vacillatione quadam, quo usque contractus fuit per Papam et ecclesiam et per imperatorem et electores et patriæ nobiles approbatus et sigillis omnium roboratus, adeo quod nulla ratione potest se quis amplius opponere. Hoc facto comites illustres de Werdaberg ab infelibus Judæis Ulmæ morantibus pecuniam ad usuram accipientes in tanta devenerunt debita, ut deficientibus pignoribus mobilibus pignora immobilia dare cogebantur, unde nobilis comitatus Albegg cum castro et oppido et omnibus attinentiis Judæis impignoratus stetit, et iam apud imperatorem laborabant, ut dominium et castrum, quæ iam eorum erant, per usuræ consumptionem inhabitare et possidere possent. quod ut Ulmenses perpenderunt, comitatum illum de manibus Judæorum redemerunt et possederunt usque in hunc diem. Dicitur autem communiter, quod quidam comes de Werdaberg illum comitatum consumpsert pro lebetis. recipiebat enim continue Ulmæ pro pecunia solvendo lebetos⁴, et in tantum crevit debitum, ut illud non posset solvere nisi vendendo comitatum. Interea eodem quoque tempore devenit ad manus Ulmensium totum dominium Hochberg⁵, cum oppidis Rotenburg et Horw et castris ac villis, et multis annis id possederunt, quo usque dux Austriae redemit. Quomodo autem hoc dominium in manus Ulmensium devenierit, et quando redemptum sit, chronica Ulmensium docet. Sic ergo non obstantibus expensis gravissimis, quas Ulmenses ædificando munitiones suæ civitatis faciebant et construendo ecclesiam ingentem

*

1 Quartum opus magnificum Mon. 1 am rande. 2 Helffestein
 Mon. 1. Helfenstein Kl. Wibl. Helffastein Gold. ut. 3 Gislingen
 Gold. ut. 4 lebetes Wibl. lebetos Schm. und die andern. Was heißt
 das? lebes, lebetis, m. heißt kessel, kochkessel, topf; aber? vergl. s. 27.
 5 so alle, für Hohenberg, im württembergischen oberamt Spaichingen.

beatæ Virginis, et se undique ab insidiantibus defendendo, magna emerunt dominia et nobilissimos comitatus. unde post emptionem Helfastein, domina comitissa de Helfastein, quæ erat regina Ungariae, in omni locutione, quando faciebat mentionem de Ulmensibus, appellabat Ulmenses filios suos, dicens: filii mei Ulmenses dicunt hoc vel faciunt illud. et dum interrogaretur, quare Ulmenses nuncuparet filios, dicebat: ipsi virum meum et me hæreditabunt. et ita factum fuit.

Quintum et ultimum, quod etiam ea tempestate factum fuit magnæ difficultatis, quod tum domini Ulmenses virili animo aggressi sunt. Cum enim Ulmenses adhuc sub ditione monachorum Owiæ Magnæ essent, et in dies, ut prædictum est, monachi sua iura, bona et census ac telonea Ulmensibus venderent et debita magna contraherent, quæsiverunt Ulmenses vias qualiter totaliter a monachis liberari possent. quibus post multas Ulmensium excommunicationes inventis [sc. viis] auctoritate Papæ et ecclesiæ et imperatoris emerunt Ulmenses omnia iura abbatis Owiæ in Ulma et extra Ulmam ad quatuor miliaria cum omnibus bonis et attinentiis, solveruntque abbatii in prompta pecunia viginti quatuor millia florenorum. et si contractus ille et ecclesiæ determinatio prolongata fuisset per mensem, vix¹ receperisset abbas centum millia florenorum pro illis iam venditis iuribus tantis, quia illuminati fuerunt oculi eius. Abbas ergo accepta pecunia ita recessit ab Ulma, quod nec ungula in ea mansit quæ sua esset, cuius tamen fuerat ius patronatus ecclesiarum et altarium, omnes decimæ rerum, omnia telonea, pedagia et gwidagia², census, redditus de omni domo, foco et horto, de omni persona adulta, angariarum pecunia et violentiarum, pretium inspectionis vescanicarum³, proventus ex libratione rerum in domo libr[at]arum, lucrarium [lucrorum] pars⁴ quasi in omni re et officiorum omnium provisio et munera quotidiana civium, quæ omnia

*

1 So alle. 2 gwidagia Mon. 1. Wibl. Gold. ut. gwidagia geleitgelder, von guidare: auch guidagium, guidaticum, guidonageum etc. Brinckmeyer. widagia Schm. Mon. 1. 3 vestanicarum Gold. ut. mit der var.: vescanicarum. 4 in domo fehlt bei Gold. ut. librarum Mon. 1. Sch. Kl. Wibl. Gold ut. lucrarum pars quasi Mon. 1. lucrarium, pars quasi Gold. ut. lucrarum quæ Wibl. lucrarum quasi Sch. Kl. Schmid.

Ulmenses emerunt usque ad unguem. Similiter iura, possessio-
nes et bona abbatis in Bebahusen qui multa habuit in Ulma
emerunt, ita ut non festucam ibi haberet. Ab aliis etiam sive
religiosis sive secularibus, qui videbantur aliquid iuris in civi-
tate habere, emerunt iura¹ et civitatem liberam reddiderunt.
 fr. 226. Gold. nec est hodie civitas in imperio, audacter dico, liberior quam
 Ulma, in qua nullus princeps, nullus episcopus, nullus abbas
 quicquam habet, nisi sub censu communi civitatis. Super præ-
 dicta inceperunt etiam villas emere et castra per gyrum civi-
 tatis. imo multi rustici sponte se Ulmensibus tradiderunt et
 sua plures etiam divites et nobiles, hæredes non habentes,
 sua Ulmensibus reliquerunt, quasi respublica Ulmensium quid-
 dam numinis esset. Sic recitat Augustinus de civitate dei lib. 3.
 cap. 11. de Attalo rege Syriæ, qui moriens Romanos regni
 sui constituit hæredes. et meretrix quædam in urbe moriens
 Romanis sua bona legavit, propter quod eam honorifice sepe-
 lierunt et inter deas Romani populi retulerunt, ut Augustinus
 de civitate dei lib. 6. cap. 7. habet. Sic et Ulmenses anni-
 versaria eorum, quorum bona possident, solemniter peragunt
 annuatim, scilicet dominorum de Helfastein et comitum de
 Werdaberg propter Albegg apud prædicatores, eos non deos
 sed divinificant optant et orant. Sic ergo antiqui Ulmenses
 quidquid poterant ad sui dominii ampliationem emere et ac-
 cipere, repente faciebant nullis parcentes pecuniis. Non sic
 faciunt modernis temporibus domini Ulmenses parvifici et pu-
 sillanimes, nam ævo nostro oblatus eis fuit nobilis comitatus
 Kirchberg pro exili emptione, et sæpenumero rogati ut ac-
 ciperent, quod dum facere nollent, emit eum comitatum Ba-
 variæ dux, factusque est Ulmensibus comitatus ille spina in
 oculis et lancea in latere. Sic et castrum Ellerbach² ad latus
 eorum venale cum omnibus attinentiis dum emere recusarent,
 emit eum hostis et inimicus eorum. Similiter superioribus
 annis, dum dominium Hochberg adhuc esset in Ulmensium
 potestate, obtulit eis dux Austræ pro eo totum marchionatum
 Burgow, qui sine medio fines Ulmensium contingit. sed dum
 Ulmenses commutationem facere nollent, recepit dux Austræ

¹ iura illa Mon. 1. Gold. ut. ² Erbach an der Donau oberhalb
 von Ulm.



nihilo minus dominium Hochberg, parum Ulmensibus solvens, et postea duci Bavariæ marchionatum Burgow impignoravit, sicque Ulmenses conterminos sentiunt inimicos. Ad antiquos Ulmenses regrediar. Cum enim ut dixi civitatem suam fossatis et muris cinxissent et ecclesiam beatæ Virginis erexissent et ^{Gold.} _{Fr. 257.} inimicos suos vicissent et dominia emissent, seque a monachorum iugo liberassent, et omnia illa simul et semel agerent, facti sunt Ulmenses principibus omnibus formidabiles. Unde eorum inimicos persequabantur longe lateque et in terris principum Bavariæ et ducum Austriae et marchionum de Brandenburg et Baden et comitum de Wirtenberg capiebant suos æniulos etiam nobiles, eosque Ulmam ducentes condigna plectebant pœna. nec erat princeps aliquis qui eis bellum indicere ausus fuisset. Unde etiam quædam loca in terris principum sub tuitione principum non secura Ulmensium quæsierunt tuitiōnem, ut Medingen monasterium nostri ordinis prope Laugingen Ulmenses suos defensores esse elegerunt. Dum autem Ulmenses sic extra augmentarentur, miro modo ab intra in civitate profecerunt, et multiplicabantur omnia, scilicet homines nobiles, divites, pauperes, artifices, religiosi, clerici, scholares et omnium rerum negotia. Quia enim communitas ex dominiis emptis ditata fuerat et multæ divitiæ civitati affluebant, necesse erat multiplicari etiam homines. unde¹ Ecclesiast. 5: ubi multæ sunt opes, multi etiam qui comedunt eas; et² Matth. 24: ubi fuerit corpus ibi congregabuntur aquilæ. Et ubi multi sunt homines, multa est negotiatio et multa articia. Unde plures adhuc in humanis sunt de antiquis, qui recordantur in Ulma fuisse non tertiam partem hominum et artificiorum quæ nunc est. nam ante 70 annos vix erant duo pistores ubi iam sunt 20; non duo aurifabri, ubi iam sunt 20; duo barbitonsores, ubi iam sunt 10; unus hospes ubi iam sunt 20; duo panni tonsores, ubi iam sunt 20; unus medicus, ubi iam sunt 30; unus sacerdos, ubi iam sunt 10. Et ante multiplicationem universitatum tot erant alieni iuvenes scholares, quot iam sunt suppositi in aliqua universitate, et grandis bachantria ac nominata erat Ulmæ. Et breviter, omnia articia sunt in triplo

¹ Die stelle ist pred. Salom. 5, v. 10. ² Matth. 24 v. 28.

hodie maiora, quam ante septuaginta annos, et in dies crescunt, quia non tantum laborant pro civibus, sed pro tota Suevia, et ad longinquas partes Ulmensium merces et opera
 Gold.
 Fr. 258. deferuntur. Duo autem improportionata articia et quasi pro nihilo computata fiunt in Ulma, quæ longe lateque disperguntur, scilicet panis sacrificii et chartæ ludi. multi enim coquunt hostias, easque in Alpes deferunt usque ad Pontinum, Bolsanum et Tridentum. sic et factores et pictores chartarum tot sunt in Ulma, ut in vasis chartas mittant in Italianam, Siciliam et in extremas insulas maris, et ad omnem plagam. Taceo de vescanicis¹ et aliis pluribus, quæ ab Ulma in ultimas mundi regiones deferuntur. Sunt ergo in Ulma tot et tanti homines, quot et quanti sunt in aliquibus civitatibus duplo maioribus, non quia bona sit et fructuosa regio circa Ulmain, ut ex terræ nascentibus se nutriant, sed quinque² sunt, quæ ad multitudinem illam faciunt.

Primum est quia civitas et communitas in se abundat, ut ex superioribus patet, et per consequens etiam cives abundantes sunt. ideo plures possunt ibi nutriri.

Secundum est quia iustitia pauperi et inopi fit sicut diviti et nobili. hoc enim præconio antiqui Ulmenses clari habebantur; unde audivi a quodam sene, quod quondam quidam causam habuit contra alium, quæ per iudices Ulmenses et communem consulatum determinari deberet post auditas partes. die autem præcedente iudicium unus illorum porcum saginatum circumduxit ad plures domos consulum, iudicum et magistrorum zunftarum, cuilibet eum offerens ut in parte sua esset in iudicio, sed omnes eum cum porco repulerunt. sicque reduxit ille
 Gold.
 Ulm. 92. porcum in Ursberg³ unde erat, et incorruptam recepit sententiam. Propter illam etiam claram iustitiam olim diætæ et congregations et disceptationes principum, nobilium et civitatem coram Ulmensibus fiebant, et eorum iudicio ac sententiis

*

1 vestanicis Gold. ut. mit der var. lect. vescanicis (letzteres hat stets auch Schmid.). 2 tria Mon. 1. Kl. Wibl. Schmid. ebenso hatte ursprünglich Sch., quinque hat nur er und Gold. ut. 3 Ursberg, abtei südlich von Burgau, an der Mindel, westlich von Thannhausen.

parebant. unde iudicium Rotwilense Ulmæ fuisse fertur, de quo literæ habentur in Herwartingen monasterio¹.

Tertium² quare tot homines sunt in Ulma est libertas. non enim sunt ibi graves angariæ³, sed leviter⁴ potest quilibet pauper ibi stare.

Quartum est negotiorum generalitas, nam omnia negotia ibi tractantur. ideo non solum adulti, sed pauperum pueri possunt in die denarium vel duos lucrari.

Quintum est delectatio et voluptas, nam si homo delectatur ^{Gold.}
_{Pr. 259.} divinis officiis et religione et verbi divini auditione, organis, et ornatu, et dulci cantu scolari⁵ aut suavi melodia, ecclesiastico longo vel brevi officio, totum reperiet quotidie in Ulma in propinquo. Si autem homo secularibus et mundanis delectatur, in omni specie reperiet excessum in Ulma. ibi ludi, ibi spectacula, ibi societas, ibi crapula, ibi speciosa et ornata femina, ibi intemperata luxuria, ibi secularis et mundana præminentia, ibi otiositas, ibi laborum assiduitas, ibi quotidiani rumores audiuntur de oriente et occidente magis quacunque alia civitate Sueviæ; ibi lætitia, ibi tristitia, ibi mors, ibi vita, ibi virtus, ibi vitium, quæ Ulma cum aliis habet communia.

Ex his omnibus patet civitatis ulmensis profectus in quo usque in hanc horam persistit, nec computari debet pro defectu, quod moderno tempore Bavarorum insultibus exercentur, qui ab anno domini 1478 usque in præsens, ubi possunt, Ulmam vexant et tribulant; quia licet in his videantur diminui invisibiliter, tamen magis augentur viribus, experientiis et virtute et intrinseca pace. Prudenter autem cum patientia Ulmenses dissimulaverunt usque in præsens, et direptionem violentam et iniustissimam suarum rerum sustinuerunt, ut maioribus damnis obviarent et postea audentiore animo sua cum lucro resumerent. unde Augustinus lib. 3. cap. 5 de civitate dei dicit, Romam magis destructam pacis tempore quam bellorum. quia tempore pacis voluptatibus et vitiis operam

*

1 Herbrechtingen, Augustinerkloster an der Brenz, zwischen Heidenheim und Giengen. Hertwatingen Mon. 1. Herwatingen Sch. Kl. Gold. ut. Herwartingen Schm. monasterio, ut dicitur Mon. 1. Gold. ut.

2 Tertio Sch. Kl. Wibl. 3 grandes angariæ vel graves Mon. 1. 4 leniter Wibl. 5 cantu seculari Mon. 1. Sch. Kl. Wibl. Schm.

dabant et inter se intestina bella concitabant, sicque in desolationem ibant. quæ omnia bella fieri prohibent. Quamvis enim Ulmenses iam ad plures annos vexati fuerint per Bavarios, et suæ potentiae aliquam iacturam sustinuerint multaque damna pertulerint, nunquam tamen fuit civitas Uliensis opulentior divitiis, copiosior populis, audacior animis, fortior armis, munitior muris, securior adiutoriis, felicior amicis, formidabilior adversariis, intolerabilior malis, dilectior omnibus Suevis nobilibus et plebeiis et patriæ totius, ac imperio et principibus necessarior, quam hoc tempore anno domini 1489¹.

^{Gold.} ^{Fr. 260.} ² Nisi enim Ulmenses fuissent, anno præterito tota Suevia et ducum Austriae terra inter Suevos vel Suevis vicina in alienorum tyrannorum manus vendita et tradita nunc esset. Quid autem futura afferent tempora, novit temporum siderumque conditor, et chronicæ scribendæ edocebunt.

*

1 Am anfang des principale III cap. 2 (s. 42) schrieb F. F.: usque ad annum præsentem 1488. Unsere stelle, hoc tempore anno domini 1489, ist also ein jahr später geschrieben. S. auch principale VI. cap. 9 am ende, wo ebenfalls 1489 als annus præsens genannt ist. 2 Nisi . . . esset. Diese stelle citiert Ch. F. von Stälin, Württembergische Geschichte th. III, s. 628.

Principale VI.

De regionum et monasteriorum per eius gyrum nominatione.

Cap. 1.

Gold.
cap. V.
Fr. 260.
Ulm 99.

De principatibus et comitatibus conterminis Ulmensibus.

Ordo promissus exigit nunc loqui et nominare regiones conterminas Ulmensibus per circuitum. Est enim Ulma vallata et cincta dominiis principum secularium et religiosorum in modum speciosissimæ coronæ aureæ gemmis variis et margaritis ornatae. circulus aureus illius coronæ cum excrescentibus per gyrum eius liliis fabricatus est ex dominiis principum cum comitatibus et baroniis. gemmæ vero et margaritæ illi coronæ insertæ sunt monasteria religiosorum monachorum et monialium, ex quibus omnibus resultat et resplendet corona valde speciosa Ulmam cingens et quodammodo coronans. Producamus ergo illam coronam in lucem. Ab oriente contingit Ulmensium terminos dominium ducum Bavariæ; a meridie dominium ducum Austriae; ab occidente dominium ducum iam dictorum; ab aquilone vero ducum de Teck et ducum Sueviæ de Staufen, quod iam generosi comites de Wirtenberg totum obtinent. et ille est circulus aureus coronæ. Lilia vero de eo consurgentia, et in eo circulo fundata: in orientali parte Bavarorum, quæ respicit meridiem, est nobilis marchionatus Burgow domus Austriae, in quo Ulmenses castra, villas et possessiones habent non modicas; in eadem orientali parte quæ est ad aquilonem,

est comitatus Albegg, possessione quondam illustrum comitum de Werdaberg nobilis, quem nunc Ulmenses custodiunt. in parte meridionali ducum Austriae est comitatus Kirchberg ^{Gold.}
 Fr. 261. cinus Ulmensibus, cuius termini eorum terminis sunt intricati. in parte occidentali ducum Austriae est comitatus Schelklingen et baronia Justingen in qua barones imperii domini de Stefflin ¹ habent residentiam, quæ finibus Ulmensium iunguntur. in parte autem aquilonari est comitatus Ruggensis inter Burronem et Gerhusen, et ulterius magis in aquilonem declinando est comitatus Helfastein Ulmensium, in quo tamen domini comites de Helfastein resident in munitissima arce Hiltaburg inter Geisslingen et Wisastaig, oppida dicti comitatus. Ex his habetur conflata aurea corona cum liliis per gyrum civitatis Ulmensis. Sed sicut corona aurea tantum non reputatur ornata et pretiosa, nisi gemmæ ei sint insertæ et margaritæ pretiosæ, sic nec prædictus circulus seculari nobilitate aureus satis pretiosus et decorus habetur, nisi gemmis spiritualis dominii ornaretur, ut corona aurea esset signo sanctitatis expressa. In parte ^{Gold.}
 Ulm. 98. ergo orientali prædictæ coronæ emicant gemmæ Roggaburg ² et Ursperg ³ ordinis præmonstratensium, quorum primū ab antiquo sub tutela Ulmensium fuit usque ad moderna tempora. Dux enim Bavariae Georgius monasterium cum eius territorio invasit, et sibi iurare compulit, de quo infra dicetur et in chronica Ulmensium. Est etiam ibi Wettahusen ⁴ canoniconum regularium et Ettlistetten ⁵ feminarum canonissarum. sed et episcopus et canonici civitatis Augustensis et clerus multa in parte hac habent, et insigne monasterium Ottenbüren ⁶ ordinis sancti Benedicti huic cohæret regioni, de quo infra venit dicendum. Gyrando consequenter in orientali parte coronæ ad dextram vertendo vultum contra Ulmam et transeundo ultra Danubium occurrit in acie septentrionali egregium mona-

*

1 Stefflen Mon. 1. Sch. Wibl. Gold. ut. Stefflin Kl. 2 Roggaburg Mon. 1. Gold. ut., östlich von Weißenhorn. 3 Urspring hat fälschlich Wibl. Ursberg südöstlich von Roggenburg, an der Mindel. 4 Wettahusen Mon. 1. Gold. ut. Wethenhausen Sch. Kl. Wettenhausen, an der Kammlach, südwestlich von Burgau. 5 Edelstetten, fräuleinstift, am Haselbach. 6 Ottobeyren Wibl. Ottobüren Schm. Ottenburen Mon. 1. Gold. ut., südöstlich von Memmingen an der westlichen Günz.

sterium Elchingen ordinis sancti Benedicti, de quo infra dicetur. Et postea est Nauhusen¹ a quo non longe est Herwartingen, monasterium canonicorum regularium. et prope est monasterium ad Fontem Regis ordinis Cisterciensium, iuxta quod tria emanant flumina, scilicet Brenza et Coganus et². Supra Brenzam est monasterium Medlingen ordinis nostri, a quo non longe est Medingen monasterium eiusdem ordinis, de quibus postea dicetur. A quibus non longe est Echabrunnen³, mona-
sterium sancti Benedicti ordinis super litus Danubii inter oppida Gundelfingen et Lauingen⁴. In parte occidentali prædicti circuli prope Ulmam est solemne monasterium sanctæ Claræ Sefflingen⁵, reformatum multis laboribus expensisque Ulmensium. a quo ascendendo per litus Blavii venitur ad ortum fluminis, ubi est monasterium iuxta Burronem ordinis sancti Benedicti. a quo non longe est inclusorium virginum Wiler. et supra est monasterium monialium Urspringen ordinis sancti Benedicti. et magis ascendendo est Zwifaltum⁶ vetustum sancti Benedicti monasterium. a quo tendendo sursum in alpes Suevorum est monasterium monialium Cella Gratiae, vulgariter Offenhausen⁷, ordinis prædicatorum. et postea est monasterium Boni Lapidis⁸ carthusiensium, a quo non longe est oppidum Urach, in quo sunt iuxta parochiale ecclesiam canonici caputati novæ institutionis, et in Metzingen et Dachenhusen⁹. ibi prope iuxta oppidum Kirchen est monasterium monialium ordinis prædicatorum sancti Johannis Baptistæ. In parte co-

Gold.
Fr. 202.

*

1 Nawhaussen Wibl. Neuhausen Kl. Nauhausen Mon. 1. Schm., ohne zweifel = Anhausen, wie Herwartingen = Herbrechtigen, Fons Regis = Königsbronn. 2 Brentza Sch. Mon. 1. Gold. ut. Alle ms. nennen nur zwei flüsse: die lücke hat Mon. 1. und Gold. ut. Eine zweite Brenzquelle heißt »die Pfeffer«. 3 Echabrunnen Mon. 1. Gold. ut. Eckhenbrunnen Kl. Ehenbrunnen Sch. Echenbrunn, gleich unterhalb Gundelfingen. 4 Lauingen Mon. 1. Sch. Gold. ut. Lauingen Kl. 5 Sefflingen Mon. 1. Kl. Söflingen Wibl. Sefflingen Sch. 6 Zwifaldia Sch. Kl. Zwifalten Wibl. 7 Cellae Dei Mon. 1. Gold. ut. vulgariter Offenhausen fehlt bei Mon. 1. und Gold. ut. Offenhausen, am ursprung von Lauter, westlich von Münsingen. 8 Güterstein, westlich von Urach. 9 Mezingen Wibl. Metzigen Mon. 1. Gold. ut. Dachahusen Mon. 1. Gold. ut. = Tachenhausen westlich von Kirchheim. Kyrchen Mon. 1. Gold. ut. Kürchen Sch. Kl. Wibl.

10 *

ronæ prædictæ meridionali ex opposito Ulmensis civitatis trans Danubium est insigne monasterium Wiblingen ordinis sancti Benedicti, et monasterium Ochsenhusen¹ magnum eiusdem ordinis, et monasterium dictum Roth² præmonstratensium, et Buchshaim³ carthusiensium, duo monasteria monialium cisterciensis ordinis Hegbach et Bona Cella⁴.

Et præter nominata religiosorum loca per circuitum civitatis ulmensis sunt adhuc alia plura, quæ transeo. Nam quasi maior pars regionis ad ecclesiasticos spectat, cum quibus omnibus domini Ulmenses in possessionibus communicant, sicut cum comitibus et principibus circumiacentibus. Porro nimis longum esset omnia prædicta describere loca, quamvis pulchrum foret, origines, fundationes, defectiones et reformationes et alias habitudines scribere. ideo maiorem numerum dimitto, et aliqua loca per circulum prædictum describam brevius, quo potero.

Gold.
cap. VI.
Fr. 263.
Ulm. 93.

Cap. 2.

Nomina describendorum monasteriorum hic exprimuntur, et plagæ situationis.

Incipiam ergo in parte aquilonari ad latus orientis, et describam Elchingen primo, et postea Medlingen et Medingen. in parte orientali describam Roggaburgum et Ottenbüren. in meridionali vero parte Wiblingen et Heggbach. in occidentali autem Burronem, Urspringen, Wiler et Seflingen.

Gold.
cap. VII.
Fr. 263.
Ulm. 93.

Cap. 3.

Description monasterii egregii Elchingen secundum subiectum ordinem.

Elchingen in lateribus aquilonis monte suspensum, orientem et meridiem prospiciens, Ulmam in occidente ut globum

*

1 Ochsenhusen Mon. 1. Gold. ut. Ochsenhaussen Wibl., östlich von Biberach an der Rottum. 2 Rott Gold. ut. Roth Sch. Kl., südöstlich von Ochsenhausen an der Roth. 3 Buchshaim Mon. 1. Buchshaim Gold. ut., zwischen Memmingen und der Iller. 4 Hegbach nördöstlich von Biberach. Gutenzell südlich von Schwendi an der Roth.

transspicit et undique longe et late quæ procul sunt intuetur, olim quidem abominabile fanum, demum terrible castrum, iam vero gratia Dei honorabile et amabile est monasterium. De quo ab exordio incipiendo sex dicenda veniunt: primo, qualis sit eius naturalis situs. secundo, quis olim in eo fuerit gentilis ritus. tertio, quantus ibi fuerit secularis abusus. quarto, quando et per quos ordinatus sit ibi divinus cultus. quinto, quomodo tandem ibi defecerit religionis status. sexto, qualiter ibi iam vigeat inexhaustæ religionis famosus conventus.

Primo videndo loci illius naturalem situm, oportet habere respectum ad nomen loci, quod in sua interpretatione loci qualitatem demonstrat. Dicitur enim Elchingen, vel Eichlingen aut Eichklingen, quæ nomina omnia reperiuntur et ad idem tendunt, et meo videre ultimum Eichklingen fuit primum, et secundum fuit Eichlingen, et primum Elchingen fuit corruptione et truncatione vulgi impositum et iam est ultimo usitatum. Nam Eichklingen vulgare theutonicum est compositum ^{Gold.} ex duobus nominibus eich et klingen, diciturque quercuum nemus, ^{Pr. 264.} quia quercus eich, nemus kling. unde ex certis conjecturis colligimus, ante omnem hominum in loco habitationem ibi fuisse in monte illo et vallibus quercuum horribile nemus, et montem dictum Eichklingen. Secundum nomen ad idem servit, cui vulgus unam literam detraxit, et dicitur Eichlingen, quasi quercuum et ilicum locus. Tertium nomen, quod hodie habet, iunctum duobus præcedentibus primam loci habitudinem importat et demum vetustissimorum et primi temporis hominum in loco operationem demonstrat. Ex quo enim conditor mundi ^{Gold.} ^{Ulm. 94.} ibi primum plantavit nemus quercuum, primi temporis homines, quorum cibus glandes erant, ut dicit Isidorus libro 14 etymolog., et poeta inquit: »Mortales primi ructabant gutture glandes«, in hoc veniebant nemus, et glandes ad placitum eligebant, quod forte præter intentionem vulgi hoc nomen Elchingen importare videtur, quod ab eligendo impositum sonat. Vel si malumus hebraicam interpretationem sequi, secundum Hieronymum Elchim idem est quod consurgens ad Deum, et Dei possessio; sic mons Elchingen consurgit ad Deum ut eum in suum recipiat possessorem. Est ergo Elchingen aut Eichlingen nomen montis, qui mons est singularis, undique vallibus circum-

datus, nec patet cuiquam transitus in eius cacumen, nisi con-
scenderit de aliqua valle. mediocris tamen est eius altitudo,
non nimia celsitudine tædiosus est, nec remissione nimia
despectus. et quamvis non sit altissimus mole propria, est
tamen excelsus valde situatione regionis. unde a quacunque
plaga venientes contra montem illum, procul eius cacumen
vident cunctis illius regionis supereminere montibus. Totus
mons ille uliginosus est et spongiosus, desudantque undique
aquæ ex eo, quas ab imo attrahit in supremum. Et videtur¹
^{Gold.}
^{Fr. 205.} imaginanti quod ex aquis consurgat, radicesque suas in sub-
terraneis aquis fixas habeat et tantæ molis gravitas aquis super-
natet. Unde quia mons humidus est, fœcundam habet glebam,
præcipue cum ad hoc habeat solis et aliorum siderum valde
gratiosum adspectum, at nulli dubium quin ante hominum in
loco habitationem fuerit mons ille ingentibus ilicibus plenus.
Excisis autem arboribus produxit humus diversi generis medi-
cinales herbas et aromaticas plantulas. nam hodie herbarii in
lateribus montis illius querunt radices virtuosas et herbas
odoriferas pro aquarum medicinalium destillatione et balneorum
confectione et unguentorum compositione. Nam ea quæ in
remotis et calidis regionibus crescunt, ibi inveniuntur, quia
gleba montis illius videtur singulari quadam fœcunditate a
conditore imprægnata: ibi aer serenior, terra fœcundior, aqua
sanior et ignis quodammodo clarior rutilans invenitur. Ibi
non solum terræ nascentia sponte genita valent, sed omnia
plantata, seminata et locata uberior fructificare constat. Sed
et animalia ibi generata robustiora et cariora sunt, et præcipue
equi adeo boni et fortes ibi gignuntur, ut principes a longe
positi² a loco illo sibi mitti equos procurent, aut a regionibus
suis mittunt equas in locum, ut ibi nutritæ et imprægnatae
genita recipient. Similiter vaccæ, tauri, oves, porcelli lacte,
fœtibus, carne, cute, lana præcellunt. Sed et gallinæ magis
ibi ovant, et cetera omnia vi generativa valent. et hoc ex
naturali terræ situ, respectu cœli et siderum.

Secundo de gentili ritu in hoc loco olim celebrato viden-
dum venit. De quo licet veteres nostri nobis nihil reliquerint,

¹ Et videtur . . . supernatet fehlt bei Wibl. und Schm. ^{*} 2 vergl.
s. 162.

sane tamen opinari possumus in loco gesta ex præfata loci et montis qualitate, et ex veterum ad huiusmodi loca affectione, prout docemur carminibus theologiae poeticæ. Ea enim, quæ veteres egerunt in uno loco postea pro Diis habiti, in omnibus orbis locis æqualibus aliquo modo loco primæ actionis celebrabant et veterum actiones præsentabant, locumque sacratum habebant, ac si Dii ibi personaliter fuissent. sicut patet de Venere, quæ in Cypro libidini vacans Paphum montem cavernosum sibi sacrabat, et quoslibet ad eum montem venientes ab omni absolvebat pudicitia, licentiam dans ad nutum lasciviandi. post cuius mortem non solum mons ille Cyrius, sed in multis regionibus montes sacrauti Veneri habebantur. et tam ^{Gold.}
_{Fr. 266.}

stulti erant homines, ut sicut Cypri dicebant apud se fuisse et adhuc in monte habitare, sic Apuli contendebant apud se eam degisse et iam in suo monte Apuliæ cum Diis deliciis frui. quod Hibernici negantes signis et portentis ostendebant Venerem nusquam nisi apud eos fuisse, eamque deliciis vacantem in monte frequenter audire et sensibiliter percipere dicebant, et plures apud se esse, qui eius deliciis interfuisse se affirmabant. sic et alii putabant Venerem apud se in monte esse. Unde accedit ut in multis regionibus mons Veneris sit, ut supra patuit. Et tamen non potuit esse nisi una Venus quam in omnibus cavernosis colebant montibus. Idem patet de Jove, qui in Olympo monte habitans colebatur, cui postea pæne in omnibus regionibus montes dicabantur. unde hodie montes multi Jovis habent nomen. Præcipue tamen montes nemorosi venerabiles erant antiquis. Ideo sæpe legimus quod in locis, ubi nemora non erant, lucos plantabant, ut inter frondes sacrificarent. Et sub omni ligno frondoso divinis esse vacandum docebant, quem ritum Judæis sæpe fuisse reprobatum et prohibitum legimus. Et quia quercus sunt frondosæ densitate ramorum, latitudine foliorum et multitudine glandium, altæ et vetustissimæ, ideo in nemoribus queruum maxima erant ab antiquis instituta sacrificia, cuius primi homines dederunt causam, qui nullum alium sciebant cibum nisi queruum fructus, glandes, quos primo ab eis inventos dicit Isidorus et poete ut supra. Unde rodentes glandes suæque esuriæ consulentes arbores ipsas tanquam suos colebant Deos. Sed Jupiter ad-

veniens sibi illum honorem exhiberi voluit, dicens se esse
arborum Deum. Unde in Chaoniæ regione mons Dodona no-
mine, nemorosus, quercubus plenus templum sacrum Jovi habe-
batur, de quo Ovidius ¹ inquit: »et quæ deciderant patula Jovi[s] arbore glandes.« Ad illum enim montem de longinquis
mundi partibus homines veniebant, et sub quercubus stantes
responsa Deorum quærebant, et columbæ quædam veteribus
Gold.
Fr. 367.
quercubus incidentes poscentibus respondebant tanquam a Jove
Gold.
Ulm. 96.
missæ. Unde ipsius Jovis responsa nusquam facilius reperi-
bantur quam in nemoribus ilicium, cui singulariter quercus
dicatae erant. Pro summo enim Deo se coli iubebat, et templo
sua ac statuas et simulacra non nisi ex quercinibus lignis fieri
ordinaverat, quæ solidissima sunt et per longa secula duratura,
ideoque templis construendis aptissima. quapropter Esaiæ 44 ²
de fabris simulacrorum ex quercu et ilice inventio habetur.
unde apud gentiles ritus arborum, lucorum et nemorum mansit
quasi usque ad ætatem nostram etiam in Europa, ut patet
supra. Sed et sacra scriptura videtur consentire in quercuum
divinitatem, nam Abrahæ ad ilicem Mambre ostensa fuerunt
grandia mysteria. Præter ea quæ dicta sunt, antiquorum stoliditas
montes Orchaidis ³ Nymphis sacrabat; et si silvosi montes
erant, Nymphas Dryades prædictis iungebant; et si cum hoc
aquosi erant, Naiades ⁴ Nymphas sociabant dictis. Ex omnibus
his patet, montem Elchingen sacratum quondam Diis fuisse
vel absque hæsitatione sacrabilem fuisse. Et primo, quia ibi
glandes tanquam meliores eligebantur a silvestribus hominibus
in cibum, propter quod montem tanquam habitaculum suorum
Deorum id est quercuum sacratum habebant. Secundo Jovi
Dodonæo vel Jovi Olympio et propter quercus et propter alti-
tudinem erat sacratus. Unde saepè legimus divum Benedictum
fana Jovis et Apollinis de montibus præcipitasse. Sed et Faunis,
Satyris et Nymphis montium, silvarum humiditatumque Diis
sacrabilem eum montem nemo intelligens dubitat. et ita patet
secundum promissum.

Tertio de abusu seculari in loco illo videre restat. Quia

*

1 Metam. 1, 106. 2 Jes. 44, 13. 14. 3 Orchaidis Gold. ut. Orchay-
dis Sch. Kl. Mon. 1. 4 Naydas Mon. 1. Sch. Kl.

enim idolorum cultura perennis esse non potuit, sed per temporum decursum deficiebat, inde accidit, ut in locis ubi quondam Deorum templa stabant, ibi tyranni castra, arces et fortalicia erigebant ipsa dirutis templorum muris superaedificantes, sicut accidit in monte Cassino, ubi de vetustissimo Apollinis fano castrum fuit factum firmissimum, et postea sancti Benedicti cœnobium. Et in legenda beati Dominici habetur, quod generosus comes Montis Fortis tradidit beatissimo patri nostro ^{Gold.} _{Fr. 218.} Dominico in monte castrum Samuel ¹, in quo olim fanum Jovis fuerat, et ecclesia ipsius castri nomen idoli retinuerat dicebaturque fanum Jovis etiam post fratrum prædicatorum inhabitationem. Sic et factum fuit in monte Elchingen. dum enim templum Jovis ibi defecisset, aut forte a Christianis primis dirutum fuisse, tyranni et dominatores regionis veteribus fundamentis superaedificavere turrim et arcem altissimam omnem circumcirca regionem prospectantem, quam non tam pro sui altitudine et fortitudine, quam inhabitatorum inhumanitate et crudelitate nominabant turrim Babylonis, quia in modum eiusdem turris nubes suo culmine tangere videbatur, et nova stirps Nimrotica omnibus formidabilis in ea resuscitata existimabatur. Hæc autem terribilis arx in eo montis loco stabat, ubi nunc torcular est et diversorum monasterii, sub quo tempore suo fœminæ linum parant et currus ac carri et aratra locantur ne a pluvia lœdantur. Juxta turrim autem per gyrum ædificaverunt cruenti illi et sævi prædones habitacula cum moenibus et propugnaculis in formidinem et terrorem totius regionis. Nec alio vacabant nisi quod transeuntes sursum in arcem ductos, spoliatos et tortos ², vitam eis duro cruciatu extorquent, et corpora occisorum intra tyrannicam mansionem terræ visceribus immergebant. unde usque hodie in omni loco ubi fossum fuerit reperiuntur humana ossa, quæ sunt haud dubium reliquiae aut hominum a latronibus occisorum, aut ab idolatriis in sacrificiis Deorum immolatorum. Sed et solidissima et in-

*

1 ? Sannuel Gold. ut. auch Mon. 1. Sammuel Wibl. Sammuel Sch. Kl. Schm. 2 transeuntes . . ductis, spoliatis et tortis, vitam eis Gold. ut. Wibl., nicht Mon. 1. Sch. Kl. Schm., welche alle haben transeuntes . . ductos, spoliatos et tortos, vitam eis u. s. w.

gentia fundamenta reperiuntur in terræ profunditate, et testudines muratæ, et specus subterranei olim habitacula gentilium et latronum. Multo autem tempore stetit locus ille sub hac truculenta conditione, et oppido Ulmensi multa intulit nocu-
 menta, eratque ei in oculis spina. Ad reprimendum autem insolentias illorum latronum creditur ædificata fuisse arx Al-
 begg, et multa certamina hinc inde fuisse usque ad tempora Conradi imperatoris, fratris Friderici primi, sicut dicetur in sequentibus. Parochia autem castri et arcis Elchingen erat
 ecclesia sancti Pancratii, quæ hodie monasterio annexa est, ad quam multus populus spectabat etiam de transdanubianis locis.
 Nam Leiphaim¹ oppidum ad illam parochiam pertinebat. unde anno præterito Dominus Augustensis cum suis numerum paro-
 chiarum ecclesiarum suæ diœcesis scire cupiens inter alias etiam reperit ecclesiam sancti Pancratii, et nemo scivit quicquam de illa ecclesia ubi esset, vel quis ibi plebanus esset, usque ad ultimum compertum est, quod esset ecclesia parva in Elchingen,
 olim parochia, nunc autem capella.

Gold.
Fr. 260.

Quarto videamus, qualiter locus ille Elchingen ad divinum cultum sit deductus. Anno domini 1128², cum Heinricus huius nominis V. imperator obiisset, convenerunt principes electores ad alterius regis electionem, et divisi in partes, duos elegerunt reges, scilicet Lotharium Saxonie ducem, et Conradum de Staufen Sueviæ principem. erant autem ambo duces affinitate sibi juncti, quia Conradus, frater Lotharii, sororem Conradi, ducis Suevorum coelecti, dominam Luciam³ uxorem habuit, cui castrum Elchingen turris Babylonis, quod erat ducum Sueviæ, pro sorte suæ hæreditatis cessit. Cum ergo ambo essent electi, nec tamen nisi unus regnare posset, non obstante affinitate graves guerras simul habebant, et uterque sibi populum im-
 perii attrahere satagebat, plurimum turbantes patriam. Verun-
 tamen Lotharius maiorem adhærentiam habebat, utope cui papa et cardinales favebant et multos sibi Italicos in adiu-
 torium miserant, et rex Ungariæ et duces Saxonie et duces Bavariæ. Suevi autem suo adhærebant Conrado. Et crescebant
 Ulm 96.

1 Leiphaim Wibl. Liphaim Mon. 1. Gold. ut. Leibhaim Sch. Kl. Schm. 2 So haben alle; soll aber heißen 1125! 3 ? Luitgard, gemahlin Conrads des Frommen, markgr. von Meissen?

mala inter partes, præcipue tamen Suevos et Bavaros, qui se invicem in conterminis lacerabant. Ex Ulma enim pars Conradi deprædationes Bavarorum faciebant, unde ad reprimendam Suevorum audaciam et terrendam Ulmam posuit Lotharius præsidium militum in turrem Babylonis Elchingen, quæ ad duces pertinebat Saxoniæ ratione dominæ Luciae sororis Conradi electi ut dictum est. Ex arce ergo illa Elchingensi quotidiana fiebant latrocinia, et Suevi transeuntes captivabantur, sursum ^{Gold.}
_{Pr. 270.} trahebantur, spoliabantur et occidebantur, humumque cadaveribus implebant, et vice versa armati de Ulma in Saxonès, Lombardos, Ungaros et Bavaros sæviebant, et quosdam valde caros et pretiosos Lothario electo spoliatos et in Ulmam ductos occiderunt. Quod Lotharius ægre ferens collecto exercitu ingenti Ulmam ascendit eamque obsidione arctissima vallavit et cepit, et occisis habitatoribus civitatem ipsam funditus destruxit, et spolia multa ex Ulma rapta in arcem Babylonis reposuit. Quo facto Lotharius, quia existimabat in destructione Ulmæ cor Conradi confractum, cum exercitu grandi versus Romam benedicendus a papa migravit, sed morte præventus in Verona ¹ obiit. cui per concordem principum electorum electionem dictus Conradus dux Sueviæ successit, et Ulmam reædificari præcepit et ampliari. Saxonès autem et Bavarì ac Italici in sua permanentes pertinacia, Conrado rebellarunt ad papæ iussionem, cui electio displicuit. Et fuit gravis concertatio inter partes, in qua concertatione initium sumpsit maledicta et pestifera divisio populi christiani in Gibellinos et Gwelfos quæ usque hodie Italianam infectam tenet. Ædificabatur autem Ulma, et erat Gibellina, id est de parte regis, et Elchingen Babylonis arx erat Gwelfina, id est de parte papæ. Porro Gibellini proficiebant in dies, et post multas strages humiliati sunt Gwelfi, et Conradus obtinuit imperium et redditæ est terræ pax. Verum multis suspecta erat pax et dolum in pace formidabant, interim quod arx inimica Elchingen militia Saxonum munita esset. Quapropter Conradus rex demandavit Conrado duci Saxoniæ præsidium militum tollere de arce, et eam redi et vendi ducibus Sueviæ, et si nullum horum fieret, vi eam capere vellet

*

1 nein, in den Tiroler alpen, auf dem heimwege.

et funditus everttere. Veritus autem dux Saxonie regis Conradi potentiam, cum uxore sua, domina Lucia, de qua arcem habuit, contulit de imperato facto: et ecce, spiritus Domini instinctu deificum et salubre invenerunt remedium, ut arx illa nec Suevis nec Saxonibus munitio ad patriæ et regionis turbationem <sup>Gold.
Pr. 271.</sup> esset; et cui Conradus rex etiam non posset contradicere. Unde de consensu dominæ Luciæ et ducum Sueviæ anno domini 1142 Conradus dux Saxonie cum domina Lucia uxore sua ducissa Sueviæ, sorore Conradi regis et Friderici primi huius nominis, postea imperatoris, devotissime arcem Elchingen cum omnibus attinentiis obtulerunt Deo et beatæ Mariæ virgini et sanctis apostolis Petro et Paulo, et divo Benedicto et præsuli sedis apostolicæ Lucio huius nominis papæ secundo, abdicantes omnia iura sua in perpetuum, et huius donationis seriem¹ sigillatis litteris ad sanctissimi domini papæ pedes per solennes nuncios proiecerunt, qui oratione ornata facta in consistorio Romæ coram papa et cardinalibus de turre illa disseruerunt per longum, quomodo ab antiquo refugium fuerit desperatorum hominum et pacis turbatorum, et quod stante ea sub secularium potestate, non posset dari regioni securitas et pax, nec expediatur tam egregium montem per arcis subversionem sine habitatione stare, et quomodo consensu principum ideo oblatus sit mons ille cum turre Babylonis Deo et suo in terris vicario papæ, quatenus turre illa mundanæ confusionis semota et prædonibus electis titulum sacræ religionis ibi erigat, et monachos armatos disciplina regulari in locum ponat, qui turbatam pacem in regione reforment, et cunctis in consolationem spiritualem fiant, ut ubi abundavit delictum, superabundet gratia, et unde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Hæc ut papa cum omnibus assidentibus audivit, theutonicorum principum plurimum admiratus devotionem, factum commendavit, dictumque montem Elchingen cum turre Babylonis cum gratitudine et gaudio in suam et ecclesiæ recepit sortem, et ab omnium secularium potestate exemit et de facto absolvit, sibi suisque in sede Petri successoribus immediate subjecit in nomine patris, filii et spiritus sancti.

*

¹ seneni? Kl. Alle andern haben seriem! Soll es heißen sententiam?

Statim autem misso legato in Alemaniam, collegit probatos monachos, cum quibus in Elchingen veniens eis locum auctoritate apostolica designavit sectarique bona opera iuxta divi Benedicti instituta demandavit, præcipiens eadem auctoritate, ut in signum immediate subiectionis apostolicæ sedi singulis annis perpetuis temporibus unum aureum duntaxat Romam in cameram papæ mitterent. Et ut huius facti perpetua maneret memoria, fecit papa confici plumbeam bullam, in qua dictam donationem ratificavit, et montem illum cum habitationibus et hominibus immediate sedi apostolicæ subiecit, districtius¹ prohibuit, quo potuit, ne quis amplius se de hoc intromitteret loco. si quis autem ausu temerario hoc attentaverit, et in posterum gravare monasterium conatus fuerit, eidem imprecatur papa æternam maledictionem et indignationem Dei et apostolorum Petri et Pauli, et vinculo anathematis durius, quo valet, stringit. Et quia Romanus pontifex loco personaliter adesse non potest, ut ipsum a malis custodiat hominibus, commendavit montem et conventum illum Romani imperii imperatori, præcipiens eidem tueri locum ab insolentibus. Hanc tuitionem multo tempore imperatores per se fecerunt, nonnunquam autem in eorum absentia comitibus propinquioribus commiserunt, ut dominis illustribus comitibus de Helfastain,^{Gold. Ulm 97.} qui tunc potentes in Suevia erant, qui loco imperatoris tutabant hoc monasterium, nec regebant, nec domini aut procuratores monasterii erant, sed tantum substituti loci tutores, quæ tutatio etiam aliquando aliis quam dominis de Helfastein fuit commissa ab imperatore. Sed quia imperatores monasterio aliquando tutores dominis et monachis minus acceptos et inutiles substituerunt, privilegium impetraverunt ab imperatore, ut abbas cum suis sibi placidos et utiles possent eligere tutores. Igitur monachi in locum positi turrim Babylonis, arcem prædonum, speluncam tyrannorum, molem diaboli funditus everterunt, et e regione eius ecclesiam cum alta campanarum turri erexerunt, ut Christi fideles, qui prius arcem insignibus tyrannorum ornatam cum formidine solebant inspicere et clamores custodum et speculatorum clangores cum terrore audire, iam

*

1 so alle.

^{Gold.} ^{Fr. 273.} visa turri cum signo crucis lætificantur et securitatem acciperent, ut ex sonitu campanarum ad divinas laudes ascenderent. Annexerunt autem ecclesiæ grande monasterium, multorum servorum Dei habitaculum, ad quorum sustentationem principes et nobiles etiam longius positi ¹ bona sua contribuebant. Nam in Bacenis ² silva, quam nos Nigram silvam nominamus, villas, prædia et possessiones non paucas habebant in terminis monasterii sancti Blasii in eadem silva situati, et monasterium idem plures habebat possessiones in terminis Elchingensium. Quapropter anno domini 1150 ³ convenerunt fundatores amborum monasteriorum et principes aliqui et multi nobiles in villani Naw, et partiti sunt villas, prædia et possessiones amborum dictorum monasteriorum, et ea quæ ad sanctum Blasium pertinebant vicina Elchingensibus, ipsis Elchingensibus assignabant, et contra, quæ Elchingensibus propinqua sancto Blasio erant, ad sanctum Blasio pertinere ordinabant, ne patres amborum conventuum cogerentur in remotiora sollicitari et evagari. Hæc commutatio prædiorum et villarum facta est per manus advocatorum utriusque ecclesiæ, Conradi regis advocati Elchingensis cœnobii, nec non et æquivoci eius Conradi ducis advocati monasterii sancti Blasii. Ex his colligere possumus quod tunc erant aurea tempora, dum principes et nobiles tantum pro religiosis solicitabantur, et bonis suis eos ditabant, tanto fervore quanto nunc infelicibus temporibus nostris ad monasteriorum anhelant spoliationem. Sed et religiosi iisdem temporibus regularibus disciplinis diligentissime intenti in se provocabant cœlestium et mundanorum affectus, ex quibus consequbantur spiritualium et temporalium augmentum. Non solum autem virorum conventus in Elchingen erat, sed devotissimæ virgines in eum congregabantur locum, et ibi iuxta abbatis consilium mansionem ad latus fratrum conventus ædificabant, et Deo pariter serviebant in sanctitate, devotione et castimonia viventes. Communiter enim ad conventus virorum ordinis sancti Benedicti adiuncti erant conventus mulierum eiusdem ordinis antiquitus ante nostra miserrima et criminibus

^{Gold.} ^{Fr. 274.}

1 vergl. s. 154. 2 Bacceenis sylva Sch. Kl. in Sylva nigra sive Hercinia Wibl. Schm. S. s. 107. 3 M.C.LX. Gold. ut. M^oC^o sexagesimo Mon. 1. 1150 Sch. Kl. Schm. 1160 Wibl. nicht Schm. Conrad starb 1152.

plena tempora. Quamdiu ergo domini¹ bene vivebant, tamdiu moniales sanctæ erant. sed deficientibus monachis et monachæ deficiebant, prout sequentia declarabunt.

Quinto videre restat de religionis miserabili defectu in Elchingen. Nam successu temporis cum religio divi Benedicti ubique pæne deficeret, incepit et in Elchingen languere adeo graviter, ut monasterii materiales structuræ minarentur ruinam cum religiosis moribus dominorum et patrum. Sublatis enim spiritualibus fugerunt a loco temporalia, et in tantam devenit locus diffamiam et inopiam, ut conventus sororum penitus deficeret et in nihilum redigeretur. Conventus etiam fratum in tantum dilapsus est defectum, ut non haberent tantum, quod possent nutrir iibi tot fratres, qui saltem horas canonicas psallerent, et deficiente vel moriente abbate non erant monachi, qui alium eligerent, et tandem ad hoc venit ut non esset nisi unus monachus abbas vel abbatis loco cum servo seculari et ancilla coqua. Credo autem locum illum in tantum devenisse defectum anno 1346, quando maxima pestis totum occupavit mundum, in quo non solum monasteria evacuata fuerunt monachis, sed civitates et villæ grandes sine habitatoribus manserunt. et in ista peste religio pæne omnium ordinum in nihilum fuit redacta, sublatis ex hac vita senibus. Eadem etiam fere tempestate fuit persecutio Romanæ ecclesiæ et omnium ei faventium excitata per Ludwicum Bavaram, in qua plura monasteria penitus defecerunt. Insuper circa eadem tempora abbas de Owia et monachi in Ulma triumphantes dominabantur, et inexplicabiles expensas faciebant, dilapidantes sui monasterii bona que Ulmæ habebant. ad hoc autem advocabant monachos sui ordinis Ulmensibus vicinos de Elchingen, Wiblingen et Blaubüren et Ochsenhusen, et ad idem faciendum inducebant. quo in tempore Elchingen in temporalibus non modicam ruinam sustinuit. dicitur enim quod circa illa tempora monachus provisor conventus in Elchingen omni die cum ^{Gold.}
_{Fr. 275.} servo suo Ulmam intravit, et in tabernis Bacchi officiis intentus [erat] usque ad vesperam. Vespere transito, cum repleti essent, replebant etiam flascones pro nocturna cœna extra in monasterio

*

1 domini haben alle.

fienda. sicque de civitate exibant lætis mentibus et vertiginosis capitibus, et cum per arva descenderent, saepè magnas difficultates patiebantur in fossis pratorum, ita quod nonnunquam luto infixi exire non potuissent, nisi confortationem ex flasconibus suscepissent. Ex his et aliis ordo divi Benedicti illis temporibus nimis vilipendebatur ubique. unde seculares calamitati ordinis compatientes nonnulla monasteria ad suas recipiebant manus, et vices abbatum, præpositorum et priorum gerebant. nam et Elchingen, de quo loquimur, aliquibus annis sub regimine secularium sine abbate fuit, sicque multis annis in desolatione stetit.

^{Gold.}
_{Ulm. 98.}

Sexto et ultimo videre restat de Elchingen, quando et qualiter ibi reforuit conventus religio et observantia cum temporalium notabili augmento, et utilium personarum incremento. Anno enim domini 1412 resumere cœpit sancti Benedicti ordo cornua. nam insignis vir dominus Ludovicus Berber [Bembus?] ¹ eiusdem ordinis monachus ad sanctam Justinam Paduæ ² incipit congregationem sanctæ Justinæ, in quam multi convolaverunt devotissimi viri, qui passim monasteria dilapsa erigentes reformationem inducebant ordinis. Multi autem abbates, timentes observantiam, per se vigilantius regere cœperunt, ne argui possent negligentia, et reformari. Unde loca lapsa erigere cœperunt, et collectis monachis abbates locis præfecerunt, quæ diu vacaverant, et divina officia multis annis suspensa resumperunt, non quidem propter devotionem, sed ut haberent apparentem reformationis excusationem. Et illo tempore Elchingen in conventum recrevit, abbatem habuit, et officia divina perfecit et in temporalibus revirescere cœpit. sine tamen cærimoniis ordinis vivebant nec observantiam fieri optabant usque ad tempora domini Zwirmar ³ abbatis, qui erat abbas anno

^{Gold.}
_{Fr. 276.}

domini 1450. Illius venerabilis viri cor Deus tetigit et de reformatione cogitare et tractare cœpit. unde iuvenes ad studia misit et ad loca reformata direxit, ut mores addiscerent reliquorum. quibus revocatis, adiutorio reverendissimi in Christo

*

1 Berber Sch. Kl. Wibl. Schm. Berben Gold. ut. Berbem (?) Mon. 1. Vergl. unten s. 177. 2 badue Mon. 1. Praduæ Wibl. Paduæ Schm. 3 Zwirmar Sch. Kl. Wibl. Schm. Friderici Zwirna Gold. ut.

domini Petri de Schonberg¹, cardinalis et episcopi Augustensis, et domini abbatis in Wiblingen conventum reformat. Sed quia senex erat, et fratres et conventum sequi non poterat, resignare officio cogitabat, quatenus² aliquis iuvenis et laboriosus institueretur, qui sciret et posset conventum regere, et quia sine auctoritate et licentia domini ordinarii Augustensis resignationem facere non poterat, descendit in Dilingen³ ad dominum cardinalem et intentum suum eidem exposuit. Noluit autem dominus cardinalis ut resignaret, sed personaliter⁴ in Elchingen ascendit et conventum per se visitavit singula perscrutans. Visitatione ergo accepta abbatem exaudivit, qui officio libere resignans in manus domini cardinalis et conventus, cessit dignitati. Deposito ergo abbatem hortabatur cardinalis monachos, ut de alio sibi providerent capite, de aliquo religioso et bono viro, et tres vias iuris eligendi prælatum eis exposuit, ut eligerent aut per communem inspirationem aut per compromissionem, aut per scrutinium. Electa est ergo media via compromissionis concorditer ab omnibus, et in tres personas totus compromisit conventus, scilicet in reverendum dominum Petrum de Schonberg, cardinalem et episcopum Augustensem, et in dominum Udalricum Hablitzel⁵, abbatem in Wiblingen, et in dominum Leonhardum Gossel⁶ vicarium episcopi Augustensis. Statuto ergo die celebratis ex more missis⁷, omnibus de iure servandis rite et solemniter servatis, processerunt prædicti tres ad electionem, et concorditer elegerunt in abbatem Elchingensem venerabilem virum dominum Paulum Kast de Ulma, de honesta Kastensium non infima Ulmensium familia, de qua etiam præcedens abbas dominus Fridericus fuerat. Et quamvis dictus dominus Paulus adhuc iuvenis esset, utpote qui noviter de universitate Wienensi ascenderat et primitias celebraverat, tamen senile cor existimabatur gerere et venerandum.

^{Gold.}
^{Fr. 277.}

*

1 Schaunberg Mon. 1. Schomberg Gold. ut. 2 quatinus Gold. ut.
 (nicht Mon. 1.) 3 Tilingen Sch. Mon. 1. Tillingen Kl. Dillingen
 Wibl. Schm. Dilingen Gold. ut. 4 sed met personaliter Mon. 1.
 Gold. ut. 5 Vldaricum Kl. Wibl. Schm. Udaricum Sch. Hablitzel
 Gold. ut. Mon. 1. Hablitzel Kl. Sch. Schm. Wibl. 6 Gessel Mon. 1.
 7 celebrabatur ex more Missa Gold. ut., nicht Mon. 1.

mentis caniciem habere. Ideo multis senioribus se fuit præelectus anno domini 1461, die 4 januarii mensis, et usque hodie 28 annis¹ feliciter gubernat, quamdiu Deo placuerit. Statim enim ut electus fuit, incepit non segniter agere, sed toto nisu ad instaurationem conventus in personis religiosis, in structuris, et in temporalibus bonis aspirabat. Quantum autem monasterium Elchingen sub hoc venerabili viro profecerit in religione, fama, personis, divitiis, structuris, etsi sileant ora, clament opera, effectus demonstrant, nec est apud me dubium, quin a prima institutione illius monasterii nunquam fuerit tam gloriosum tamque famosum sicut hodie. A fundamentis enim renovavit spectabilis vir ille structuras conventus, quæ usque ad sua tempora nimis artæ et indispositæ fuerant, et tam magnifico et præclaro opere perfecit, ut absque stupore videri non possit. Veruntamen multa plura et conventui utiliora, quæ non oculis videntur, industria huius viri conquæsita sunt. Insuper propter magnificentiam illius prælati et lucidam conventus sui famam, sanctissimus pater dominus papa Sixtus huius nominis IV singularia quedam contulit privilegia et gratias spirituales. et serenissimus imperator Fridericus III eum conventum d' novo in suam recepit protectionem et multas contulit grandes prærogativas imperialibus sigillis perpetuatas. Ex hoc denique conventu electi sunt ævo nostro ad loca alia insignia prælati, et nonnulli conventus reformati per patres assumptos ex eo. Inter omnia autem præcipue reddit conventum illum fama præclarum, sicut et alias ordinis illius conventus, quod hospitalitas sedulâ omnibus exhibetur advenis et largissimæ eleemosynæ pauperibus tribuuntur, et omnia præconia posita supra ordinis sancti Benedicti in hoc, de quo loquimur, reperiuntur conventu. Placuit autem mihi diffusius loqui in hoc meo evagatorio de illo insigni conventu, quia singulare adiutorium ex eo habui de gratia præfati patris et domini abbatis pro exsequendis peregrinationibus meis in terras

*

1 Somit war dieser Abschnitt geschrieben im Jahre 1489 (1461+28). Vergl. princ. V cap. 2 s. 148. Gold. Fr. 259. Ulm 92. S. auch s. 170 und 172. Mon. 1 hat 1461 die X januarii; alle andern die 4 januarii.

transmarinas ad dominicum sepulchrum et Jerusalem et alia loca sancta¹.

Cap. 4.

Goldast.
cap. VIII.
Francof.
278.
Ulm. 90.

De monasteriis Medingen et Medlingen².

Post Elchingen sequuntur ordine promisso supra Medingen et Medlingen monasteria duo monialium ordinis prædicatorum. Volui autem de his duobus singulariter loqui in tractatu de Ulma, quamvis sint ambo in parte Bavarorum, ex eo quia in utroque monasterio multæ Ulmensium degunt filiæ eaque quodammodo regunt.

Medingen monasterium ancillarum Christi solenne et antiquum a generosis comitibus de Dilingen, Kyburg et Habsburg³ fundatum est, sub regula sancti Augustini et cura fratrum prædicatorum. quod nonnulli existimant fuisse monasterium monialium ante institutionem ordinis prædicatorum et postea eidem ordini commissum et incorporatum. Multa enim monasteria monialium sunt incorporata ordini prædicatorum, quæ tamen longe ante Sanctum Dominicum sub regula sancti Augustini vivebant et sorores poenitentes dicebantur, quales etiam fuerunt sorores in Kirchen et in Medingen, nunc ordinis nostri. Non autem fuerunt per vim ordini subiectæ, sed ordo ad earum instantiam fuit per sedem apostolicam coactus eas suspicere. Postquam autem monasterium Medingen fuit ordini adiunctum, incepérunt miro modo proficere sorores et numero augmentari in tantum, ut nec locus eas capere posset, nec bona earum sufficerent pro nutrimento tot personarum. Unde paupertas earum et gravamen delata fuit ad papam Clementem IV, qui

*

1 in Jerusalem et ad alia Mon. 1. Gold. ut. Mon. 1 setzt nach loca sancta bei: etc. Wibl.: sepulchrum Goldast in Jerusalem et ad alia etc. Sonderbar steht hier der name Goldast dazwischen! Offenbar abgeschrieben von Schm., welcher Goldast in und nachher et ad alia am rande hat, mit zeichen im text, um diesen nach Goldast zu ändern; so: ad dominicum sepulchrum et (*Goldast in) Jerusalem aliaque (*et ad alia) loca sancta. 2 et Medlingen monialium Mon. 1. 3 Tylingen Mon. 1. Tillingen Sch. Kl. Schm. Rittingen Wibl. Kyburg Mon. 1, Gold. ut. Küburg Sch. Kl. Wibl. Habsburg bei Sch. ausgestrichen.

anno domini 1265 ecclesiæ præfuit, et dedit eis licentiam aliud instituendi monasterium sui ordinis, in quod reponi deberent sorores quindecim ex Medingen pro relevamine illius conventus. hoc ut inter nobiles vulgatum fuit, generosus vir Waltherus a Vaimingen¹ contulit sororibus villam suam Medlingen cum omnibus bonis et attinentiis cum adiutorio et in præsentia ^{Gold.}
^{Fr. 279.} nobilis viri Heinrici Spet et multorum nobilium, qui manus adiutrices porrigebant ad ædificationem monasterii Medlingen anno domini 1266 nonis maji. Ædificato autem monasterio miserunt Medingenses quindecim sorores in Medlingen, quæ venientes in locum devotissimo famulatu Deo serviebant, ad quas multæ aliæ virgines nobilium filiæ confluabant. Tanto autem affectu dominus Waltherus baro de Vaimingen fundator earum ad eas erat inclinatus, ut quotidie diurnis officiis interesset, et saepe nocturnis horis de Vaimingen ascendit ad matutinas. In agonia autem constitutus apud eas sepeliri se mandavit et rogavit eas, ut, si contingenter eas ab illo migrare loco in alium, quod ossa sua pariter secum tollerent. Existimabat enim vir prudens, sorores si multiplicarentur, non mansuras in illo loco propter aquarum defectum. sed ariditate illa non obstante, usque hodie in loco manent. Steterunt autem illa monasteria duo longo tempore in vita devota usque ad totius ordinis prædicatorum destitutionem. tunc enim in dies decrescebant ambo, et multiplicabantur scandala in totius ordinis confusionem et patriæ turbationem, quæ propter honorem ordinis non expedit singulariter tangere. Tandem autem ævo nostro crescentibus reformationibus, cum iam conventus fratrum in Ulma esset reformatus per reverendum magistrum Ludovicum Fuchs, cœpit idem magister etiam tractare de reformatione illorum duorum monasteriorum, et hortabatur venerabilem patrem Ægidium Schwertman², priorem Lantzhusensem³, ut apud illum principem dominum Ludwicum Bavariæ du-

*

1 Vainingen Kl. Waltherus baro de Vaimyngen Mon. 1. Gold. ut., wohl Feimingen an der Donau, zwischen Gundelfingen und Lauingen nicht Finningen, nördl. v. Dillingen, nahe an der württembergischen Grenze. 2 Swertman Mon. 1. Schwertmann Wibl. Swertinam Gold. ut. Schwertman Sch. Kl. Schm. 3 Lantshutensem Wibl. Lantzhusensem Mon. 1. Gold. ut. Lanzthutensem Schm.

cem rem hanc dederet. Et ita res illa per principem postulata est a magistro ordinis et commissa prædicto patri Ægidio Schwertman, qui anno domini 1467 primum conventum, scilicet Medingen reformavit, clausuram ordinis multis laboribus inducens. Difficilius autem fuit secundum conventum, scilicet Medlingen, reformare, quia erat valde pauper et magnis implicatus debitibus, et ruinosus in structuris, graves et duras habens personas, et nemo libenter manum apposuit. Verum princeps ^{Gol. I.} _{Fr. 280.} terræ quiescere noluit, quo usque reformaretur. Anno ergo domini 1468 adductæ sunt sorores de Schönenstainbach¹ reformatrices, et impositæ monasterio Medlingen ipsum reformatrunt, et pluribus annis in magna penuria ibi degerunt, adeo ut pene desperarent se ibi posse manere et propter penuriam et debita et ruinam structurarum, et maxime propter inquietudinem aliquarum antiquarum sororum, quæ cum suis amicis non solum conventum, sed totam vexabant provinciam. Erat autem in Ulma quædam virgo, cui parentes sui defuncti multam reliquerant substantiam. hæc votis ob Dei amorem se obligans monasterium aliquod intrare deliberabat, et longe lateque Sueviam circumiens et usque Basileam transiens, quærens locum in quo Deo melius servire posset, vidi que diversorum ordinum monasteria et inclusoria. tandem autem cum multa insignia perlustrasset loca, omnibus postpositis ad miserrimum monasterium Medlingen propter eius necessitatem animum concepit. Unde anno domini 1474 in die sanctorum Crispini et Crispiniani receptis omnibus bonis cum grandi monasterii benedictione ingressa est et habitu ordinis induta cum magno gudio sororum et ingenti fletu amicorum. Erat autem virgo illa de honesta et vetusta Schleicherensium² familia, dicta Margaretha Schleicherin³, et cum suis fratribus ac sororibus ac multis amicis et magna comitiva ad nubendum Christo descenderat. Induta autem novitiatum devote peregit, et anno revoluto professionem fecit. Adeo autem religiose, pacifice et prudenter se gerebat, ut anno sequenti a sua pro-

*

1 Schönen Steinbach Wibl. Schonenstainbach Schm. und die andern.
 wo? 2 Sticherensium Mon. 1. Schlicherensium Gold. ut. Schleicherensium Sch. Kl. Wibl. Schm. 3 Slicherin Mon. 1. Schlicherin Gold.
 ut. Schleicherin Sch. Kl. Wibl. Schm.

fessione in priorissam eligeretur. Incepit autem non segniter
 Gold.
 Ulm. 100. agere, sed prefectui monasterii in spiritualibus et temporalibus
 indesinenter insistere, et prosperatum est opus in manu eius,
 et antiqua monasterii bona dudum vendita sunt redempta, et
 debita soluta, et ruinosa refecta, et singula in melius reformata.
 Multas tamen adversitates in omnibus his hæc prudens virgo
 sustinuit, quas viriliter transcurrrens usque in hanc horam im-
 munis evasit. Obiit ¹ hæc mater Margaretha Schleicherin anno
 donini 1502, in die visitationis Mariæ, quam Jesus Christus
 Gold.
 Fr. 281. sponsus suus dignetur in longum cum suo merito conservare.
 Hanc non incongrue secundam illius monasterii fundatricem
 nominaverim, quæ pæne collapsum restituit, et nisi ipsa venisset,
 revera ipsæ reformatrices manere non potuissent. sicque deso-
 latio illius monasterii per eius ingressum impedita est. Ad
 ingressum autem eius multæ virgines in Ulma motæ, etiam
 de nobilibus patriæ et optimatibus de Ulma, eam sequi festi-
 nabant, quarum plures cum opulenta substantia ad eam sunt
 ingressæ, aliae in Medingen sunt receptæ, aliae ad alia convo-
 laverunt loca. ita quod ab ingressu prædictæ sororis Margar-
 ethæ tot virgines cum tanta substantia ab Ulma venerunt
 ad monasteria, quod vix aliquis credat si numerare eas voluero ².
 Hæc ergo duo monasteria Medingen et Medlingen olim privi-
 legiis a sede apostolica multis sunt dotata, quorum hodie bullas
 habent plumbeas ³.

Gold.
 cap. IX.
 Fr. 281.
 Ulm. 100.

Cap. 5.

De Roggenburgensi monasterio ⁴.

In parte orientali ⁵ civitatis Ulmensis sunt plura monasteria
 ut supra patuit. de duobus tamen solum breve faciam verbum.

1 Obiit Mariæ fehlt in Mon. 1 und Gold. ut. Jedenfalls ein weiterer beweis, dass unsere handschrift nicht 1488 abgeschlossen war. S. s. 148 und 166. Vergl. übrigens s. 172, wo wieder 1489 als præsens annus genannt ist. 2 si eas numerare voluero Mon 1. si numerare voluero Gold. ut. 3 Nach plumbeas setzen bei etc. Mon. 1. Gold. ut. Wibl. Schm., letzterer hat etc. von späterer hand. 4 De Roggaburg monasterio Gold. ut. Mon. 1. Roggenburg an der Biber, östlich von Weissenhorn. 5 occidentali Sch. Kl. Schm. s. nachher; in parte »Gold.

Roggensburg monasterium præmonstratensium quinque annis post monasterium Ursperg fuit fundatum anno domini 1130 impensis illustris comitis Berchtoldi de Byberegg¹ et uxoris eius dominæ Demuot de Hohenzorn², qui omnia sua bona legaverunt monasterio, et castrum suum, quod in acie et cornu stabat, ubi nunc est hortus arboribus consitus. Hoc monasterium valde emendavit et ditavit venerabilis vir dominus Joannes Türing³, primus abbas monasterii, ante quem solum fuerant prius præpositi vel priores. ab eo autem tempore quo nobiles defecerunt, fuit per imperatores Ulmensibus commissio facta illius monasterii, ut essent eius tutores. novissime autem anno domini 1479, post obitum clarissimi ducis Bavrorum Ludwici, filius eius dux Georgius incitatus contra Ulmenses hoc monasterium in suam curam suscipere conabatur et auferre Ulmen- ^{Gold.} _{Fr. 282.} sibus tutationem eis ab imperatoribus commissam, et in hac causa fuerunt multæ celebratæ disætæ. Tandem anno domini 1486 in die sanctificationis beatæ Mariæ virginis ascendit de Weissenhorn in monasterium Ludwicus de Hasperg miles, cum multis nobilibus, et venerabilem virum dominum Georgium Maler⁴ abbatem monasterii et omnes monachos coegerunt abnegare Ulmensium tutelam et assumere Bavariæ ducem in dominum et protectorem. Et hoc idcirco fecit, ut populum villarum monasterii in sua haberet servitia, et in casu bellorum eo contra Ulmenses uteretur. Abbas autem nocte rem inique agi consciens fugam arripuit et omnia clenodia⁵ aurea et argentea vasa secum tulit, et ad Ulmenses suos ordinarios tutores confugit, eorum auxiliis et consiliis fretus. Ceteri autem monachi in monasterio manentes contra sui prælati præcepta et iussiones proterve steterunt, contra quos abbas a

*
orientali« Wibl.; Schm. hat »Gold.« »orientali« am rande, von späterer hand, mit einem zeichen im text. Das hat Wibl. mechanisch abgeschrieben. Im text steht bei Schm. occidentali.

1 Kyberegg Kl. Schm. im text, am rande Byberegg, dieses hat Wibl. und alle andern. 2 Demutt Sch. Demut Gold. ut. Demuth Wibl. Schm. Hohenzorn Sch. Kl. Gold. ut. Schm. Wibl. Hohenzoren Mon. 1. Ist das Hohenzollern? 3 Thüring Kl. Turing Wibl. Gold. ut. Mon. 1. Türing Schm. und die andern. 4 Mahler Wibl. Maler Kl. Schm. Mon. 1 und Gold. ut. haben nach Georgium eine lücke im text. 5 cleinodia Gold. ut. nicht Mon. 1. Sch. Kl. Wibl. Klenodia Schm.

sede apostolica gravissimas censuras extraxit, quas tamen minime curabant. Demum petiit a duce Bavariæ sibi reddi suum monasterium, quod cum nollet dare, obtinuit a sede apostolica intolerabiles maledictiones in omnes qui invaserant monasterium, et ab imperatore¹ accepit repressalias contra Bavariæ ducem et suos et bannum imperiale. Multi ergo armati abbati adhærentes terras et gentes ducis Bavarorum invaserunt et aliqua castra iuxta Ulmam ceperunt, et quotidie fiebant spoliationes et deprædationes per circuitum civitatis ulmensis, et spolia inducebantur Ulmam, fuitque mirabilis tribulatio regionis qualis nunquam fuit visa. Non enim erant bella alia, nisi quod abbas ille suos in civitatibus habuit ex imperatoris mandato, qui omnes ad ducem Bavariæ pertinentes ceperunt et pecuniis mulctaverunt, inter quæ tamen multus sanguis humanus effusus fuit. Manet autem tribulatio usque in præsentem annum qui est a nativitate domini 1489². Quid finaliter fiat, videbimus sequenti tempore.

Gold.
cap. X.
Fr. 268.
Ulm 100.

Cap. 6.

De Ottenbüren monasterio³.

Ottenbüren vetustissimum monasterium ordinis sancti Benedicti, corpore sancti Alexandri unius martyris de septem fratribus celeberrimum, olim divitiis affluentissimum et potentia terræ non modicum⁴. In hoc monasterio dum omnis religio oblivioni

*

1 Friderico III Mon. 1 und Gold. ut., ebenso »Frid. III« setzte nachträglich Wibl. hinein. 2 1489 Gold. Mon. 1 und alle andern! sequenti tempore etc. Mon. 1 (nicht Gold. ut.). Vergl. s. 148, 166; und 169. 1488 hat s. 42. 3 De Ottenburen monasterio Mon. 1. Gold. ut. Ottenbüren Sch. Kl. Wibl. Schm. Ottobeuren an der westlichen Günz, südöstlich von Memmingen. 4 Cod. Mon. 1. hat am rande von anderer aber ähnlicher, jedenfalls gleich alter hand: Silacus illustris dominus et comes in Hillergaw, Erminswint uxor cum (?) Titto (?), Gunciperto episcopo, Tagimberto filiis fundatores anno domini etc. (dec^o) lx. Im lexik. von Schwaben s. 357: Ottenbeuren ist 764 von Silach, einem Grafen des Illergaus und Herzog der Franken nebst seiner frau Erwinswind und 3 söhnen Gauzibert bischof, Totto und Dagobert gestiftet worden.

tradita esset, et passim monasterii bona dilapidarentur, reverendissimus in Christo dominus Petrus cardinalis et episcopus Augustensis conabatur illud reformare superioribus annis. sed difficultatem videns destitit. Deinde post obitum dicti domini cardinalis venerabilis vir dominus Joannes de Werdaberg, successor domini cardinalis in episcopatu Augustensi, insolentias illorum monachorum sufferre non valens, accepit monachos reformatos de monasterio sancti Udalrici¹ in Augusta et de monasterio Elchingen, eosque in Ottenbüren transtulit ad reformandum locum cum abbatis monasterii consensu, sed monachi impatientes disciplinæ redire sibi missos in sua monasteria coegerunt. Tandem res illa ad sedem apostolicam devoluta fuit, et missus est proprius legatus per papam ad visitandum conventum et si foret necesse, ad reformandum. quo utroque peracto post multas turbationes et expensas monachi derelquentes monasterium vagabantur per civitates et villas, et in explicabiles faciebant expensas et conabantur Suiceros² contra monasterium educere. et infinita mala sunt acta. Tandem autem abbas antiquus obiit et unus frater de Elchingen rite et ordinarie in abbatem præfектus fuit. Quo non obstante monachi extra discurrentes congregati in quodam hospitio inter se abbatem elegerunt sine iuris forma et autoritate. et in his omnibus augmentabantur expensæ grandes valde super monasterium. Post hoc tandem dux Georgius Bavarus episcopo Augustensi infestus, sub specie pietatis tanquam monasterium melius reformaturus monasterium invasit, et expulso abbatे reformata destruxit. mortuo autem episcopo Augustensi reverendo domino Joanne de Werdaberg, et instituto reverendo Friderico de Hohenzorn³, dux præfatus monasterium in manus episcopi restituit, et abbas in suum monasterium reductus fuit. Non vidi pretiosiorem infulam, nec pastoralem baculum pulchriorem, quam abbas illius monasterii habet. nec audivi in aliquo monasterio meliores et maiores campanas⁴.

*

1 Uldarici Sch. Kl. Schm.! Udarici Wibl. (nicht Schm.) 2 Swicerios Mon. 1. Gold. ut. 3 Hohenzorn Sch. Kl. Wibl. Schm. Mon. 1. Gold. ut. 4 campanas etc. Mon. 1. und Wibl. nicht Gold. ut.

Gold.
cap. XI.
Fr. 284.
Ulm. 101.

Cap. 7.

De Wiblingen monasterio¹.

Deinde ad partem meridionalem me convertendo, de Wiblingen et Hegbach² monasteriis aliquid inferam.

Wiblingen cœnobium religione singulariter famatum plus quam centum annis ante Elchingen fundatum fuit, illo aureo tempore et placibili anno domini 1099, quo Hierosolyma sancta civitas capta fuit a populo christiano, duce Gothofrido³ clarissimo Lotharingiæ comite, et in libertatem christianæ religionis reducta. Illo enim aureo tempore pñne omnes nobiles occidentis et quasi totius Europæ cum infinitis legionibus in passagio terra sanctæ erant. Illi vero nobiles qui remanserant, expensas quas per mare⁴ facturi fuissent, in ecclesiarum, monasteriorum et eleemosynarum convertebant usum. Erant autem tunc tempores duo illustres domini, puto comites de Kirchberg⁵ Otto et Hartmannus fratres⁶, qui devotione fidei accensi, crucem cum ceteris principibus, comitibus, baronibus, militibus et nobilibus sumpserunt signati ad pugnam contra infideles pro civitate sancta Jerusalem. Sed ut sancta crux, sub qua pugnare volebant et cuius signum vestibus suis assutum habebant, eos protegeret et defenderet, in perpetuum crucis honorem et suæ signationis memoriam, præter expensas in passagio habituras pecuniam copiosam elargiti sunt, conductis architectis pro fundatione et ædificatione monasterii sanctæ Crucis ordinis sancti Benedicti in monte iuxta ecclesiam parochialem, ut sic unico crucis talento suscepto non tantum dupla sed tripla talenta redderent, scilicet animas pro orthodoxa fide, corpora pro Jerusalem sancta civitate, et temporalem substantiam pro dominico sepulcro et sancta cruce, quatenus in transmarinis

Gold.
Fr. 285.

*

1 De Wiblingen monasterio Mon. 1. Gold. ut. Wiblingen Sch. Kl. Wibl. 2 Högbach Sch. Kl. Wibl. Schm. 3 Gottofrido Sch. Kl. Gothofredo Wibl. Schm. Gottfrido Gold ut. Mon. 1. 4 pro more Gold. ut. per mare Mon. 1. Sch. Kl. Wibl. 5 Kirchberg Schm. 6 filii comitis Albani de Kyrchberg Mon. 1. am rande, von der gleichen hand und tinte.

partibus crucis blasphematores gladio necarent, et cum hoc in suis partibus crucis adoratores in ampliorem amorem crucis ædificato monasterio inducerent. Sancta igitur civitate Jerusalem per nostros liberata cum prædicti comites rediissent sani et incolumes, didicerunt ab artificibus structuram in præfato monte non posse tenere et nullum grande stabile manere ædificium propter montis arenositatem. Quapropter inito consilio fundamentum pro monasterio iecerunt in loco, ubi hodie gratia Dei persistit, et non multo post mons, in quo ædificare cœperant, scissus est, et pars antiquæ ecclesiæ (quæ constructa fuit anno domini 444 sicut sculptura docere videtur) corruit in præceps cum parte cœmiterii. Unde dum inferius foditur, adhuc ossa humana reperiuntur, quæ simul cum terra defluxerunt. continue enim mons ille fluit. unde antiqui rustici dicunt, eum suis temporibus multo latiorem fuisse quam nunc sit. Prudenti ergo consilio facta fuit translatio monasterii in alium locum. Credo tamen, si translatores scivissent quod nunc patres monasterii experiuntur, quod nec¹ in illum locum monasterium fundassent, quia Hylarus fluvius, qui tempore fundationis longe a monasterio per media decurrebat arva, rupto veteri suo alveo, successu temporis usque ad murum conventus cum fremitu decurrit, et continue tanquam fur et raptor terram horto detrahit et nonnunquam tanquam hostis crudelissimus in ipsum monasterium irrumpit. et nisi sancta crux volens stare contra torrentem obviaret, ipsum monasterium dudum penitus dissolutum fuisse. Unde quodam tempore, inundatione grassante, omni humano auxilio destituti fratres genibus flexis et manibus in celum protensis divinum et sanctæ crucis devotius flagitabant adiutorium, et mox videbatur adesse quidam cœlicola, qui contra aquam cum cruce procedens fluctus a muris potenter repulit. Fundato igitur monasterio gloriosi illi domini Otto et Hartmannus ipsum dotaverunt multis temporalibus bonis per gyrum, omnia sua iura super huiusmodi bonis libere resignantes monasterio. ipsumque monasterium devotissime obtulerunt Urbano huius nominis papæ secundo, abdicantes sua et suorum successorum omnia et singula iura pure et sincerissime.

*

^{Gold.}
Fr. 286.
1 non in illum Gold. ut.

quod papa gratanter accipiens conventui in illius donationis perpetuam memoriam imposuit, ut singulis annis ad Romanum mittant unum bisuncium aureum ducatum ad papæ cameram. Dicti autem comites Otto et Hartmannus omni studio præcavabant, ut nec posteri eorum occasionem invenirent gravandi locum et ius in eo quærendi. unde simpliciter sua nomina sine cognomine dominii et genealogiæ scripta reliquerunt nec se pulchra sua armorum apparatu signaverunt, nec parietes aut lapides monasterii simulacris suarum imaginum occupaverunt, sicut moderni faciunt. Et ita humiliter suas reliquerunt memorias, ut apud plures in dubium vertatur an fuerint comites de Kirchberg vel non. Ego tamen absque hæsitatione credo eos fuisse prudentes et illustres et Deum timentes comites de Kirchberg, qui parum curaverunt nomina sua in terris suis vocari. Annis autem præteritis fuerunt, ut audivi, litteræ repertæ in Ottenbüren, in quibus stabant nomina duorum comitum de Kirchberg, Ottonis et Hartmanni.

Primus abbas huius monasterii vir sanctus et admodum religiosus fuit, dominus Wernherus de Ellerbach, nobilis genere et multo nobilio religione. hic abbas, quia devotissimos nutriebat monachos, rogatus fuit a multis deo devotis virginibus, ut et conventum vel claustrum pro eis iuxta suum ædificaret monasterium. inclinatus autem precibus earum, ad latus conventus reclusorum fecit, in quo multo tempore virginum devotarum fuit congregatio iuxta capellam beatæ Mariæ virginis, quæ hodie stat in cœmiterio, in quo sepultura fuit prædictarum sororum, inter quas multæ sanctæ creduntur fuisse. nam ab antiquo usque ad moderna tempora multi homines de Ulma et aliis districtibus capellam illam visitant ob honorem trium virginum, quas nominant tres virgines sanctas occultas vel absconditas. Mansit autem hæc sororum congregatio in Dei sedulo servitio usque ad fratrum defectionem, quibus in devotione tepescientibus dissoluta fuit congregatio sororum. nam fratres incipiebant passim frequentare et societatibus se immiscere, præsertim cum sui ordinis fratribus conventus Augiensis, qui deliciis Ulmae vacabant, eosque de Wiblingen et Elchingen invitabant, ut essent adiutores eorum in dilapidatione bonorum Owiæ magnæ, quæ Ulmae habebant. et in tantam inverecundiam

monachi devenerunt, ut spectaculis secularium, hastiludiis, choreis ac nuptiis interessent. stetitque divi Benedicti sacra religio fere ubique sub tali dissolutione usque ad illud tempus, quo ab incarnatione domini numerabantur anni 1412, in quo anno novum sidus fulgere coepit, clarissimus vir dominus Ludovicus Bembus¹, patricius venetus, ordinis sancti Benedicti, qui collectis ad se zelosis viris sui ordinis congregationem religiosissimam sanctæ Justinæ Paduæ inchoavit et conventus lapsos structuris et disciplinis relevavit et reformavit. Exemplo ergo illius spectabilis viri domini Ludovici multa monasteria per orbem cœperunt reformari per suos prælatos et abbates. inter quos primus de omni Suevia insignis vir dominus Udalricus Hablitzel² manum ad aratum misit et conventum suum Wiblingensem reformavit anno domini 1435³, annis 23 post primam reformationem, quæ Paduæ ad sanctam Justinam vigere coepit, in vita adhuc existentibus primis reformatoribus. Quantas autem difficultates sustinuerit venerabilis pater ille Udalricus⁴ in reformatione sui conventus propter suorum fratrum contradictionem, non faciliter potest narrari. nam in tanto vitæ suæ stabat periculo, ut secrete lorica sub tunica indutus in choro, capitulo et refectorio conventui impatienti assisteret. Grandi ergo labore et multa sollicitudine conventum illum ad tantam perfectionem redegit, ut exemplar omnium Alemaniæ conventuum fieret, aliaque ex eo monasteria reformarentur, quia plures zelosos et maturos viros habebat.^{Gold. Fr. 288.} Successit huic gratioso patri venerabilis dominus Joannes Palmer⁵, qui per aliquot annos functus officio curam penitus resignavit, quieti studere cupiens. In cuius locum successit reverendus pater et dominus Conradus Ruch, qui hodie feliciter et utiliter regit sibi creditum religiosum conventum. Commendationem illius ordinis et conventus quære supra⁶. Dicitur

*

1 Ludwicus Gold. ut. Berbus Sch. Kl. Gold. ut. Mon. 1. Bembus Wibl. Schm. (corrigiert). 2 Uldaricus Sch. Kl. Schm. Udaricus Wibl. Hablitzel Wibl. Schm. Hablutzel Gold. ut. Mon. 1. S. s. 165. 3 1435 Mon. 1. Sch. Kl. Schm. Gold. ut. 1434 Wibl. 4 Udalricus Sch. Kl. Uldaricus Wibl. Schm. 5 Joannes Palmer abbas Mon. 1. Joannes Palmer Sch. Joannes Palmar Kl. Wibl. Schm. Joannes Abbas Gold. ut. 6 Commendationem . . . supra fehlt bei Mon. 1 und Gold. ut.

autem monasterium hoc Wiblingen a rivulo iuxta monasterium
decurrente, qui dicitur Wien, et vocatur Wiblingen a Wien
et ligen, quia iacet ad rivum Wien¹.

Gold.
cap. XII.
Fr. 298.
Ulm. 102.

Cap. 8.

De Hegbach monasterio².

Hegbach (Heggbach) vel Hettbach vel Hebbach vel Hebacht monasterium sanctæ Mariæ virginis sancti monialium cisterciensium ordinis supra Wiblingen nunc describendum venit. Est igitur Hegbach³ monasterium hodie odore bonæ famæ ubique per Sueviam notum, quod nominibus præfatis nominari et dici consuevit non quidem casu sed ratione. Dicitur enim Heggbach⁴ pro eo quod ante fundationem locus fuit virgultis, rubis et cespitibus et spinis condensus, et inter medias frutices parvulus defluebat fons rivulumque faciens. Locus nomen ab utroque sortitus est, a frutetis⁵ et rivulo, et dicebatur Heggbach, et hodie emanat ibi aqua licet exigua. Vel dicitur Hettbach, quasi optative diceretur: utinam locus haberet rivum! nam aquæ fluentes necessariæ et utiles sunt ubi est habitatio hominum; et quando locus ille datus fuit sororibus pro monasterio et pæne nullæ essent ibi aquæ, dicebant breviter et cum patientia: hett bach! quasi dicerent: locus quidem placet; si haberet rivum! Dicitur etiam Hebbach, quia dum mulieres in locum venissent, conduxerunt fossores, et multis expensis et laboribus diversis viis conabantur aquam fluentem monasterio inducere, quia feminis aquæ sunt necessariæ, sed incassum laborabant et terra ubique videbatur aquas et rivulos continere ne fluenter. unde multo labore fessæ⁶

*

1 ad rivum Wien etc. Mon. 1. Wibl. Gold., etc. später beiges. Sohm. Das flüßchen heißt jetzt »Weihung« 2 Heggbach Sch. Kl. Wibl. Schm. Heggbach nordöstl. von Biberach, südlich von Laupheim. 3 Hegbach so schreiben hier Sch. Kl. Wibl. Schm. 4 Heggbach hier wie zuerst oben Sch. Kl. Wibl. Schm. 5 frutectis Mon. 1. Gold. ut. frutetis Sch. Kl. Wibl. Schm. (beides = fruticetis: alle drei bedeuten einen ort voll gesträuch, vollerhecken). 6 fossæ Wibl. nicht Schm. dicebantur Wibl. fessæ Sch. Kl. Gold ut. Mon. 1. Schm.

dicebant modo theutonico: heb bach, heb bach! quasi dicerent: ^{Gold.}
^{Fr. 299.} tene terra ne effluat rivus. Vel possumus dicere, quod, ut
 communiter monasteria Cisterciensium pulchra habent nomina
 ab aliquo effectu honesto, et si non in vulgari theutonico,^{Gold.}
^{Ulm. 103.} tamen in latino omnibus monasteriis eorum sunt nomina apta
 religioni imposita, sicut monasterium prope Heggbach eiusdem
 ordinis dicitur Bona cella, et in vulgari retinuit nomen Guten-
 zell¹, sic hoc monasterium dictum fuit: Considera! vulgariter
 Hebacht! forte a libro considerationum beati Bernardi nomen
 impositum. Et dicitur beatæ Mariæ virginis, quia in eius
 honorem est fundatum in montuoso, silvoso et deserto loco,
 ad modum primorum monasteriorum illius ordinis, qui incepit
 anno domini 1098, ante sanctum Bernhardum longe. Quis
 autem hoc monasterium Heggbach fundaverit videamus. Cum
 insigne monasterium Salem² esset fundatum et in toto illo
 ordine nominatum, et iam monasteria valde ditarentur, et gloria
 essent nimis, venerabilis vir Stephanus abbas cisterciensis ex-
 cessum temporalium abhorruit, et convocatis abbatibus multis
 pericula in tantis divitiis eis exposuit, et sedens ac conferens
 cum eis chartam charitatis conscripsit anno domini 1107, quam
 autoritate apostolici sigilli signavit. in qua charta modus præ-
 fixus fuit. Ab illo ergo tempore reiecerunt ab ordine furcas
 [furras]³ et pelliceas, stamina [staminea] et capucia, et femi-
 nalia, et pectrina⁴, et coopertoria et stramenta lectorum, et
 diversa ciborum in refectorio fercula, et sagimen⁵, et omnia
 quæ puritati regulæ adversabantur. abdicaverunt etiam ecclesias
 et altaria et oblationes et decimas et sepulturas aliorum homi-
 num, et furnos⁶ et molendina et villas et rusticos, quia nec in

*

1 Gutenzell den deutschen namen lassen weg Sch. Kl. Wibl. Mon. 1.
 Es liegt an der Roth, westlich von Kellmünz an der Iller. 2 im
 Seekreis Baden, nördlich von Meersburg, östlich von Überlingen. 3
 furcos Mon. 1. Gold. ut. furcas Sch. Kl. Wibl. Schm. furtas Eh. 4
 et capucia feminalia, pectina et coopertoria Wibl. furra pelzwerk,
 fourrure. stamen binde der priester (Propert.), inful. staminea wollener
 rock, den manche trugen statt des cilicum, des härenen gewandes auf
 bloßem leibe. feminalia (von femen, n., schenkel) binden um die schenkel,
 hosen (Sueton.). pectrina brustplatz. 5 fercula gänge, trachten der
 speisen (Petron.). sagimen, ausgelassenes fett, was in der fastenzeit zu-
 weilen erlaubt wurde. 6 furnus backofen.

Gold.
Fr. 250.

vita sancti Benedicti nec in eius regula legebant eundem sanctum huiusmodi possedisse, nec foeminas sua monasteria intrasse, aut mortuas in suo monasterio sepultas fuisse, dempta sancta Scholastica sorore sua. Hæc Sigibodus¹, et habentur in spec. hist. parte 2. lib. 27. cap. 1. Dum ergo Cistercienses sub præfata viverent forma, tanta multitudo iuvenum ad eum confluxit ordinem, ut monasteria eos capere non possent. sed et virgines his exemplis motæ seculo renuntiantes turmatim ad monasteria Cisterciensium confluabant, ibique ante portas se prosternentes ordini subesse petebant. Unde abbates victi importunitate pulsantium loca eis assignaverunt in eorum agris, silvis, montibus et vallibus. Ea tempestate abbas de Salem plura loca virginibus assignavit, in quibus hodie monasteria egregia sunt, quibus providere habet, inter quæ est Hegbach monasterium, quod in illo fervore initium sumpsit, impensis virginum ædificatum cum adiutorio abbatis de Salem. nec alias habuit fundatores, licet nobiles de Friberg sibi titulum fundatorum usurpent pro eo quod ibi suas habent sepulturas et statuta anniversaria. Tandem autem tepescente fervore charitatis perdita fuit et abiecta charta charitatis, et religio Cisterciensium remissionem passa in defectum lapsa fuit, sicut et ceteræ religiones, et multis annis in dissolutione ordo sanctus permansit usque ad illa tempora quo religio sancti Benedicti revirescere cœpit, tunc et Cistercienses reerecti fuerunt. Porro ævo nostro abbatissa erat in Heggbach mulier utique bonarum² memoria digna, haud dubium femina sancta, domina Elisabet Krelin³, quæ compassa lapsui sui monasterii intra se de reformatione cogitabat. et quia a suis superioribus non magnum adiutorium ad hoc se habituram præscivit, egit ut saltem non præstarent impedimentum. Virginali ergo prudentia accensam habens lampadem rem istam ingeniose per se paulatim induxit tali industria. æstate florente iussit servos suos iungi currum et tanquam pro solatio evagatura et thermas aditura cum *

1 Sigebertus Wibl. Gold. ut. Sigibertus Mon. 1. Sigibodus Sch. Kl. Schm. Sigibodus s. o.a.beschr. von Blaubeuren s. 111. Er war einer der drei brüder von Rugg oder Ruck, welche das kloster Blaubeuren stifteten. Ob derselbe hier gemeint ist? 2 bonarum haben alle. 3 Kerbin Wibl. Krelin Schm. und die andern.

sorore et famula egressa est monasterium, et ad longas partes curru evecta adiit monasteria sui ordinis feminarum et virorum, intelligere cupiens an sui voti aliqui essent. Reperit autem quædam reformata monasteria, ad quæ intromissa omnia quæ disciplinæ erant notavit et conscripsit. Et dum plura monasteria sui et aliorum ordinum perlustrasset, plena bonis spebus ad suum reversa est monasterium, tanquam in thermis longius morata et sanata revenisset. Nihil autem aliud fecit, nisi quod iuvenculas et innocentes sibi attraxit, easque crebrius animavit, et ad fugam seculi induxit, et rotæ¹ aditum interdixit, et ad adspectum hominum nunquam amplius procedere permisit, et ^{Gold.} Fr. 291. puellas quas recepit ad eandem observantiam induxit, denuncians amicis ac parentibus earum, quod eas amplius non essent visuri. Antiquas autem sorores non tetigit, sed sicut consueverant, facere permisit, sicque inter illas et istas medium provida domina tenuit, ut cum pace et quiete starent aliquibus annis, in quibus numerus iuvenum crevit, et corda senum emollita sunt, ut simul omnes in uno desiderio integræ observantiae et omnimodæ clausuræ anhelarent. Quod perpendens venerabilis domina opportuna die advocatis fabris, carpentariis, cementariis et aliis artificibus clausit omnes monasterii aperturas, ostiola et fenestras per gyrum obstruens, ferreis laminis crates² locutorii vestiens et rotas muniens, portas fortissimis seris ferreis ac repagulis³ obfirmavit, et muros interioris monasterii adeo exaltavit, ut non viderim alicuius monasterii muros ita altos. Sed et curiam exteriorem sepe prius circumdatam muro cinctit, sicque se et suas in captivitatem divinam rededit. Hæc omnia egit illa prudens virgo domina sine disturbio, sine advocatione reformatricum, quia ipsæmet reformandæ erant ferventissimæ reformatrices tam morum quam murorum, et factæ sunt tam famatæ religionis, ut eæ similem⁴ non habeat

*

1 rosæ ad itam inter dixit, et ad adspectum hominum nequaquam amplius procedere permisit Mon. 1. rotæ aditum hominumque adspectum interdixit, neminique amplius procedere permisit Wibl. Schm. Die rota ist eine drehscheibe zum verkehr des klosters mit der außenwelt. Brinck meyer. 2 crates flechtwerk, gitter. 3 repagulum riegel. 4 eo secundum Mon. 1. Gold. ut., dieser hat am rande: forte similem. ee similem Sch. eo similem Kl. Wibl. Schm.

Suevia. Convolaverunt autem ad eas multæ devotæ nobilium filiæ et civium de Ulma, Bibraco et aliis locis, factusque est honorabilis et famosus conventus. Obiit autem dicta venerabilis domina anno domini 1480, me existente in dominico sepulcro in Jerusalem. cuius decessum cum audivissem, non modica tristitia et mœrore affectus fui, quia fuerat mihi in domino familiarissima, utpote spiritualis mater et in Christo filia. Cuius meritis haud dubium factum est, ut post eam electa sit imitatrix vitæ et morum Agnes Sutterin¹, mulier utique religiosa et adeo similis defunctæ, ut non facile sit discernere inter prædecessorem et subsequentem. Sicque monasterium hoc usque hodie Dei gratia proficit spiritualiter et temporaliter, et est commutatio bona facta ad priora tempora.

^{Gold.}
^{Fr. 292.} Opinari sane potest olim in illo loco fuisse sacrum Orehaldum Nympharum, dearum montium, vel Dryadum Nympharum, silvarum numinum, quia locus altus et silvösus sive nemorosus est, quem antiquorum insanis his numinibus dedicatum nequaquam dimisit, supposito quod in illo loco illaque regione tunc fuerint incolæ homines.

^{Gold.}
cap. XIII.
^{Fr. 292.}

^{Ulm. 104} De monasteriis ad plagam occidentalem civitatis ulmensis situatis. De Urspringen².

Cap. 9.

Urspringen quondam Hamadryadum fontium Nympharum sacrum, postea religione christiana crescente sancto Udalrico et præcelso monti Oliveti dedicatum. Porro post divi Benedicti ordinis institutionem dum in monasterio sancti Georgii in Baccenis³ silva singularis vigeret religio, nobiles longe lateque per Alemaniam fundantes monialium monasteria ipsa ut etiam essent sub abbatे sancti Georgii procurabant. Unde usque hodie idem abbas providere habet multis monialium monasteriis non solum in Suevia, sed in Westrangia⁴, Gallia, Alsatia et Brisgauia⁵. Igitur anno domini 1127⁶ anno primo

*

1 Sütterin Wibl. Sütterin Schm. 2 situatis sequitur. Urspringen Sch. Kl. . . Urspring Wibl. Schm. 3 Georii hier und nachher Mon. 1. Baccensis silva Wibl. nicht Schm., S. s. 162. 4 Nestrangia Sch. Kl. 5 Prisgauia Schm. Prisgaudia Sch. Kl. Brisgavia Wibl. Brisgaudia Mon. 1. Gold. ut. 6 1127 haben alle, aber unrichtig, statt 1125.

Lotharii regis qui Romanorum imperatori Heinrico V successit, tres milites nobilioris prosapiæ fratres germani, scilicet Ru-
gerus, Adelbertus et Waltherus, oppidi et castri Schelklingen possessores et illius dominii gubernatores, tradiderunt pro salute animarum suarum ecclesiam non parochialem Urspringen sed exemptatam abbati sancti Georgii, ut eidem ecclesiæ annexeteret monasterium monialium, cui et decimas, proventus et posses-
siones legaverunt. Accepit ergo abbas sancti Georgii dictum locum et monasterium ibi instituit sanctimonialium, præficiens sororibus magistram, quam sibi subesse voluit. eumque mona-
sterium ad instar disciplinæ, quæ ad sanctum Georgium serva-
batur, induxit, et multis annis ita servatum fuit. Dicitur enim quod propter sanctitatem sororum miraculose vinum in
vasis augmentatum fuit, et bladum, quia pauperrimum erat
primitus monasterium. Post decursum vero temporum, cum Gold.
Fr. 223.
religio apud sanctum Georgium deficeret, defecit et in Ur-
springen, ita tamen quod non omnino extincta fuit, sed semper
vestigia antiquæ observantiae ibi reperiebantur plus quam in
aliis monasteriis monialium lapsis. Reducto ergo monasterio Hegbach ad observantiam ut dictum est, domina Gredanna de Friberg, magistra in Urspringen, mulier virili animo pollens,
quasdam de suis monialibus assumpsit et currum ascendens in Hegbach transvecta est, ut videret observantiam cuius fama
undique erat. Ut autem vidit clausuram et vivendi ordinem
et audivit clausarum in domino iucunditatem, cœpit et ipsa
cogitare de sui monasterii reformatione, et familiaritate con-
tracta cum venerabili domina Elisabet Krelin¹ abbatissa re-
versa est in Urspringen, tota accensa in desiderio observantiae.
verum difficile nimis videbatur illum reformare conventum,
quia abbas sancti Georgii earum superior nullum ad hoc habebat
affectum, et maior pars conventus et tota iuventus reclamabat,
quarum etiam amici nobiles et consanguinei nec verbum de
observantia audire volebant, et illis, qui ad observantiam aspira-
bant, minas graves faciebant. His tamen non obstantibus
venerabilis domina magistra crebrius advocavit zelosos et doctos
viros prædicatores, qui sine palpatione vitia et pericula re-

*

1 Krelin hat hier Wibl., welcher oben s. 180 schrieb: Kerbin.

missarum religiosarum detegerent arguendo, obsecrando et increpando, ut sic virtute divini verbi materia præpararetur, quod et Dei gratia factum fuit, quia plures ad partem dominæ magistræ confugerunt clamantes pro observantia. sicque facta fuit salubris divisio in conventu, una petebat observantiam, altera pars reclamabat, eratque quotidiana contentio inter eas. Et quia omnes moniales de nobiliore Suevorum sanguine erant, utræque suos invocabant amicos, quo factum fuit, ut barones et milites, partibus faventes, discordes fierent. Hoc ut ad aures pervenit illustris dominæ Mechthildis archiducissæ Austricæ viduæ¹, quæ in Rotenburga super Neccarum residebat, potenti virtute usa abbatem sancti Georgii parum tune religioni affectum ad se inclinavit, vel potius terroribus induxit, ut assensum ^{Gold.} ^{Fr. 294.} præberet pro reformatione conventus. quo habito misit in Eystadium² [Eichstadium] et de monasterio sanctæ Walpurgis reformato ordinis sancti Benedicti adduci fecit reformatrices, cum quibus in Urspringen venit habens in comitatu abbates reformatores cartusienses et aliquos fratres prædicatores et multos nobiles pro parte observantiæ. Advenerunt etiam nobiles pro alia parte multi utriusque sexus, factaque est grandis congregatio in illo monasterio. Sed quia archiducissa potens erat, nemo se ei opposuit de secularibus. Anno igitur domini 1475 cum domina archiducissa cum suis curiam monasterii Urspringen esset ingressa gratia reformationis, moniales ab intra rem intelligentes ab invicem divisæ sunt, una pars et sanior dominæ ^{Gold.} ^{Vlm. 105.} magistræ adhaesit, in qua erat domina Helena de Hürnheim, priorissa conventus, cum aliis quibusdam bene volentibus. Alia vero pars a domina magistra discessit, in qua parte erat domina Barbara de Lapide³ et plures aliae iuvenculæ et senes nobiles, quæ omnes uno animo toto nisu reformationi se op-

*

1 Mechthild war witwe des Erzherzogs Albrecht von Östrech († 1463, der sie als witwe des Grafen Ludwig von Württemberg † 1450 geheiratet hatte, Stälin III. s. VIII und 493 ff.); und mutter des ersten Herzogs von Württemberg, Eberhards im Bart. Vergl. Memminger o.a. Blaubeuren s. 208. 2 Xustaviam (?) Mon. 1. Eustaviam Sch. Kl. Wibl. Schm. und Gold. ut. mit einer variante unter dem text: Eystadum; ohne zweifel Eichstädt, wo die berühmte Walpurgiskirche ist. 3 Barbara von Stain Wibl. Barbara vom Stain Schm.

ponere deliberabant. et ingressæ infirmitorium, quod erat domus singularis, clauerunt ostia repagulis obfirmantes, et mensas, scamna, truncos, saxa et omnia gravia quæ habere poterant, advolverunt, ne violenter possent dirumpere et ad eas intrare, stabantque in fenestris superioribus, habentes in manibus lapides, et phalangas, celendria et colos, titiones et veru¹, et cum ingenti furia circumstantem populum maledicebant, ostendentes arma sua, quibus accedentes impetere paratae erant. Videns autem domina ducissa tempus transire, mandavit suis militibus et clientibus capere domum. sed mandato nullus paruit, dicentes militi et armato perpetuum opprobrium esse, si contra feminam armata procedat manu. et præter hoc cum sint feminæ nobiles et velatæ religionis sacræ velo, non sit securum violenter agere cum eis, ne quis incurrat ecclesiæ censuras et amicorum earum inimicitias. Jussit ergo domina in oppido Schelklingen signa cum campanis fieri ad arma. quibus auditis rustica gens ad arma cucurrit et ordinato agmine exivit populus in monasterium dimicaturus contra Amazonum ^{Gold.} _{Fr. 196.} sectatrices. Vallata est ergo domus, et pugnaturis commissum ne rebellantes læderent, et industria virorum domus capta fuit, et moniales in pertinacia manentes ligatae sunt et in vincula coniectæ, reliquæ se submittentes sunt in gratiam receptæ. Tradito autem monasterio in manus dominæ magistræ, instituit unam de reformatricibus in priorissam, et ceteris alia commisit officia. Moniales autem aliquæ de resistentibus ad alia translatæ sunt monasteria, aliquæ vero nec in illo nec in aliquo alio volebant esse, sed evagabantur hinc inde, aliquæ in castris manebant cum amicis et post experientiam miseriarum reversæ sunt et cum venia receptæ. Incepit autem domina Gredanna magistra non segniter agere, sed diligenti cura mores ordinis didicit, et cum sibi adhærentibus in tantum profecit, ut maturitate, religione et omni disciplina reformatrices præcellerent, quas post decursum trium annorum ad propria remiserunt monasteria cum multa gratiarum actione, et domina

*

¹ phalanga stange. (Plin.) celendria (frz. calandre) mangrolle, wellholz. colus kunkel. titio, holzscheit, brennend oder abgelöscht, ofenscheit (Cels., Varro). veru bratspiel.

Helena de Hürnhaim reassumpta fuit in priorissam. Tandem autem cum domina Gredanna de Friberg magistra ab hoc seculo emigrasset, electa fuit in magistram venerabilis et religiosa domina Helena de Hürnhaim quæ fuerat priorissa, et instituta in priorissam est nobilis domina Kunigundis de Friberg, iuvenis quidem sed matura et docta. Statim autem domina Helena magistra antiquas conventus structuras dissoluit ex fundamentis, et novum resuscitavit conventum ita pulchrum, lucidum, ornatum et regularem, quod nemo ipsum videns non obstupescat tam ad ædificiorum ordinem quam ad feminæ industriam, ex cuius conceptibus hæc gerebantur. Ad hanc conventus structuram omnes laborabant dominæ sorores, et artificibus materialia in manus porrigebant. unde domina mane et vespere et omni tempore laborantibus assistebat, ut opus celerius perficeretur et sorores in disciplina custodirentur. Sicque usque hodie Dei gratia stat conventus ille in profectu spirituali et temporali sub præfata domina Helena magistra, quæ singulari religionis affectu et in antiqua vita ante reformationem, et in illa mihi fuit familiariter iuncta.

Gold.
Fr. 196.

Ex omnibus his infero quod in hoc loco successive quinque fuerunt habitationes. Primo fuit ibi Nymphaeum sacrum Hamadryadum, dearum fontium, cum sit ibi grandis fons aquarum, ex quo erumpunt et emanant largissimæ aquæ, a quo et nomen habet locus qui dicitur¹ Urspringen. ebullit enim ibi de abyssu aqua, et primo lacum² facit latum et profundum, ex quo fluvius prosilit qui Ach habet nomen, et elabitur per vallem et iuxta Burronem Blauio iungitur, in quo usque Ulmani defertur ibique Danubio illabitur. Puto autem hoc nomen Ach huic fluvio advenisse ex nomine Nymphæ quam Vergilii carmina Aham decantant³, cui forte fanum vetustum in loco fuerat sacratum. habetque fluvius ille meliores pisces, herbas dulciores et aquas saniores quem Blauius. Antiqui ergo iuxta morem in loco isto ut dixi primo fanum fundarunt. Deinde religione Nymphaeum cessante, tyranni ibi cruentum habitaculum superædificarunt. Sed inducta fide christiana ecclesiam *

1 quod dicitur Gold. ut. 2 locum Kl. Wibl. Gold. ut. nicht Schad. und nicht Schm. 3 Aha? Wo in Vergils gedichten? Aganippe Aonie, Verg. ecl. 10, 12. ? ?

ibi fundaverunt regionis nobiles, quam autoritate apostolica liberam et exemptam fecerunt, quæ nulli suberat episcopo aut plebano, ut litteræ fundationis monasterii continet, quam vidi. Deinde nobiles illam ecclesiam et omnia iura eius domino abbatii in sancto Georgio resignaverunt, qui in loco monasterium monialium erexit parvum et exile, quod usque ad nostra tempora stetit. Hoc autem domina Helena funditus pro maiori parte avulsit, et solenne, quod hodie est ædificavit, in cuius fundatione in terræ visceribus repererunt grandia fundamenta antiquarum structurarum et humanorum ossium congeriem et alia huiusmodi *vetus*tatis signa. Super Urspringen in alia parte montis erumpit fons ingens et in fluvium crescens per alias valles tendit in Danubium. dicitur autem fluvius ille Schmiecha ¹, de quo hoc memorabile quod sequitur ad oculum videmus. Dum enim ex suo fonte importunius evomitur, per vallem decurrit in arva, moxque in ipsis pratis absorbetur et penitus disparet, quasi in terræ sinum occulte abscondatur, quia non per manifestas terræ scissuras ingreditur, sed quasi invisibiliter nunc fluit, et post modicum non est. qua ex re ^{Gold.}
^{Fr. 297.} existimo rivo illi hoc nomen Schmiecha esse datum, quia schmiechen in nostro vulgari idiomate significat occultare, et ^{Gold.}
^{Ulm. 106.} quia fluvius ille per aliquod spatium occultatur, quasi in sinum geschniecht, ideo Schmiech vocatur, a quo etiam villa prope suam originem nomen accepit. Dum ergo terræ immersus fuerit et per longum spatium in visceribus et venis terræ processerit, tandem quasi impatiens suæ inclusionis iuxta villam Almadingen ruptis petris et scisis rupibus importune resultat et molendinarum rotas agitat, progrediensque suum nomen resumit, et quasi lætus de sua liberatione festinus contra oppidum Echingen ² decurrit, quo ingresso et rigato per arva decidit, Danubioque inter Nassgastat villam et Berg illabitur ³.

*

1 Schmiechen hatten ursprünglich Sch. und Kl., aber beide haben ein a über en. 2 Ehlingen Schm. Elchingen Kl. Eh. Wibl., falsch. •
3 inter Nassgastat illabitur villam et Berg Sch. Kl. ebenso Mon. 1. und Gold. ut., und diese setzen noch bei: etc.

Cap. 10.

Gold.
cap. XIV.
Fr. 297.
Ulm. 106.

De locis inter Urspringen et Buren¹ et de
Wilerio inclusorio.

Ab Urspringen procedendo per descensum fluvii Acha statim occurrit oppidum Schelklingen nominatum, cum munita arce in rupis summitate eiusdem nominis². Unde autem huic oppido et castro hoc nomen advenerit, non alio nisi ex nominis sono accipi potest. Componitur enim hoc nomen Schelklingen ex duobus theutonicis vocibus, sc. ex schalk et klingen, quorum prima significat nequam, secunda nemus, ex quibus suspicari potest, quod olim ibi fuerit nemus insecurum propter nequam in eo latitantes, contra quos credimus arcem ibi constructam in monte, et postea excisis arboribus villam in loco nemoris ædificatam et agros plantatos, et nomen horridum tam arcum quam oppido mansisse. Vel componitur ex schal et klingen, quia erat nemus iucundum, in quo nobiles deliciis vacabant. schal enim dicit iucunditatem et klingen nemus, propter quod forte nobiles in rupe arcem illam erexerunt, ut solatiis ibi fruerentur. Nonnulli putant nomen componi ex Schel et klingen, quia asserunt, hoc nemus olim pertinuisse ad dominos de Schellenberg. Alii dicunt fuisse dominorum de Klingenberg. Primum tamen verius videtur. et primi arcis possessores dicti fuerunt comites de Schelklingen, quibus tandem deficientibus, archiducibus Austriae hæreditario iure cessit totum hoc dominium, quod nunc impignoratum possidet Burkhardus de Stadion nobilis.

Gold.
Fr. 298.

Ex oppido consequenter procedendo per vallem Acha fluminis venitur ad ingentem altam rupem, quem spectabilem et admirabilem reddunt singularis e terra in altum elatio,

*

1 et Burronem Sch. Kl. Gold. 1. et Burren Wibl. Schm. 2. Unde autem . . . ex nominis fehlt bei Sch. Kl. Schm. Wibl. Der abschreiber sprang von dem vorausgehenden »eiusdem nominis« sofort zu »nominis sono« über. Alle die vier handschriften (Sch. Kl. Schm und Wibl.) stammen somit aus einer und derselben quelle, welche zuerst diesen abschreibefehler gemacht hat.

horrida excavatio, et tyrannica habitatio. siquidem rupis illa quasi grandis columna rotunda a terra consurgit, ac si arte et industria esset facta humana, et in pede vel radicibus rupis est os patens, per quod est ingressus ad specum horribilem in montis ventrem, estque grandis naturæ molis excavatio in latum et in altum et in longum. nec potest ingrediens aliud suspicari, nisi specum illam a conditore orbis esse factam pro habitatione alicuius monstri ingentis. Specus illa lumen habet in fine suo retro in profundo, quia quædam naturalis scissura montis et rupis grande causavit in superioribus rotundum foramen, per quod spargitur cœli lumen, et specus horribilis humanior redditur et mirabilior. In sui autem principio lumen per os eius immittitur. ad latus oris speluncæ ab extra positus est grandis lapis rotundus ad mensuram oris, quo monstruosi habitatores specus os claudebant speluncæ. hunc lapidem multi non possent viri movere. ab illo lapide indubitatum accepi argumentum, specum illam habitationem fuisse alicuius monstruosi Cyclopis aut ingentis Gigantis, aut Nympharum vel Musarum ibi fuisse conventum, in quo nocturnis carminibus sua celebrabant gaudia. Dicitur enim rupis illa cum specu Singrensstain¹, forte ab eo quod Cyclops aut Gigas nomen habuit Singrenus, quasi lapis Singreni, vel ab herba ingrien² dicta, quæ ibidem iuxta rupem crescit. Simile antrum habuisse legitur Cyclops ille quem Ulysses coecavit, et Gigas Eryx aut Erichellus. Suspiciatum fuit his annis in radicibus illius rupis esse mineram, unde quidam minerarius anno præterito in ore speluncæ sartaginem paravit, et in profundum fodiens terram auri vel argenti feracem invenire sperabat, et profundius fodisset, nisi archidux Austriae ei laborem interdixisset. In ipsa specu est optima resonantia ad cantandum, et tales sonorosas specus quærebant Musæ, quas poetæ filias Jovis et Memoriæ³ fuisse fingunt et Apollini lyram pulsanti conclamassem et concinusse. Has Pyrtheneus⁴ earum adversarius in antris canentes *

Gold.
Pr. 299.

1 Singrensstein Mon. 1. Singrenstain Kl. Gold. ut. Sengrensstain Wibl. Singrenstain Schm. 2 Immergrün? oder Sinngrün (*Vinca minor L.*)? 3 Die musen sind töchter des Zeus und der Mnemosyne. 4 Pyrethneus Wibl. Pyrtheneus Sch. Kl. Mon. 1. Schm. Pyrthenæus Gold. ut. Soll wohl heißen Pyreneus, Ov. Metam 5, 274.

quæsivit et conclusit, quæ in picas conversæ in perniciem sui detentoris evolaverunt, prout Ovidius recitat et Isidorus Ety-molog. memorat. Huius fabulae fictio antro nostro satis con-venit, quia chorus Musarum in eo cantantium ratione dulcis resonantiae aptissimus esse poterat. non enim humanitus fabri-cata loca ad cantandum intrabant, sed quæ natura apta fecerat in montibus, silvis et desertis locis, quia cum essent deæ aut dii, non erat earum conversatio cum hominibus, licet etiam quædam Musæ vel Nymphæ humanas legantur inhabitasse ædes, non tamen nisi eiectis hominibus. Inventis autem Musis a Pyrtheneo Gigante, advoluta mole os speluncæ conclusit, quæ moles hodie ibi est. sed Jovis patris earum invocato auxilio mox in picas conversæ per foramen, quod est speluncæ fenestra, evolaverunt. et inde genus hoc avium auguriis aptum per Sue-viam et Alemaniam est diffusum. Cessante autem Musarum ritu homicidæ et latrones specum inhabitare cœperunt. pro quorum repressione quidam præpotens Suevus in summitate rupis arcem erexit, quam postea prædones inhabitavere. quod regionis incolæ ferre non valentes, arcem ipsam deiecerunt. ex qua tamen usque hodie ruinæ videntur.

^{Gold.}
^{Ulm.}^{107.} Inde per descensum progrediendo aliquantulum vallis quæ-dam profunda et longa ipsas Suevorum alpes scindit. unde etiam a sui profunditate nomen in vulgari habet, quod dicitur das Tiefenthal¹. In hac valle occurrit in clivo montis inter rupes os speluncæ grande et patens per quod ingressus est in horribilem et tenebrosum profundissimumque specum in pene-tralia petrarum, de quo supra mentio facta est, fuisseque aptissima specus pro exercitio superstitionum, quibus antiqui vacare solebant.

^{Gold.}
^{Fr. 900.} ² Ulterius descendendo per vallem fluvii Ach est Wilerium villa, in qua etiam evomit terra largiter aquas sanas et bonas; nec vomitem illum credo, si antiqui eum viderunt, absque delubro Nympharum fuisse, cuius loco supra vomitem est reli-giosus conventus et reclusorium velatarum virginum, quod tale

*
1 das Tuftal Mon. 1. das Tieffthal Sch. Kl. Tieffenthal Wibl. Schm. quod dicitur fehlt bei denselben. 2 De reclusorio Wiler haben, den titel wiederholend, als neuen titel Sch. Kl. Wibl. und Schm. Dieser bemerkt daneben: •Tria hæc verba non sunt in edit. Goldast.

fertur habuisse initium. Ante multa tempora erant quidam nobiles, qui arcem supra vomitem aquæ habebant in loco, ubi nunc est hortus vel cœmiterium sororum retro ecclesiam versus vomitem, ubi iam via est. hi nobiles accepta licentia episcopi Constantiensis ædificaverunt capellam prope suam arcem, inter quam et capellam mediabat hortulus consitus arboribus. Anno autem domini 1155 fuit eadem capella consecrata in honorem beatæ Mariae virginis et sancti Ægidii confessoris. eodem igitur anno instantे quadam festivitate, cum filia illius nobilis qui arci prærerat, se seculariter ornasset et ad ecclesiam procedere vellet, ecce manus Domini affuit. mox enim ut virgo in hortum medium devenit, festina transire volens, pedem radici arboris illisit adeo fortiter, ut in terram prostrata corrueret. quæ dum per ancillas pedissequas relevata esset, dixit imprecando sibi et a Deo postulando: fiat quæso domine hæc corporis mei offensio et casus animæ meæ resurrectio et salus. Et statim regressa domum, omnem mox secularrem pompam deposita, vestem mutavit et mores. Ad ecclesiæ autem parietem tugurium cum asseribus sibi fieri instituit, in quo longa ætate perfecta solitariam vitam in arctissima patientia duxit. Dicebatur autem domina soror Adelhaidis, et vitam optimo finivit fine. Post eam cum religio sancti Francisci instituta esset, erat in villa Wilerio¹ quædam eiusdem religionis soror tertii ordinis, quæ etiam dicebatur Adelhaidis. hæc imitata exemplum prioris, in prædictum recludi se fecit tugurium. sed difficultates passa a pastore ecclesiæ parochialis in Blaubüren², et propter tugurii arctitatem, non propter instabilitatem, sed propter necessitatem inclusorum egressa Romam petiit et ad pedes usque sanctissimi papæ venit. Qui auditis causis nec bullas nec alias literas signatas aut brevia dedit, sed vivæ vocis oraculo omnia quæ soror petierat contulit, et in signum concessionis dedit ei ^{Gold.}
^{Pr. sol.} tabellam ligneam, imaginem beatæ Mariæ virginis cum puerō Jesu habentem, asserens, ut quicunque verbis eius credere nollet, ei tabulam ostenderet, et adversari cessaret, quod etiam factum est, seque cum illa tabula cunctis diebus defendit. Et

*

1 Wilario Sch. Kl. ¹Schm., nicht Wibl. 2 Blaubüren Mon. 1. Blaubüren Wibl. Schm. Blawbeuren Kl. Blabüren Gold. ut.

quia primum reclusorum ruinam minabatur, petuit praedicta Adelhaidis germanum suum qui erat carpentarius ut aliud sibi fabricaret tugurium. Fecit ergo ei exiguum domunculam iuxta ecclesiam, in qua homo in modum crucis stans utraque manu ambos tangebat parietes per quadrum. In illo itaque reclusorio multis deguit annis ferventer domino serviens, stupendum exemplum vitae omnibus post se relinquens. Post illam alia Domino devota virgo, Jüta¹ nomine, hoc inclusorium ingressa, multos annos in Dei servitio exegit, siveque post illam alia locum possedit, fuitque pluribus annis habitatio solitariorum. inter quas multae sanctae feminae fuerunt, quae mirandis miraculis claruerunt et saevissimi inimici tentationes sustinuerunt. unde cuidam sanctae tempore famis de celo per corvum annonam fuit transmissa. alteri videbantur molares et grandia saxa in domum irruere. alia in pane reperit vermes, araneas et quæque immunda. unde una earum tam horribiliter quotidie vexabatur, quod supra vires humanas fuit. quadam autem nocte terrore nimio victa, reclusorum effregit et in molendinum sub ecclesia transfugit nec unquam ad redditum induci potuit, licet sancta fuerit, et vitam in Blaubüren finivit, faciens se alteri includi domui. haec singulis diebus fudit preces singulares, quatenus Dominus locum Wilerii emundare dignaretur ab inimici intolerabili furia. et impetrasse creditur loco et personis pacem. nam de post nihil auditum fuit insolitum. Deus enim ab hoc tempore domum illam a dæmonis potestate eripuit, ab infamia et scandalis custodivit et a periculis conservavit. Nam ante praedictam solitariam saepè scopuli et rupes supra domum de montis clivo et irruentes de alto in domum impingebant². sunt enim montes ibi in modum dentium scopolosi, et si rupis resoluta ceciderit, domum cum ecclesia contereret. nec murorum ruinæ de castro Gintzelburg³, quod supra domum in capite rupis eminet, aliquatenus domui illi nocuerunt. Anno domini 1357 erat in domo illa quædam virgo solitaria de Blaubüren, Adelhaidis nomine, exemplaris et religiosæ vitae, frequentabatur-

*

^{Gold.}
^{Fr. 502.} 1 Jita Kl. Schmid. Jta Wibl. Yta Mon. 1. Gold. ut. Jüta Sch. 2 impingere werfen, stoßen, Plaut., Phaedr., Plin. 3 Ginzelburg Wibl. Schm. S. Memminger o.a. Blaubeuren, s. 214.

que a nobilibus dominabus per gyrum in castris habitantibus. Tunc autem in arce Gerhusen comes quidam de Helfastain cum uxore habitavit, quæ ancillam clavigeram nobilem habuit nomine Gertrudis Schwelkerin¹ quæ ei 32 annis servierat. Hæc Gertrudis exemplo sororis Adelhaidis mota mundum reliquit, et omnibus resignans ad sororem Adelhaidem ingressa arctum habitaculum, cum ea pariter Deo servivit. Mortua autem Adelhaide ipsa Gertrudis Schwelkerin² famatæ religionis facta a multis virginibus visitabatur, quæ imitatrices virtutum eius fieri optabant. Cernens autem Gertrudis, quod multas Christo posset lucrari animas et segregare sponsas, arctum^{Gold.}_{Ulm. 108.} resolvit tugurium et domum supra ædificavit novam, capacem multarum sororum. ingressæque sunt ad eam 13 virgines quæ devotissime Deo pariter serviebant. Post decursum autem temporis augmentatus est numerus et domus ampliata. nam de Ulma civium filiæ multæ optabant ibi Deo famulari et de aliis regionibus, et in tantum infestabantur ad recipiendas filias, quod coactæ sunt aliud ædificare habitaculum. Unde anno domini 1477 antiquam resolverunt domum, et in locum superædificaverunt grandem et altam domum, adiutorio domini abbatis et conventus in Blaubüren et Ulmensium, quorum filiæ ibi degebant. domum autem suam antiquam novæ domui coniunxerunt pro receptaculo hospitum et suorum amicorum. Facta autem sunt hæc anno præfato sub devota et religiosa sorore Adelhaidis Aßweldin³ de Blaubeuren, quæ tunc mater domus erat et hodie est, et multis rexit annis cum tranquillitate magna. Est enim mulier singularis innocentia, probitatis et religionis, et efficacius regit quadam notabili benignitate, suavitate, mititate, quam quicunque alias regere posset potestate et acrimonia. Sunt autem in ea domo hodie numero 12 sorores inclusæ. de non inclusis sunt decem, sicque in toto sunt 22. ^{Gold.}_{Fr. 308.}

Anno autem domini 1476 receptæ sunt ad fraternitatem ordinis fratrum prædicatorum per reverendissimum magistrum ordinis patrem Leonardum de Mansuetis de Perusio, qui eis transmisit *

¹ Gerdrudis Sch. Kl. Mon. 1. Gold. ut. Schwelhairin Wibl. Schm. Schwelcherin Kl. Swelcherin Mon. 1. ² Schelherin haben hier Sch. Kl. Schm. nicht Wibl., dieser hat auch hier Schwelhairin. ³ a Swel-din Gold. ut.

litteras frateruitatis cum ordinis sigillo appenso. quapropter singulari affectu fratribus nostri ordinis inclinatæ sunt, et pro bono statu nostri ordinis Deum interpellant. quare etiam latius placuit mihi de eis scribere¹.

Gold.
cap. XV.
Fr. 308.
Ulm. 106.

Cap. 11.

**De Blauio flumine et eius origine, de loco
Blaubürensi deque monasterii institutione,
et aliis condependentibus.**

Sub Wilerio non longe gyrando ad montem venitur in strictum angulum montium, ubi montes conveniunt faciuntque rotundum angulum ex quo non est progressus, nisi quis altos montium clivos scandere velit, aut per vallem, per quam ingressus, est regredi. In hunc angulum decurrit fluvius Acha quasi usque in vomitem² Blauii, qui in eius extremo in radicibus rotunditatis montium et anguli e terra erumpit, tam mirabili et subita emanatione, ut nemo inspiciens non obstupescat. nam ex fovea abditissima saxe calicis et petrei sine fundo conchæ tanta aquarum erumpit abundantia, ut abyssi putes aperiri fontes. Exundat enim supra calicis circumferentiam et impetuosa effusione repente defluit. et cum concha profundissima sit et aqua clarissima, cœli superlucentis induit colorem, a quo colore suum sortitur vulgare nomen et dicitur Blaw. Primo enim eructat terra ex suo abyssali corde per investigabile os suum aquas, quæ in orificio collectæ amnem rotundum et profundissimum faciunt aspectu delectabilem et mirabilem. Deinde aquas ex orificio evomit ex concha pellens ita ut supercrescentes calicis limbum impetuose effundantur in lacunam, et alveo receptæ³, fluvius esse incipit, qui quasi torrens sonans molendinarum mox rotas evolvit, sed postea mitior factus, per arva voluptuosa quietus et silens serpit, feroxque est optimorum piscium, trutarum, fundulorum et aliorum, producens in fundo suo herbam adeo bestiis sapidam, ut ad collum usque ingrediantur et demersis ad illam carpent.

Gold.
Fr. 304.

1 Nach scribere hat Mon. 1. etc. 2 vomitem Kl. Wibl. Eh. 3 So alle.

dam sub undis capitibus assidue pascentes fere ad submersionem et suffocationem usque detineant. Ex arvis autem ut evaserit, cursum mox resumit et quæsi latus Ulmam faucibus sibi soli et semper apertis ingreditur, multam illi civitati afferens commoditatem. Expeditus vero in Ulma sine mora per fauces murorum erumpit, moxque in sacrum Danubium exultans salit, a quo sine contradictione susceptus et Jasoni dicatus in pontum Euxinum et mare defertur. ibique peregrina conditione suscepta impatiens amaritudinis occulte venas ingreditur terræ, et per investigabiles vias vadens, artissimas penetrat terræ et petrarum scissuras, ita ut pellem amaram, qua in ponto vestitus fuerat, sabulo, petris, et terræ hærentem derelinquat. sicque tandem in locum, unde emanaverat, perveniens, dulcis, clarus et potabilis iterum de terra erumpit, ut iterum fluat, iuxta illud Ecclesiastæ 1: ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant. Si quæ aquæ vero per terræ viscera ad loca sua de mari reverti non potuerint, mox haustu siderum de mari tolluntur et in nubibus ad suæ regionis loca transmittuntur, ibique terræ fecundandæ infunduntur diversis in speciebus, vel roris, aut pluviaæ, pruinæ, nivis, grandinis. unde a natura paratæ sunt quædam foveæ in terra, ad quas confluentes aquæ recurrent et in foveis per venas transfluent in locum, unde effluere habent. Hoc signanter notatur in alpibus Sueviæ, ubi videntur multæ foveæ quasi calices in fundo perforatæ, ad quas pluviales et nivales aquæ transfusæ demerguntur in stagna subterranea, de quibus iterum ebuliunt. Idcirco quando in alpibus Sueviæ sunt multæ pluviae vel resolutiones nivium, Blauius fons et alii fontes redundant magis aquis et abundantius eas fundunt. Ex quibus patet Blauium a polo et a ponto habere aquas, quas antiqui crediderunt ministerio et regimine Nympharum et Musarum sub aquis moras habentium deduci in terram. Unde contingit in sonitu aquarum¹ super terram et sub terra audiri suavem melodiam cum harmonia omnium carminum et instrumentorum musicorum quæ audiens conceptu forti audire cupit, sicut ego ipse sæpe expertus sum et præcipue in thermis Pfeffers², ubi ex importuno aquarum con-

^{*}
1 Cantus aquarum Mon. 1. am rande. 2 præcipue autem Schm. Wibl. Pfeffers Sch. Kl. Mon. 1. Gold. ut.

Gold.
 vlm. 100 cursu causatur ingens sonitus, in quo omnium musicorum resonat melodia. in iisdem etiam locis dicitur esse quidam mons in quo frequens auditur resonantia quædam dulcissima quasi humanarum vocum in figuraionibus cantu colludentium. Hanc autem resonantiam ex aquarum concursu in petris cavis et sonoris in penetralibus montis causari minime dubito. Antiqui autem huiusmodi causari ex Nympharum dearum aquarum concentu miris fictitiis asserebant, sicut et eruptiones fontium eis ascribebant. quare iuxta eruptiones aquarum tempa Nymphis sacrata habebant, in quibus oracula earum consulentes plura investigabant. Sic etiam iuxta et supra montium cavernas et terræ scissuras oracula habebant, ad consulendum Demogorgonem [?]. Cum autem creator mundi districtum illum et montium angulum, ex quo Blauius fluit, satis mirabilem fecerit, et habitudinem montium cirumiacentium insuetis rupibus et cavernis repleverit, antiqui nescientes Deum qui hæc facit mirabilia, suis multiplicibus delusi erroribus diis attribuebant eaque loca eis sacrabant. Unde intenti poeticæ theologiæ multitudinem posuerunt deorum. aliquos dicebant cœlestes, ut Jovem. aliquos terrestres, ut Demogorgonem. aliquos infernales, ut Plutonem. aliquos¹ marium et fluminum, ut Doridem², Neptunum et Nymphas sive Musas. et has Nymphas plurificaverunt, dicentes aliquas esse Nymphas marinæ quas Nayades vocabant, et Nymphas fontium dicebant Hamadryades, et puteorum Nymphas dicebant Naptayades³, camporum Nymphas Naydes⁴, montium Orehaiades⁵, silvarum Dryades, et hoc in generali. In speciali autem assignaverunt cuilibet fonti et fluvio propriam Nympham, ut Castalio fonti Castaliam Nympham dederunt, a qua et nomen habet usque hodie. Tali autem fictio rem sic colorabunt. Dum Neptunus Medusam speciosissimam in templo Palladis violasset, ex illo concepit concubitu genuitque Pegasum, hoc est equum alatum, ænea habentem cornua, et pedes ferreos, igneum

*

1 aliquorum aliquos Sch. Kl. Mon. 1. Gold. ut. 2 Doris, Tochter des Oceanus und der Thetis, hatte 50 Töchter, die Nereiden. 3 viell. = Napaæω (νάπη Höhle, Grotte) Virg. Georg. 4, 585. 4 Naydas Sch. Kl. Wibl. und Schm. 5 Orchayades Sch. Kl. Wibl. Schm. Gold. ut. Orehayades Mon. 1. wohl = Oreades.

spirantem anhelitum et cursum vento similem habentem. qui equus mox natus evolans dum ad locum Parnassi montis venisset, demisit se in vallem super terram ut quiesceret, et stans in angulo et districtu montium, pede ut natura est equorum scalpsit, et adeo valenter pedem terræ incussit, ut usque ad aquam penetraret et de fonte abyssi aqua prosiliret, sicque mansit perennis vomes et perpetuus fluvius. Elevato autem Pegaso a loco in aera, ad alia transvolavit mundi loca, et ubicunque eum quiescere contigit, ibi scalpendo aquam evocavit. In locis ergo emanationum fontium antiqui illi Pegaso, quem deificatum credebant, adolebant templis constitutis. Et his præhabitibus, quis dubitat, antiquos Pegasi cultum cum multa celebrasse solennitate iuxta Burronis spectabilem fontem, cuius similem in toto oriente non existimo inveniri. Sed et de Lernæo fonte dicebatur, quod Amonidam virginem venationi in montibus vacantem¹ quidam Satyrus rapuit, quæ clamans Neptunum advocavit, et accurrens ipsam e silva a satyro in vallem deduxit. ubi dum eius frueretur concubitu, locum deflorationis tridente percussit moxque aqua erupit, perennem constituens fluvium, cui præfecit Amonidam Nympham, cuius cultum antiqui celebri ritu observabant ibi. Sic enim Neptunus suas remunerabat concubinas, faciens eas deas, Nymphas fontium et fluminum. Suspicari autem ab antiquis convenienter potuit in loco Burronis Neptunum lascivia resolutum profundius fodisse, aut tridentem terræ fortius incussisse, et suæ lasciviæ pellicem aliquam ibi reginam Hamadryadum Nympharum constituisse, et exinde locum sacratissimum veterum deliramentis fuisse, et grande Nympharum sacrum ibi stetisse, quamvis nostri prædecessores nihil de hoc nobis reliquerint in scriptis; vel scripta eorum a posteris neglecta periisse. Græci autem et Romani omnia quasi ab initio usque nunc in scriptis mandaverunt prædecessorum acta, ex quibus sapientia et potentia plurimum profecerunt. Ea ergo quæ in Græcorum et Latinorum scriptis reperimus ex poetica theologia de fontibus, fluminibus, montibus et cavernis, ad nostras regiones optime

Gold.
Fr. 307.

*

1 Amonida virgo . . . vacans quidam satyrus ipsam Sch. Kl. Mon. 1. Wibl. Schm. Amonidam virginem . . . vacantem Gold. ut., nicht Mon. 1.

spectant, etiamsi mysticus fabularum sensus, qua naturæ designatur cursus, requisitus fuerit. Bene ergo et congruenter ea, quæ de fontibus orientis scripta sunt, de nostris intelligi possunt ceteris paribus. Non autem fontem Burronis solum, sed et scopulos rupesque montium per eius gyrum sacratos fuisse cum suis antris, nemo est qui legit antiqua carmina et non credat, vel qui vidit Augustinum de civitate Dei, aut Hieronymum in suis epistolis, aut Eusebium de præparatione evangelica, aut Joannem Boccacium de genealogia deorum gentilium, cum per gyrum Burronis in clivis montium cernuntur horrenda Nympharum habitacula. Quis enim ascendens clivos et penetrans opaca et condensos virgultorum rubos non miretur, etiam attonitus stupore videns cavernas et speluncas, scissuras petrarum mirabiles, angusta et lata rupium antra? Ex omnibus his infero, fontem Burronis cum suis montibus, vallibus et silvis olim diis consecratum fuisse, vel ad minus sacrabilem, cum etiam parum supra fontem in clivo reperiantur fundamenta vetustissimarum structurarum, templorum signa, præcipue tamen in loco monasterii, ubi est confluentia duorum fluminum Achæ et Blauii¹. Loco ergo illo diu manente sub istis profanis cultibus, tandem Nympharum destructo ritu, tyranni ex templo Burronis refugii turrem fecerunt. Post hoc cum mundus illuminatus esset fide christiana, fideles super fundamenta iacta Nymphis ecclesiam suscitavere in honorem sancti Joannis Baptiste,

^{Gold.}
^{Ulm.} 110.

»qui meruit lavantem tingere lymphis«.

statim autem ut locus dicatus fuit Joanni Baptiste, omnis Nympharum repulsa est spurcitia, et lympharum est sanctificatum elementum, et concursus populorum, qui fuerat ad consulendum oracula Nympharum, conversus est ad honorandum sanctificatorem lympharum. Unde sicut antiqui certo die anni ad templum Nympharum veniebant, et vigilias insania plenas celebrabant, sic post sancti Joannis successionem ibi convenierunt ad locum, et vigiliis, orationibus et oblationibus celebrant festum cum magna populorum frequentia, sicque honor

^{Gold.}
^{Fr.} 306.

*

1 Ach et Blauii Mon. 1. Gold. ut.

et cultus Nympharum ad lymphas translatus est in paronymphum nympharum.

¹ Porro in tanto honore erat locus ille, ut Christi fideles indignum putarent tam sacrum locum et paronymphi templum esse absque continuis ecclesiæ officiis. Itaque anno domini 1095 generosi viri nobiles domini Heinricus et Hugo comites palatini de Tüwingen ² constructo ibi cœnobio ad sancti Joannis ecclesiæ latus adduxerunt religiosos viros ordinis sancti Benedicti fratres, eis ecclesiam cum cœnobio tradentes abdicatis iuribus suis, et plures alias possessiones pro eorum sustentatione eis assignaverunt. Sed et ingenuus vir Hartmannus senior comes de Rugga ³ contulit monasterio fontem ipsum Blauii cum clivo et rivum fluminis usque in Nydegg ⁴. Sic et alii comites, barones et nobiles religione dominorum electi sua in eorum subsidium sancto Joanni tradiderunt, et ne posteri eorum nobilium et fundatorum hæredes aliquod ius æstimarent se habere in loco et in bonis loci, de omnium communis consensu oblatus fuit conventus ille, ecclesia, cœnobium cum omnibus attinentiis Urbano II huius nominis papæ et sedi apostolicæ, qui oblatum devote accipiens ipsum monasterium ab omni iurisdictione secularium exemit eumque in sanctorum apostolorum Petri et Pauli protectionem et potestatem redegit, anno domini 1108. Primo autem creditur fuisse præpositura, sed postea commutatum in abbatiam.

Porro prope monasterium est aliis aquarum vomes et fons satis delectabilis ⁵, iuxta quem etiam Nympharum ritus celebris habebatur apud veteres. De his diabolicis Nymphis vide Augustinum de civitate Dei, et Thomam Anglicum super eum libro 3, cap. 12 et Joannem Boccacium libro 7, cap. 14 de genealogia deorum gentilium, et præcedente folio. ⁶ In hoc

*

1 Inchoacio monasterii blauburensis Mon. 1. am rande. 2 Tüwingen Mon. 1. Gold. ut. Vgl. Memminger o.a. Blaubeuren s. 112 9 v. u. 3 Rugga Mon. 1. Gold. ebenso hat über Ruggen geschrieben Sch. und Kl. Ruggen hat Wibl. 4 Aydegg Sch. Kl. Schm. Nydegg Mon. 1. Gold. ut. Wibl., s. o.a.-beschr. v. Blaubeuren s. 176. 5 Gieselbach, entspringt auf dem linken ufer der Blau, der Bleiche gegenüber, wo eines der häuser noch heute zu st. Niklaus heißt. O.a.-beschr. v. Blaubeuren s. 33 und 126. 6 Sancti Nicolai monasterium Mon. 1 am rande.

Gold.
Fr. 300.

ergo loco monachi Burronis divinarum Nympharum construxerunt habitaculum, monasterium scilicet virginum, et sanctum Nicolaum constituerunt ecclesiæ patronum, ut has mundas tueretur Nymphas, sicut olim persequebatur sordidas Nymphas Dianaë sodales, ut habetur in eius legenda. Huic sancto Nicolao adiunxerunt ecclesiæ illius patronam sanctam Nympham, quam puto illam esse, cuius meminit Paulus apostolus ad Colossenses ultimo¹, quæ ex Phrygia provincia de egregia civitate Laodicea nata ex gentilibus parentibus Nympha dicta fuit, quia in eadem provincia cultus Nympharum maximus fuit, et est regio illa contermina Lyciæ², unde sanctus Nicolans ortum habuit. Prædicante autem Paulo cum Barnaba Laodiceæ conversa est Nympha ad fidem cum universa domo sua et tam sanctæ vitæ fuit, ut sanctus Paulus de vinculis e Roma in epistola Colossensibus missa eam salutari ex se mandaret, fuitque hospita prædicatorum primorum, omnesque divini verbi præcones suscepit et provisionem fecit, ut colligitur ex glossa magistri super apostolum, et ex Petro de Tharentasia³, et Nicolao de Lyra col. 4⁴.

Igitur in ambobus locis tam monachorum quam monialium divinus cultus multis annis celerabatur cum multa devotione⁵. Accidit autem anno domini 1348 fieri per universum fere mundum immanissimam pestem, qua tot homines moriebantur quotidie, ut civitates et villæ evacuarentur et multa monasteria sine monachis essent. illi enim monachi qui superstites erant, non in monasteriis sed in civitatibus erant, et assueti secularium morum de malo in peius labebantur, factusque est omnium religionum lapsus gravis in ista peste, quia maturi moriebantur et pauci remanentes apud medicos in civitatibus degebant, ut in vita conservarentur et solatiis gauderent. Eo tempore monachi conventus Augensis pâne omnes de Owia emigrantes in Ulma sua civitate morabantur. et quia ditissimi erant et parum de religione habebant, multos socios habebant,

*

1 Collocenses Mon. 1. Die stelle ist wohl Col. 4. 15. 2 Licie Mon. 1. Litiæ Wibl. Schm. 3 de Tharentasia Wibl. Gold. ut. de Thare. Sch. Kl. Schm. de Tharen. Mon. 1. 4 colum. 4 Gold. ut. col. 4^o Mon. 1. Sch. Kl. Col. 4 Wibl. 5 Pestis primitivas destruxit observancias Mon. 1. am rande.

et bona sui monasterii absque¹ omni cura et timore consu-mebant in Ulma, ubi quotidie splendide vivebant. Ad quos haud dubium eorum confratres et domini de Wiblingen, El-chingen, Blaubüren et Ochsahusen veniebant ad convivandum, sicque bona temporalia amissa religione monasteriorum illorum ^{Gold.}
^{Fr. 810.} dilapidabantur. Ad tantam autem paupertatem devenit Bur-ronis monasterium, ut ad tempus non esset ibi nec abbas nec præpositus nec monachi. et tunc etiam monasterium monialium omnino defecit et in nihilum redactum fuit, cuius hodie vix exiguæ apparent ruinæ. Erat autem quædam domina prædives vidua, puto de Ulma, in villa residens Blaubürensi, quæ com-passa desolationi conventus manus porrexit adiutrices ad eius relevationem, et ita revocatis dominis conventus ibi factus est et in personis et possessionibus proficere cœpit. Verum cæri-moniae ordinis et regularis observantia minime observabantur. Ditato autem conventu ortæ sunt in electionibus abbatum mul-tæ dissensiones, cum multi ad dignitatem aspirarent, et inter abbates et monachos contentiones et lites. Unde quædam enormia acciderunt, propter quæ conventus in magnam devenit infamiam. Sed quia cum tempore omnia transeunt, et quæ fuerunt redeunt, ut in sententia habetur Salom. ecclesiast. 1 cap. [v. 9], cum conventus post hæc ad regularem observantiam reformatus fuisset, rediit cum sancta observantia et bona, quæ perierat, fama. in dies enim proficere cœperunt, et supra alios vicinos conventus utiles personas adepti sunt, doctos in artibus, in sacra theologia, in physica², medicinis³, historiis et aliis.^{Gold.}
^{Ulm. 111.} et per omnia sunt tales domini illius conventus sicut supra patet. Huic autem conventui præsidet nunc Dei gratia insignis vir dominus Hainricus Fabri dignissinus abbas, qui nostro ævo totam structuram antiqui conventus resolvit, et novum claustrum non tam pretiosum, quam ordinatum pulcher-rimumque a fundamentis suscitavit in omnium stuporem et admirationem. Solertia ergo illius reverendi patris et suorum monachorum studio et obedientia stat conventus ille in magna

*

1 absque fehlt bei Mon. 1 Kl., ebenso ursprünglich bei Sch., aber von anderer hand ist absque hineinkorrigiert. 2 philosophia Mon. 1. Gold. ut. 3 medicina Wibl. Schm.

fama, in multitudine dispositarum personarum, in magnificencia structurarum, et in augmento possessionum usque hodie. Ad latus conventus est hodie oppidum pulchrum, munitum et populosum, quod olim erat parva villa, quæ post fundationem monasterii fuit in angulum illum constructa, et nomine fontis dicta Blauburen, quod latine tantum sonat quasi fons cœlestis coloris. Fontem etiam illum, oppidum et monasterium invenimus sub nomine Burronis expressa, ita quod fons dicitur Burron, et monasterium dicitur sancti Joannis iuxta Buronem, et oppidum similiter. Hoc autem nomen Burron sic existimo huic fonti advenisse. antiquitus enim fontes dicebantur theutonice burrn, sicut adhuc hodie in Alsacia nominantur burren, et non brunnen. Facta est autem in Suevia huius nominis mutatio per transpositionem litteræ r, et brunnen fontes nominari cœperunt, hoc tamen non obstante, antiquum nomen fonti remansit Blauburen, et inde sumptum est nomen burron in latinam declinationem. Porro vulgus insipiens audiens locum dici Blauburen, imaginatur eum sic dici a rusticis decoloratis blauio colore. unde anno præterito, cum Fridericum tertium huius nominis imperatorem rogarent, ut eorum oppido et communitati aliquod singulare stemma quo arma sua consignarent daret, interrogavit de nomine oppidi, et audiens Blauburen, dedit eis rustici blauii imaginem, quam usque nunc pro intersignio habent. Hoc oppidum tempore magnarum pluviarum stat in grandi periculo propter incidentes aquas a montibus. unde fit quod rapidissimus torrens per medium eius elabitur cum multo nocimento. Et tantum de illo sit dictum¹.

Gold.
cap. **XVI.**
Fr. **III.**
Ulm. **III.**

Cap. 12.

Via a Burrone in Seflingen et Ulm².

Sequendo per descensum cursum Blauii fluminis venitur ad villam Gerhusen, quæ quasi inter duas arces super flumen

*

1 dictum sit etc. Mon. 1. Gold. ut. dictum sufficiat Wibl. Schm. Bei Schm. ist am rande beigeschrieben »pro sufficiat in Gold. est sit«. Wiederum hat nur Mon. 1. beigesetzt etc. 2 Sephlingen et Ulmam ciuitatem Mon. 1.

est sita. Una arx dicitur Rugga, in scopulo super rupem ædificata in cornu, quod dividit utramque vallem Blauii et Ach. in ista arce quondam nobiles comites de Rugga residentiam habebant, quæ progenies dudum defecit. Alia arx dicitur Gerhusen, quæ mirabili rupi est superædificata et alte super abruptissimam petram. Sub ipsa petra sunt cavernæ horribiles, habitacula apta Musis et Nymphis, et æstimari potest hoc ^{Gold.}
_{Fr. 312.} nomen Gerhusen a Gera Nympha sumptum, quasi domus Geræ. Deinde contra Ulmam descendendo venitur in locum ubi Nydegg¹ eminenti petræ imminet, quondam arcem continens, nunc vero sancti Nicolai capellam. Deinde est castrum Arnegg destructum, et Herlingen, et postea Klingenstein, quæ est arx fortis. Post hanc arcem est Seflingen monasterium egregium sanctæ Claræ quod creditur vivente sancto patre Francisco fuisse inchoatum primo in Ulma civitate in arena, ubi adhuc est locus in quo stetit, et dicebantur sorores in arena, quibus dum a quadam vidua collata esset villa Seflingen et possessio Strübel, transstulerunt monasterium extra civitatem in villam, et in exitu earum permutationem fecerunt cum fratribus minoribus, dantes eis suam campanam, quæ sonorosior erat, et fratrum campanam accipientes. Ædificantes autem locum appellaverunt Hortum virginum, in quo multo tempore carpebant flores rosasque odoriferas virtutum, fuitque ut dicitur primum sanctæ Claræ monasterium in hac provincia superioris Alemaniæ anno domini 1232 constructum ab Ulmensibus, de quorum monenibus postea emigrarunt, ut dictum est, in Seflingen, ubi beneficiatæ a comitibus de Tyllingen²; iidem comites sibi titulum fundatorum usurpaverunt, dicentes quandam viduam comitissam de Tyllingen ipsum fundasse monasterium ibique sepultam esse. Successu autem temporis post lapsum religionis sancti Francisci et fratrum defectionem defecerunt et a religione declinaverunt etiam sorores, sicque uterque conventus, fratrum scilicet in civitate, et sororum extra muros multo tempore absque observationia suæ sanctæ regulæ stetit sub multa dissolutione, et plurima committebantur scandala, incidebantque seculares per

*

1 S. oben s. 199. 2 Tylingen Mon. 1. Sch. Kl. Gold. ut. Tyl-lingen Wibl. Schm.

ingressum ad moniales pericula excommunicationum papalium frequenter. Dum autem iam fratres prædicatores reformati essent in Ulma, cœperunt eorum prædicatores contra non reformatos clamare et pericula detegere et excommunicationes latae contra ingredientes monasterium sanctæ Clæræ promulgare,
Gold.
Fr. 212.

aperti sunt oculi dominorum consulum et multorum secularium in Ulma, et ad tanta pericula cœperunt horrescere et timere, quærentes qua via cum pace et tranquillitate tantis malis finis imponi posset. In his autem domini Ulmenses consultum habebant expertum virum et venerabilem patrem sacræ theologiæ professorem magistrum Ludovicum Fuchs, priorem tunc prædicatorum in Ulma, cuius consilio et opera prius reformaverant conventum prædicatorum cum multa pace. ¹ Accepto autem consilio et obtenta a papa bulla reformationis amborum monasteriorum anno domini 1484 opus aggressi sunt domini Ulmenses cum multa sagacitate. Studebant enim ante operis inchoationem totam sibi attrahere communitatem, ut dominum doctorem magistrum Heinricum Nithart plebanum, et clerum ac religiosos et magistros zunftarum et omnes cives ac zunftales, et hoc facto advocaverunt fratres minores reformatos, eisque conventum in civitate tradiderunt, et alios non reformatos penitus extra conventum et civitatem expulerunt. Et illa fratum reformatio difficultatem habuit, sed parvam, quia pæne omnes, qui reformandi fuissent recesserunt, ita quod reformatio fuit murorum et domus, non fratum, quia ipsi reformatores erant loci tantum possessores et non fratum reformatores. Reformato autem conventu fratum statim ad reformandum sorores extra in Seflingen manum apposuerunt. et quia hoc arduum, laboriosum et periculosum erat, assumpserunt secum plures viros doctos et expertos, religiosos et seculares, et consiliarios domini Eberhardi de Wirtenberg, et plures nobiles affectum boni habentes. Sic ergo domini Ulmenses stipati ² doctoribus religiosis diversorum ordinum, nobilibus, suis concivibus et zunftalibus armatis et communiter vestitis exierunt

*

1 Difficilis reformatio Seflingen Mon. 1 am rande. 2 stipatus umringt, begleitet. Cic.

de civitate cum ingenti multitudine, tanquam ad certamen pro gloria Dei, habentes secum in curribus abbatissam instituendam cum monalibus sanctæ Claræ multis de observantia. Et ingressi monasterium antiquam abbatissam dominam Christinam Strölin de Ulma auctoritate apostolica destituerunt, et omnes ^{Gold.} officia habentes absoluerunt, et in earum locum adductas subrogaverunt. Quantæ autem in his omnibus fuerint monialium illarum insolentiae, clamores, eiulatus, rugitus et fletus, maledictiones, blasphemiae, imprecationes malorum in consulatum, improperia ¹ in magistros civium, despectiones doctorum, contumeliae et minæ, non potest enarrari. Quantæ autem securæ sint difficultates, quantæ turbationes, quot pericula, quot diætæ, quot scandala, quantæ expensæ, quantæ denique divisiones in ipsa civitate et partialitates, quantæ sententiarum sedis apostolicæ et imperatoris mutationes, interpretationes, innovationes, revocationes et restitutiones, et quam acutæ practicæ fratrum minorum non observantialium, et ingeniosæ observantialium obviationes, et quot pro utraque parte annullationes, fugæ, conventiones et recessus, quot dominorum consulum de Ulma apud sedem apostolicam et imperiale maiestatem proclamationes, infamationes, accusationes, et apud episcopos delationes, et apud principes inculpationes, et quantæ contra Ulmenses ex his ortæ sint principum, episcoporum, nobilium et communictatum indignationes, detractiones, iræ, minæ, non facile dixerim. Sed in omnibus his quanta fuerit dominorum de Ulma constantia, fortitudo, strenuitas, patientia, prudentia et infatigabilis perseverantia, rei eventus indicat. Nam si quis velit omnia, quæ in hoc facto contigerunt, pro et contra scripto mandare, necesse haberet plures implere quaternos. Igitur cum abbatissa antiqua ab officio esset deposita, et aliæ officiales cum nova abbatissa institutæ, eadem hora abbatissa absoluta, se non absolutam nec absolvi posse cum suis vociferans, per conventum discurrerunt, parantes se ad egressum de monasterio. collectis autem suæ proprietatis reservaculis, cistis et capsis clausis et colligatis sequebantur pæne omnes dominam Christinam Strölin

*

¹ opprobria Wibl. improbria Schmid. improperia Mon. 1. Sch. Kl. Gold. ut.

absolutam abbatissam, ad egrediendum, et nec promissis nec minis retineri poterant, nisi abbatissa absoluta declararetur esse adhuc abbatissa et non absoluta. Sed dum hoc Ulmenses ^{Gold.}
_{Fr. 315.} minime facere possent aut vellent, et ipsæ moniales cum sua abbatissa iam subsisterent et pedem ab egressu retrahere vellent, iusserunt domini Ulmenses eas per servos educi. sicque eductæ sunt, et cum processione civitatem Ulmensem introierunt ad domum congregationis dominarum tertiae regulæ beati Francisci. Non autem multis elapsis diebus fautores partis earum nequaquam eas Ulmæ inter ænulas manere suadebant, sed sub protectionem et alas alicuius domini configere. Sic ergo consurrexerunt et in Gintzburg oppidum, cui tunc præerat dominus Augustensis, migraverunt, et inde dispersæ, cum parva secularium ædificatione evagabantur et mille cum suis fautoribus practicas excogitaverunt ad turbandum Ulmenses, concitantes principes et communitates. Duobus autem annis sic elapsis rediit domina Christina Strölin antiqua abbatissa ad cor, seque ad observantiam dedit, et cum pluribus aliis reducta est in suum monasterium. Aliæ vero redire nolentes provisæ sunt et ductæ ad alia monasteria. et ita quoque ¹ usque hodie monasterium Seffingen sub vita regulari degit in multorum ædificationem. Est autem monasterium grande et abundans, ac delectabile, aquis irriguum, in cuius septis ² emanant aquæ de fundo terræ, dempto Blauio, cuius pars ibi pertransit ³.

Gold.
cap. XVII
Fr. 315.
Ulm. 112.

Cap. 13.

De locis prope Ulmam, extra moenia civitatis.

Ex prædictis patet usque huc, quomodo Ulma circumamicta est varietate religionis per gyrum. Nunc pro conclusione videre restat quibus vallata sit prope murum sanctis et ecclesiis et patronis. Villa proxima est Seffingen, in qua est beata virgo præsidens in horto virginum et ab occidente muros custodiens.

*

1 quoque hat Gold. ut. 2 septem Sch. Kl. Wibl. Schmid. (Sch. hat septe, m ausgestrichen.) 3 pertransit etc. Mon. 1.; Gold. und alle andern manuskr. haben etc. nicht beigesetzt.

Ad meridiem est villa Wiblingen, in qua est ecclesiæ patronus et Ulmensium custos sanctus Martinus armatus militia spirituali et temporali. Ibi etiam proprius est Schweikhofen¹, olim villa, ubi hodie est ecclesia, in qua sanctus Joannes Evangelista Ulmam observat. Ad orientem est Pful² villa, iuxta quam mausoleum³ est beatissimæ virginis Mariæ in publica strata, ^{Gold.}
^{Fz. 316.} quod inhabitare se demonstrat quibusdam miraculis, ex quo Ulmam misericordiæ oculis inspicit et tuetur. In ea villa patronus sanctus Udalricus ecclesiæ, optimus civium se im- ^{Gold.}
^{Ulm. 113.} plorantium custos. Ad aquilonem est in regio monte Elchingen excelsus beatissimæ virginis thronus collocatus in omnium terrorem civitati Ulmensi nocere volentium. Et sub ea in villa Talfingen⁴ residet in ecclesia armis accinctus sanctus Georgius⁵, miles strenuissimus, paratus in Ulmensium defensionem. supra in monte est origo medicinalium aquarum et fons salubris, iuxta quem est grandis domus cuni multis cellulis pro balneari volentibus. ubi suo tempore Ulmenses in magna multitudine balneantur viri et feminae pro sanitate et solatio. In ea plaga proprius Ulmam est ecclesia in qua sanctus Leonhardus⁶ patronus est, qui paratus semper est solvere vincula competitorum⁷ se invocantium et capere ac ligare Ulmensibus nocere volentium⁸. Ad hunc beatissima virgo Maria suam collocavit sedem, et miraculis se ibi favere Ulmensibus demonstrat. Ibi etiam pæne ad murum sunt in ecclesia omnes simul sancti patroni custodes Ulmensium. et beata virgo in medio eorum stans in arce cœmiterii supra poliandrium, et extra cœmiterium in capella cœmiterii pauperum de hospitali etiam miraculis se adesse demonstrat Ulmensibus præsidio. Et supra in monte contra occidentem residet speculator sanctus Michael⁹, ab omni

*

1 proprius Wibl. Sveckhofen Mon. 1. Gold. ut. 2 Phul Mon. 1. Pfuel Wibl. Pful Gold. ut. Pful Sch. Kl. Schmid! 3 mauseolum Sch. Kl. Wibl. Schmid. 4 talfingen Mon. 1. Sch. Wibl. Schmid. Thal-fingen Kl. Gold. ut. 5 Georius Mon. 1. 6 S. Leonhardskapelle, ganz nahe bei der stadt Ulm, am kirchhofe. Auf demselben die kirche zu uns. lieben frau, und die Allerheiligenkirche. 7 compeditus gefesselt. Plaut. 8 So alle. 9 Hæc turris sancti Michaelis renovata fuit anno 1593 mense Augusto a Præposito Wingensi, jussu et consensu inclyti senatus Ulmensis. Wibling., randnote; ganz ebenso Schmid. und Eh.

Gold.
Pr. 317.

parte circumspiciens Ulmam et armatus protegens. Sed et sanctus Jacobus apostolus ab antiquo occidentalem civitatis Ulmensis partem tuitus est, residens in capella villæ Seflingen. Est autem capella illa vetustissima, et consideratis circumstantiis credo ipsam esse a Karolo magno ædificatam, qui in cunctis locis sibi singulariter placitis et commendatis, ob sancti Jacobi venerationem, quem maximo prosequebatur honore, capellas extra muros sancto Jacobo consecratas ædificari constituit, ut qui eius limina in Compostella non posset visitare, saltem capellam extra, tanquam ad sanctum peregrinaretur Jacobum, haberet. Nam ipse Karolus reisam¹ et peregrinationem ad sanctum Jacobum in Compostellam instituit et indulgentias contribui ac libertates obtinuit, quia ante cum ignorabatur apostoli sepulcrum. Cum ergo Ulmam oppidum multo dilereret affectu ille magnificus Karolus, sui patroni sancti Jacobi fecit in Seflingen oratorium, sicut prius fecerat ante civitatem Thuricensem, et ante urbem Basiliensem, ut supra patuit. Visitabatur ergo ab antiquis Ulmensibus hæc capella sancti Jacobi, sed post monasterii constructionem et horti virginum insertionem et plantationem omnis frequentia populi ad virginum hortum, ubi, ut dictum est, beata Maria inter virgines splendidior refulget, confluxit. Ex his manifeste liquet, quod ab extra et ab intra beatissima virgo Maria ab omni parte protectrix et patrona est Ulmensium. Ab occidente enim habet, ut iam dictum est, eam in horto cum sancta Clara et aliis virginibus in Seflingen. A meridie habet eam in capella in coemiterio monasterii Wiblingen cum sancto Martino et Benedicto, et in via communi qua itur in Memmingen, in eadem plaga prope villam Zell dictam, ubi per inventionem thesauri in puteo, qui est iuxta viam, constructa est capella. Ab oriente eam habet iuxta Pfuel custodem. et ab aquilone in Elchingen et iuxta sanctum Leonhardum ad muros civitatis Ulmensis. Ab intra vero monstratur beatissima virgo Maria patrona singularissima, cum sit domina illius egregii templi ecclesiæ parochialis in Ulma et ecclesiæ prædicatorum, et in omnibus locis et ecclesiis ei habentur sacra altaria. ad laudem domini Jesu Christi,

*

1 reysam Gold. ut. Reysam Mon. 1. Raisam Wibl. Schm. Eh.

salvatoris nostri, qui meritis suæ intemeratæ virginis matris Mariæ me in evagatione ab Ulma usque in terræ sanctæ loca ducere salvuni et reducere dignatus est, cui sit honor et gloria per infinita seculorum secula. Amen¹.

² Cetera quæ promisi scribere consequentur, de continuatione chronicæ civitatis Ulmensis specialis libellus stabit conficiendus. Ad præsens sufficiat tantum evagatum fuisse.

Valete, carissimi fratres, et cum hoc evagatorio agatis, ut in epistola per me vobis missa, quæ in principio evagatorii habetur, vos sincerius et seriosius rogavi. Deo gratias³.

*

1 Hier endet Mon. 1. und Gold. uterque. Mon. 1. setzt hinzu: Finit fœliciter descriptio Germaniæ partialis ac præcipue regionis Sueviæ et civitatis Ulmæ cum monasteriis circumiacentibus, edita per fratrem Felicem ordinis prædicatorum, qui terram sanctam et Jerusalem peregrinando bis perlustravit ad laudem Dei. 2 Conclusio finalis evagatorii Fratris Felicis Fabri, clauditur sub hac forma per eum. Mon. 2. cetera rogavi haben außer Mon. 2. auch Sch. und die andern. 3 Deo gratias hat Mon. 2. nicht. Eh. Schm. und Wibl. setzen bei: Finis historiæ civitatis Ulmensis per Fratrem Prædicatoris (s.) ordinis in Ulma Dn. Felicem Fabri descriptæ anno ab incarnatione Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi 1484. Cod. Mon. 2. schließt: Explicit 2a pars evagatorii. F. F. F. ordinis prædicatorum, prædicans conventus Ulmensis.

Anhang.

Im cod. Mon. 2. (cod. lat. 848 der Münchner Hof- und Staatsbibliothek), welcher augenscheinlich eine ergänzung des cod. Mon. 1. geben will, findet sich in übereinstimmung mit unserm cod. Schad. und Klapp eine anzahl von stellen, welche noch nicht gedruckt sind. Denn das von Goldast herausgegebene und von ihm erst mit dem titel Historia Suevorum versehene werk Fratris Felicis Fabri¹ enthält von anfang bis zu ende nicht mehr, als was der cod. Mon. 1. gibt; Goldast teilte das ganze in zwei bücher, von welchen keines eine besondere überschrift hat. Was seinem zweiten buche, unserem tractatus de civitate Ulmensi, und gleichmässig dem cod. Mon. 1. fehlt, ist im vorstehenden ausführlich aus cod. Mon. 2. und einer anzahl von handschriften nachgetragen.

Auch dem ersten buche fehlt manches, was cod. Mon. 2. und cod. Schad. und Kl. ergänzt hat.

Diese letztern stücke nun, wie sie aus den handschriften des ersten buchs der Historia Suevorum zu entnehmen sind, sollen im folgenden noch kurz zusammengestellt werden. Sie wurden von Goldast nicht ausgeschieden oder weggelassen; er sagt in der præfatio s. 14 Fr. bestimmt: nec demere nec mutare quidquam voluimus, ne in verbis quidem, docti a Baldo et Felino iuris prudentibus, notarium non posse corrigere falsam latinitatem, ne sub prætextu latinitatis fieret fraus. Idem correctoribus librorum dictum putate! Näheres über das verhältniss dieser noch ungedruckten nachträge zu Goldasts text s. in der s. VII citierten abhandlung. So mögen sie denn hier folgen.

*

1 Dr Hermann Escher betitelte seine bearbeitung des ersten buchs mit gutem grunde Descriptio Sueviæ. Siehe s. VI.

Überschrift und anfang der genannten handschriften.

Incipit descriptio aliqualis nostræ terræ et provinciæ Teutoniæ et nationis Sueviæ; et civitatis Ulmæ¹ hoc ultimo loco.

² Descripsi in præcedentibus loca, per quæ et ad quæ peregrinatio Jerosolymitana se extendit, et terras procul in transalpinis et transmarinis partibus existentia. Nunc ordo debitus exigit ut provinciam et terram nostram non præteream, sed de ea etiam aliquid notificem, cum ipsa peregrinatio, de qua locutus sum, in ea inchoata sit et ad eam terminetur. Tria circa hæc³ venient describenda, videlicet provincia Teutoniæ in generali, natio Sueviæ in speciali, et civitas Ulmensis in singulari.

⁴ Ex dictis autem beati Hieronymi et Orosii et Bedæ, et ex commentariis Cæsaris, et ex Cornelii Taciti⁵ et Plutarchi descriptionibus et magistri Vincentii Beluacensis etc.⁶.

Gold. I. I cap. 2 de Danubio ed. Fr. s. 48 z. 16. Ulm. s. 14 z. 4.

Dum autem mare influit, tanto impetu hoc fit, ut ultra xl milia⁷ passuum infra amaras undas dulcem quærentibus exhibeat⁸ haustum. Fontes⁹ sive Danubii origines quam plurimi ex Rhæticis Alpibus et ex Julianis¹⁰ efflunt, plurimi etiam ex Suevorum decurrunt Alpibus. Ad illius fluminis fontes indagandos vetustissimus Ægyptiorum rex Osiris per Isidem¹¹ deificatus post obitum vivus accessit, ut habetur libro 1. antiquarum historiarum Diodori: Tuni, inquit¹² Osiris rex, qui universum peragravi orbem usque ad desertos Judæorum fines, ad eos quoque profectus sum qui aucto? [austo] subiacent *

1 et monasteriorum circum iacentium Mon. 1. Alles folgende fehlt bis Ex dictis beati Hieronymi etc. 2 Bei Gold. heißt der titel: Felicis Fabri monachi Ulmensis Historia Suevorum. Lib. I. Cap. I. Descriptio aliqualis nostræ terræ et provinciæ Teutoniæ et nationis Sueviæ. Das folgende fehlt bis Ex dictis etc. 3 Tria autem circa hoc Sch. Kl. 4 So beginnt, autem weglassend, Gold. Fr. s. 46. Ulm. s. 13. 5 et ex Cornelii Taciti fehlt bei Gold. 6 Belucicensis Schad. 7 ultra LX milia Gold. xl milia Mon. 1. Schad. Kl. 8 exhibens Mon. 1. Schad. 9 Fontes bis Negotiatoribus nostris fehlt bei Gold. Fr. 48 z. 18. Ulm. s. 14 z. 7. 10 et Julianis Mon. 2. 11 Isidem Mon. 2. Sch. Kl. 12 Tum, inquit bis Hystri fontes hat Sch. Kl., nicht aber Mon. 2.

usque ad Hystri fontes. Negotiatoribus nostris multum affert commodi¹, qui a civitate Ulmensi per ipsum in Bavaria etc.

Gold. das., Fr. s. 49 v. 3. Ulm. s. 14 z. 34.

unde aurati velleris fabula conficta est². Veruntamen translator³ historiæ Troianæ in stilum familiarem, delectis figuris, Guido de calumpnia l. 1. c. 1., dicit gent[il]em regem Colchidis cumulum thesauri magni possedit, et possessum custodiam traditum mirabili cura dei Martis, cuius in custodia boves quidam deputati erant urentes flammas ex ore vomentes, et draco squamis horridus flammas igneas exhalans, et hæc per incantationum figura et artes mathematicas sicut posita erant. sic etiam Josephus mathematicis artibus Salomonem thesauros immensos inclusisse paterno sepulchro, ut supra patuit. Quicunque ergo hunc thesaurum optavit habere, cum bobus necesse habebat inire certamen et demum cum dracone. Huius autem thesauri cumulum multi strenui sibi querere voluerunt, sed impugnantibus incantationis noxiis non thesauri compendia, sed finalis sibi necis dispendia quæsiverunt. vide in Guidone: quomodo Jason adeptus sit. De eo autem vellere cum apud omnes esset fama etc.

Gold. l. I. c. 3 de Rheno fluvio. Fr. s. 50 z. 5. Ulm. s. 14 z. 17.

Ex Rhæticis Alpibus, a quibus⁴ nomen suum⁵ trahit Rhenus, quem tamen in Pantheon Gotfridus⁶ nominat Lemanum⁷, dicens ab eo totam regionem denominari Alemaniam, particula IX⁸. De Alpibus⁹ non longe ab invicem etc.

1 multum commodum affert Mon. 1. Gold. multum affert commodi Sch. Kl. 2 Das folgende bis Jason adeptus sit fehlt bei Gold. 3 veruntamen translator bis adeptus sit haben nur Sch. Kl. und fahren fort: De eo autem vellere etc. Mon. 2. hat abgekürzt: Veruntamen translator historiæ Troianæ in stilum familiarem Guido de calumpnia dicit magnum thesaurum custodivisse. similiter Josephus de Salomone, de quo alias plura etc. 4 von a quibus bis particula IX fehlt bei Gold. 5 Escher p. 113 las hier bei Sch. a quibus vero suum: es heisst aber nomen suum. 6 Gotfridus fehlt bei Mon. 2. 7 Lemanum Mon. 2. 8 Escher führt die stelle aus Gotfr. Viterb. Pantheon pars IX (nicht 14!) an, wo nur steht, dass einige fälschlich den namen Alemania so ableiten. Das kleine gedicht folgt unten s. 221. 9 Gold. fährt nach Rhæticis Alpibus fort: de quibus non longe ab invicem.

Rheni autem ortus est ex asperrimo et scopuloso monte¹, quem Michael de memorabilibus mundi nominat Adulam, a pluribus fontibus in vallem decurrentibus.

Gold. l. I c. 4. de nominibus nostri territorii Fr. s. 54 z. 10. Ulm. s. 16. z. 17.

Sed circumscriptione comportavi. Latini² enim historiographi moderni non intromittunt se de descriptione Germaniae propter barbarorum locorum nomina³, sicut patet ex Cornelio Tacito et ex Ptolemæo. Positis ergo ex circumscriptione duorum fluminum etc.

Gold. l. I c. 5 de Alemania Fr. s. 54 z. 5 v. u. Ulm s. 16 z. 11 v. u.

Alii dicunt quod Lemanus dicatur quidam fluvius terræ nostræ a quo Alemania sit denominata. Hic fluvius⁴ est ille qui ex Thuricensium lacu prodit, qui dicitur Lema vel Lemanus, quem ruditas vulgi nominat Limat, mutando e in i⁵. Quidam vero dicunt lacum Constantiensem dici Lemanum, a quo Germaniae nomen suum affirmant. Alii opinantur quod a copia etc.

Gold. l. I c. 6 de ratione nom. Germaniae Fr. s. 55 z. 6 v. u. Ulm. s. 16 spalte 2, z. 31.

Crescunt ad omnem partem et alienas sedes occupare querunt⁶. Dicitur etiam Germania quia populi illius terræ sunt magis consanguinei et germani fratres, quia cuiuscunque regiones minime⁷ aliarum gentium hospitiis sunt mixtæ, ut dicit Cornelius Tacitus de vita et moribus Germaniae⁸. Quis enim,

*

1 asperrimis et scopuloso monte Mon. 2. asperrimis et scopulosis montanis Gold. Das folgende quem Michael bis Adulam fehlt bei Gold. 2 Latini bis Ptolemaeo fehlt bei Gold. 3 barbarorum locorum nomine Sch. barbariem locorum nominum Mon. 2. Kl. 4 Hic fluvius bis affirman habent Mon. 2. Sch. Kl. Bei Gold. fehlt dieser passus; er und Mon. 1. haben dafür: Sed ubi fluvius ille sit vel in quæ parte, invenire non potui. 5 mutando de e in i Mon. 2. 6 occupare querunt. Von hier bis monstruoso respectu aliarum gentium fehlt alles bei Gold. 7 et minimæ Kl.; die stelle ist Tac. Germ. 2. 8 et moribus Germaniae. bis bieher Mon. 2. Letzterer setzt hinzu et plura alia. Das folgende hat nur Sch. und Kl.

inquit idem, Asia, Africa, Italia relicta, Germaniam peteret informem terris, asperam cœlo, tristem etc. Dicit etiam idem Tacitus, quod Tungari olim dicebantur soli Germani, et quia Rhenum transgressi, Gallos expulerunt, nomen suum magnificarunt, ita ut tota gens usque Italos Germani dicerentur. Sed et Gotfridus in metris Panth[e]on particula IX dicit Germanos prædictos Sycambros, et quia Sycambri ingressi regionem intra Rhenum et Danubium habitatoribus expulsis Germani vocari voluerunt, et quia Romani et Germani a Troia venerunt, et quia patres et confratres sunt æstimati temporibus vetustorum hominum. Vel secundum Catholicanem¹ Germania dicitur quasi germinans immanes homines, proceros, grandia habentes corpora et quodammodo monstruoso respectu aliarum gentium. Vel dicitur a germinando et mania, quasi dicas furiam, pro eo quod regio ista generat gentem furiosam². Nam Germani etc.

Gold. l. I c. 7 de Theutonia s. 59 z. 3. Ulm. s. 17,
z. 7 v. u.

Theutonia a quodam tyranno in ea regnante dicto Theutomodo vel Theudolo vel Theutobaldo. Cornelius Tacitus³ de vita et moribus Germaniae dicit antiquitus fuisse apud Germanos celeberrimum regem Tuisconem, quem chronica veterum⁴ Deum terræ filium esse sonabant, a quo tota regio Theutonia dicitur, quod nomen hodie apud vulgum manet et Teutschland⁵ a Tuiscone nominatur⁶. Hic Tuisco habitasse creditur in Tuitio, eique urbi nomen suum contulit. Tradunt etiam veterum historiæ, Tuitium fuisse insignem urbem, quondam principi⁷ Deorum sacerrimam, in qua singulariter a gentilibus colebatur. Nam antequam Coloniensis civitatis iacta fuissent fundamenta, erat hæc in flore, in qua et Saxones se tutati sunt contra Carolum Magnum, cum quibus multos conflictus habuit, eosque

*

1 So haben Sch. und Kl. 2 Dicitur etiam Germania a germine et mania, quasi dicat furiam pro eo, quod regio ista generat gentem furiosam. Gold. Das übrige bis zu ende haben Sch. Kl. und Gold.
 3 Cornelius Tacitus bis Tuitonia dicitur fehlt bei Goldast. 4 quem carminibus veterum Mon. 2. 5 Teutschland Sch. Kl. Tuithland Mon. 2. 6 der folg. satz fehlt bei Mon. 2., welcher beisetzt etc. de quo vide plura. 7 principem schreibt Mon. 2 u. Kl., wohl schreibfehler.

tandem victos ad fidem christianam convertit et Tuitium destruxit, omnem eius potentiam ac opes in Coloniam transtulit. Sic ergo Tuisco heros civitati nomen Tuitium dedit a qua tota Alemania Tuitonia¹ dicitur.

² Alii scribunt nomen terræ nostræ Theotonia³, cuius nominis etymologisatio etc.

Gold. l. I c. 8 Francia. Fr. s. 71 z. 22. Ulm. s. 22, spalte 2, z. 13.

⁴ Non solum autem populi illius terræ ruditas defecit, sed ipsum solum coeli revolutio mutavit. Nam Cornelius Tacitus dicit, olim terram nostram non aurum nec argentum nec alia metalla habuisse, nunc autem in arena Rheni et Danubii et in multis locis invenitur et foditur aurum et alia metalla. Sic etiam est de terræ fructibus.

Ultimo⁵ Alemania dicitur Francia et Theutonici Franci propter latitudinem regni Francorum, quod tempore Pipini extendebar a fluvio Mosella usque ad Hungariam. Idcirco Karolomannus⁶ recepit a fratre Pipino pro sua sorte Austriam, Bavariam, Saxoniam, Sueviam, Thuri[n]giam anno domini DCC.XL.IJ, ut habeat Hermannus in sua chronica⁷. Sic Saxones, Thuringi, Bavari, Suevi et Austri olim dicebantur Franci, quia extendebar regnum Francorum ab Hispania usque Panoniam, ultra Rhenum et Danubium.

Gold. l. I c. 10 circumlocutio Sueviæ s. 75 z. 8 v. u. Ulm. s. 24 z. 13.

.. et minorem Acronium a fluvio præfato.

Porro magister Gotfridus episcopus Viterbiensis⁸ in Pantheon

1 Tuitonia Teutschland dicitur. Schad. und Kl. 2 Hier beginnt Gold. etwas anders: Alii in hoc nomine non ponunt u sed o, dicentes Theotonia, cuius nominis etc. 3 Theutonia hat Sch., offenbar fehlerhaft, im widerspruch mit dem folgenden. 4 Am schluss des kapitels hat zuerst Schad. und Kl., nicht Mon. 2., noch das folgende, von Nou solum bis terræ fructibus. 5 Das nun folgende, von Ultimo bis Rhe-num et Danubium haben Schad. Kl. und Mon. 2. 6 Carolus M. Schad., Carolus Magnus Kl., Karolomannus Mon. 2. 7 in sua chronica, haben Sch. Kl. und Mon. 2., jener hat darüber zwei mal is geschrieben: also in suis chronicis. 8 Viterbiensis bis particula IX fehlt bei Sch. Kl.

particula IX alium canit Suevorum originem, dicens Suevos ex Macedonia ortos¹:

orbe Macedonio peperit natura Suevos.

Dicit etiam quod Italici iam Suevorum terræ erant inhabitatores², quos Suevi venientes elecerunt. In historia³ descriptionis civitatis Augustensis dicitur quod Suevi orti sunt ex Japhet filio Noë. Dum enim filii Japhet Europam possidendam intrarent exivit ex eis radix, generatio una singularis et bellicosa quos Suevos nominabant, ex quibus Suevi postea sunt dicti.

Multo etiam tempore dicebantur Suevi Brenni vel Brennes, propter eorum ducem bellicosissimum⁴ Brennum, qui mira gessit vetustissimis temporibus in multis partibus orbis, ut Gotfridus in metrico opere canit particula IX. Unde tempore Cyri regis Medorum dux Suevorum Brennus habuit subditos Gallos, Burgundos, Senones, et rura etiam in Italia, postea Fabium consulem cum suo exercitu extinxit et venustam romanam iuventutem extinxit, domos subvertit, et stragem ingentem Romanis intulit.

⁵ Hic dux ædificat Italiæ urbes, Veronam, Papiam, Brixiam, Senam, et Romam destruxit. In Delpho⁶ autem existens, cum deorum cultum derideret, Apollinis oraculo accepit, se albis virginibus succubiturum et periturum. Cum reverteret in Sueviam intra Alpes nivium coagulis de quodam monte decurrentibus ducem ipsum et eius totum exercitum extinxerunt. Quamvis autem Suevi ab antiquissimis temporibus formidabiliter cunctis essent, tamen Amazones feminæ eos invadentes terram eorum et populum sibi subiecerunt, a quibus hodie gens Suevorum

*

1 alium Suevorum originem dicit, Suevos ex Macedonia ortos, dicit etiam Mon. 2. 2 habitatores Sch. Kl. inhabitatores Mon. 2. 3 In historia bis Suevi postea sunt dicti hat nur Sch. und Kl. 4 Multo etiam tempore dicebantur Brenni, propter eorum ducem bellicosissimum, et plura alia narrantur fo. 30. Mon. 2. (Das citat passt zu Mon. 1.) Das folgende hat wieder nur Sch. und Kl. mit einer kleinen ausnahme, der gleich folgenden additio, von unde tempora bis Romanis intulit, welche nur Mon. 2. hat mit der überschrift: Additio de potentia Suevorum. 5 So haben Sch. u. Kl.; Mon. 2. schliesst die additio: Insuper in Italia contra Romanos ædificaverunt Suevi Veronam, quasi vice Roma, Papiam, Brixiam et urbem Senam, habet Gottefridus et alia in Pantheon. 6 Dilpho Schad. Kl.

quædam arma bellica habet, ut acutas secures, quibus Amazones præliabantur, ut Virgilius et Horatius habent et in historia Augustæ Vindelicorum plene exprimitur. Amazonibus enim Rhætiam et Sueviam ingressis, timentes Suevi earum sævitiam ad montana Alpium transfugerunt, quoisque Amazones recederent, sicque post earum recessum revenerunt et munitas ædificare civitates cœperunt. Dicunt et quidam quod illæ Amazones sacrum Dianæ et fanum Nympharum loco, ubi Ulma hodie est, super ulmos ædificaverunt, sicut et in Epheso fecisse leguntur.

¹ Sueviæ autem situs hic est: etc.

Gold. l. I c. 11. Suevorum ad fidem conversio Fr. s. 91, z. 4. Ulm. s. 29, z. 34.

in utroque quotidie divina celebrantur. Majus² monasterium quod modo inhabitatur per fratres, constructum fuit per sanctum Wilhelmum abbatem eiusdem loci, et per manus sub eius obedientia militantium anno nono completum fuit, decimo consecratum in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Aurelii episcopi et confessoris, in quo præfatus beatus³ Wilhelmus in medio ecclesiæ tumulatus est. Fuit autem postulatus in abbatem ex monasterio sancti Emmerani ex Ratisbona. Sunt autem hodie ibi degentes etc.⁴

Gold. l. I c. 12 de Friderico imperatore primo. Fr. s. 100, z. 10. Ulm. s. 33 z. 22.

Post Conradum sublimatus est ad imperium Fridericus primus huius nominis dux Suevorum vocatus Barbarossa⁵. Additio⁶: Generationis illius ingenuissimæ sic fuit. Erant tres fratres de Stauffen barones, unus Fridericus, alter Otto⁷, maior Conradus qui iuvenis obiit et fratri Ottoni episcopo Argentorati.

*

1 Gold. Fr. 75 z. 7 v. u. Ulm. s. 24 z. 15. 2 Majus bis Ratisbona haben Mon. 2. Schad. und Kl., nicht Gold. 3 beatus läßt Mon. 2. weg. 4 Gold. Fr. 91 z. 5. Ulm. s. 29 z. 34. 5 dux Suevorum, præfati Conradi nepos, hic vocatus est Barbarossa Mon. 1. Sch. Kl. Gold. 6 So fährt Mon. 2. fort, aber Mon. 1., Sch., Kl. u. Gold. haben weiteres über die Staufen noch viel ausführlicher; es ist also keine addition. 7 altero Otto schreibt Mon. 2.

tinensi apparuit dicens eum moritum, et Fridericum magnum futurum post Conradum dux et postea imperator: multa gessit in imperio ingenio acerrimo¹, animo prudentissimo et sermone facundus et corpore robustus[us]. Cuius gesta varia perlustrantur fo. 55².

Gold. l. I c. 15 de ducibus Austriae. Fr. s. 168 z. 7. Ulm. s. 58 z. 9.

³ Conclusionem de Suevia faciendo de sequentibus ducibus Austriae et vere ac per prius ducibus Sueviæ comitibus de Habsburg restat dicendum. In præcedentibus habitum est⁴ de magnifico Rudolffo⁵ rege Romanorum qui genealogiam Habsburgensium dignam ab antiquo spectabiliorem reddidit, eamque⁶ memorabilem cunctis generationibus fecit. Habuit autem tres filios⁷, Albertum, Hartmannum et Rudolfum et multas filias. Quam⁸ postea in alio late exposita est. Vide in alio libro.

Gold. l. I c. 16 de divo Friderico duce Austriae, imperatore III s. 183 z. 9. Ulm. s. 63 z. 11.

Fridericus tertius huius nominis imperator, Austriae dux, Ernesti filius, anno domini 1440 omnium suffragiis Cæsar creatus imperavit in præsens annis 48⁹.

1 Vergl. Gold. Fr. 101 z. 1 v. u. Ulm. s. 33, sp. 2 z. 30 v. u. und das folgende. 2 Das citat passt zu Mon. 1. 3 Auch hierzu ist im Mon. 2. der anfang des kapitels nachgetragen: ohne besondern wert, mit ganz geringen varianten. 4 enim habitum est Gold. Mon. 1. Schad. 5 Rudolffo Mon. 1. Rudolpho Schad. Der name fehlt bei Mon. 2. 6 eamque bis fecit fehlt bei Mon. 2. 7 Tres autem filios hic habuit Mon. 1. Sch. Gold. 8 quam etc. setzt nur Mon. 2. hinzu und schließt damit. 9 usque in præsens annis 48 Sch. Mon. 2. usque in præsens annis LIII Gold. ut. usque in præsens annis 54 Mon. 1. Wichtig für die bestimmung der zeit, in welcher F. F. das obige geschrieben hat. Friedrich III wurde kaiser am 2. Febr. 1440: das 48ste regierungsjahr war also das jahr 1488. Damit stimmt auch eine zweite zeitangabe in Mon. 2. fol. 146 (Sch. bat diese stelle nicht!), wo es heißt: Continuata est tamen obsidio (neml. Brugensis civitatis) et totius Flandriæ vexatio usque in hanc diem, quæ est XX augusti de anno dom. 1488. An dieser stelle hat Gold. Fr. s. 199. Ulm. s. 69 ebenso, MCCCCLXXXVIII. Wenn Mon. 1. aber (s. oben) sagt Fridericus III . . . imperavit in præsens annis 54, und Gold. ebenso hat LIII, so ergäbe diese zahl das jahr 1494. Friedrich starb 1493 am 19 august, in seinem 54sten regierungsjahre. Vergl. auch s. 42 princip. III cap. 2.

Alles bei Mon. 1. Sch. und Gold. folgende fehlt bei Mon. 2, dieser setzt nur noch bei:

Habuit autem hic imperator cum uxore sua Leonora tres filios, scilicet Christoferum¹, Johannem et Maximilianum, et unam filiam Kunegundem², und fügt wieder hinzu: etc. vide latius historiam fo. 132³.

Diese worte finden sich bei Mon. 1. Sch. und bei Gold. (Fr. s. 199 z. 12 v. o. Ulm. s. 69 z. 2), kurz vor dem schluss des nächsten kapitels.

Gold. l. I c. 18 de duce Austriæ Maximiliano iam rege
Fr. s. 199 z. 12. Ulm. s. 69, z. 17.

Maximilianus ingenua Friderici 3 ii proles sequitur patrem ordine naturæ.

Hic habuit⁴ principem Philippum ex Maria filia ducis Burgundiæ, de quo plura per . . . fuerunt, obiit anno præcedente [?] De rege⁵ autem gloriosissimo adhuc restant confiendi codices.

Gold. l. I c. 28 historia translata etc. Fr. s. 217 z. 9.
Ulm. s. 76 z. 16.

⁶ Post Constantinum et ante Karolum crescebant mundi perturbationes. Quidam enim Romanus illustrissimæ nobilitatis homo Curio dictus non multum dissimili[s] Curioni, de quo Cæsar 2 do commentariorum. Ii relicta Italia in Sueviam profecti sunt in Rætia[m] montana devenerunt, de quibus Rodanus et Renus erumpunt. C[o]eperunt ergo castra et domos construere, unde hodie tam in Tamlesco quam in Taphaso⁷ ruinæ

*

1 Christophorum Gold. Sch. 2 künigundam Sch. 3 Das citat passt zu Mon. 1. 4 Hic habuit etc. hat Mon. 2., viel ausführlicher aber handelt davon Mon. 1. Schad. und Gold. (Fr. s. 208 z. 17 v. unten. Ulm. s. 72 z. 16 v. u.), sie sagen aber: Philippus autem dux hodie supervivit. Nur so konnte Fr. Felix schreiben, denn Philip starb erst 1506, Fr. Felix aber 1502. 5 De hoc rege gloriosissimo et Philippo suo filio archiduce adhuc restant confiendi codices plurimi de ipsis so lautet der schluss des kapitels bei Mon. 1. Sch. und Gold. (Fr. s. 211 z. 13 v. u. Ulm. s. 73 z. 3 v. u.) 6 Mon. 2. gibt hier wieder nur einen sehr abgekürzten auszug aus dem viel längeren text des Mon. 1., Sch. und Gold. 7 Domleschg, hinterrheinthal; Tafatsch, vorderrheinthal.

reperiuntur fortissimorum murorum, et consequenter ad caput Reni ab his prodierunt nobiles Suevi. Cum his erant duæ præcipuæ generationes de Columpna et de Ursinis. cum simul loquebantur Italici cum Theutonicis, dicebantur Curwalhen¹. Filii autem Curionis ædificaverunt Starckenwerch² vel Montfort et Lukirch etc. Et alia plura nominantur in historia per longum, quæ commode legere poteris in alio libro fo. 163³.

*

1 et ita vallem illam, per quam Rhenus defuit, primo repleverunt. et quia autem Italici fuerunt. et Theutonicis nunc propinqui, commixtim loquebantur italicum cum theutonio. Ideo eorum locutio et terra dicitur Curwalhen Mon. 1. Sch. Gold. Kurwälische? Churwälische? 2 Starckenberg Mon. 1. Sch. Gold. ut Starckenwerch hat Mon. 2. 3 Das citat passt zu Mon. 1.

De origine et dignitate Suevorum.

Gottfridus Viterbiensis¹.

Orbe macedonico peperit natura Suevos,
 Tempore grandevos, proceres, ad prelia sevos.
 Ingenio validos littera narrat eos.
 Terra Suevorum prius extitit Italicorum,
 Mucro macedonicus populos eiecit eorum,
 Marteque preripuit quidquid in hoste fuit.
 Judicio celi dominantur in orbe Suevi,
